CENTRALE V.E. II

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
30 M
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
9 . C

4. E. 10.

1. 3. 13.
4
E
13

Coll. Rom. Soc. Iesu. Cat. inscr. ex leg. Car. ...

HEXAMERON DOMINI D. ÆGIDII COLVMNÆ

ROMANI ARCHIEPISCOPI BITHVRICENSIS NVPER A R. P. F. IVLIANO Collenſi.

PATAVINI GYMNASII APVD EREMITANOS REGENTE RECOGNITVM ET IN LVCEM PRIMO EDITVM QVOD ANTEA TEMPORIS Iniuria ferme perierat.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PATAVII APVD IACOBVM FABRIANVM. ANNO. M. D. XLIX.

ADAMANTIS FLORENTINI.
HEXASTICHON.

Luce carebat opus rutilis fulgentius aſtris,
Sol ut ab Oceani non rediturus aquis,
Hic namq; abſcondit clarus ſua lumina Titan
Prima etenim libri gloria, parsq; fuit.
Collenſis Phœbo par eſt, qui Sole reperto
Ignotum nobis ædidit orbe diem.

IOANNI GRIMANO PATRIARCHAE AQVILEIENSI DIGNISSIMO FRATER IVLIANVS COLLENSIS. S. D.

SAEPE *Mecum, ac diu cogitaui, AEgidium meum, quem nuper à me inuentum, & emendatũ nunc imprimendũ curaui, tibi dicare. Ad hoc enim nedum multis rationibus adducebar, Sed etiã quibusdã quaſi uocibus inuitabar, Mouit enim me uehementer, ut hoc facerẽ, tua imprimis, quam cum eſſem Venetijs erga me ſum expertus, facilitas quædam morũ, atq; humanitas, quam ego ita ex animo ſum amplexus, atq; admiratus. ut mihi uitam acerbam eſſe putaſſem, niſi meum hunc in te affectum, & gratitudinem aperuiſſem. Statim itaq; reuerſus circunſpicere cœpi, an aditum aliquem ad hoc faciendum reperirem. Quare cum hanc occaſionem nactus eſſem, ſaltem honeſtam, niſi luculentam, uolui noſtram hanc operam, quæcunq; illa eſſet, tibi nuncupari. Neque enim ulli magis, quàm tibi, liber iſte debebatur, tum q; non haberẽ patronum, cui magis addictus eſſem tùm q; acriori ingenio uirũ præter te, uidiſſem neminem. Et ſi uero noram hoc munus, quaſi leuidenſe, & craſſo filo doctrinæ & dignitati tuæ non conuenire, nedum reſpondere, tamen quoniã maiora per me nũc dari non licuit, neq; patiebar æquo animo hanc opportunitatem mihi eripi, arbitratus ſum te officium iſtud meum nõ aſpernari, & cariſſimi muneris loco eſſe habiturum Tam & ſi, quod ad AEgidium noſtrum attinet, haud quaquam aſpernendus eſt. Nã cùm eius ſcripta terſa & exacta comendantur (inter Scholaſticos enim nullus eſt, qui res diligentius tractet, atq; magis ad uiuum expendat) tùm hoc arduo argumenti genere commendari poterit. Agit enim in hoc libro de Sex dierum creatione, quod opus tam difficile eſt, quàm quod reconditiſſimum, tamq; egregiũ, quàm quod accuratiſſimè elaboratum. In hoc uerò genere, quod non ignoras, uerſati ſunt Chryſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus, Beda. ex profeſſo uero Baſilius, Ambroſius, & ex recentioribus Albertus, & Ioannes Picus. Nec deſunt Græci qui hanc partẽ attigerunt, Origenes, Philo. Didymus, Theodoretus, ut omittam quæ ipſi Hebræi interpretes ad hunc locũ enodandũ, et explicandũ attulerint. Hi uerò licet doctè, & acutè hãc partẽ tractauerint, tñ ea expoſitione cõtenti fuerũt, qua arbitrarentur ſe primas, et inſignes dubitationes, quæ ſtatim occurrebant, ſubſtuliſſe, cætera uero quæ etſi leuiora ſunt, magnas tñ aporias gignunt, intacta penitus reliquerunt. AEgidius uero noſter omnia uẽtilauit, & excuſſit nihil eſt quod non tetigerit nihil quod nõ abſoluerit. Contulit uerò cum his, & quæ ab exotericis ſcriptoribus dicta ſunt, ut uideremus quid & quatenus in hac facultate ipſis aſſentiendũ & tribuendum eſſet. Nec dubito tamen multos fore, quos ſtyli ipſius ruditas offendat, & hoc quaſi opicum & uulgare dicendi genus, tamen ſi memoria repetant conditionem illorum tẽporum neminem inuenient in eloquendo, & diſſerendo, ut cenſuit Ioannes Picus, quod tamen*

ego de dictione ipſius negauerim, AEgidio politiorem. Quanq̃ in philoſophis res, nõ modus, ratio non oratio, non fucus & colores, ſed nuda & ſimplex ueritas, quæ totius negocij caput eſt, & finis, optanda & requirenda eſt. Nec uero hæc ſcribo, quòd non intelligam te præclare noſſe hæc omnia, ſed ne aliqui hoc uel expectent ab AEgidio noſtro uel efflagitent, ſed potius ſcientiæ ſuccum, quem ſi non inuenerint, merito ipſum exibilare poterunt, & noſtros labores inanes indicare. Quicq̃d tñ is ſit, læta fronte accipies, non tã cõditionẽ muneris ſpectans, quàm uoluntatẽ illius, a quo idẽ proficiſcatur. Cũ enim ei maxime dicare uoluerim, quẽ maxime omniũ amarem, & colerẽ quẽq; doctiſsimũ iudicarẽ, tu unus fuiſti, qui mihi occurreres. Nã quòd ad eruditionẽ, & eloquentiã attinet, ut nemini te ſecundũ fecerim, ita iudicium tuum, quod in noſtris his laboribus æſtimandis, ac tuendis requirimus, omnium iudicijs antepoſuerim: Quòd uero ad meam erga te obſeruantiam ſpectat ſcias eam eſſe, ut nihil illi ultra poſsit accedere. Nam cum me in tuorum numerum recipere uoluiſti, tandiu tibi debebo, quandiu apud me memoria tuæ humanitatis extabit, tandiu autem extabit, quandiu uiuam. His itaq; rationibus huius libri patrocinium tibi dicatum læto animo ſuſcipias uelim.

Vale Patauij. Die Prima Iunij. M. D. XLIX.

SVMMA CAPITVM QVE PRIMO in Libro continentur.

1 CAPVT. Quod materia illa informis ex qua per ſpatia ſex dierũ dicuntur omnia eſſe facta nõ carebat penitus omni forma.

2 Cap. ꝙ non tempore, ſed natura: non duratione ſed origine materia omnino informis preceſſit ſuam formationẽ.

3 Cap. quomodo uerificantur uerba Aug. ꝙ materia omnino informis ignorando ſciatur, & ſciendo ignoretur.

4 Cap. ꝙ materia nuda ſecundũ ſuam eſſentiam in omnibus corporibus ẽ eadem.

5 Cap. ꝙ materia exiſtens ſub forma elemẽti non appetit eſſe ſub forma cœli nec etiã e contrario: non obſtante quod materia ſecũdũ nudam eſſentiã nõ differt hec ab illa.

6 Cap. ꝙ materia que ſubijcitur forme cœli ſecundũ ſe conſiderata eſt pura potentia: ſicut eſt materia horum inferiorum.

7 Cap. ꝙ ſi in cœlo nõ eſſet uera materia cœlũ nõ eſſet corpus: & eſſet ibi accidẽs ſine ſubiecto

8 Cap. ꝙ cœlum & quelibet pars cœli conſtat ex tota ſua materia.

9 Cap. ꝙ tribus modis poteſt accipi unitas materie: & ſecundũ aliũ & alium unitatis modũ corpora aliqua poſſunt conuenire et differre in materia.

10 Cap. ꝙ materia illa informis ex qua facta ſunt aĩa usq; ad cœlũ Empyreum pertingebat et totũ hoc ſpatium occupabat.

11 Cap. ꝙ in primordio triplex fuerit opus diuinũ: creationis: diſtinctionis: & ornatus: opus tamen creationis ante omnẽ diem eſt perpetratum.

12 Cap. ꝙ non ſolum opus creationis ſed etiam multiplicis diſtinctionis ſecundum communem ſanctorum ſententiam ante omnẽ diem eſt perpetratum.

13 Cap. ꝙ ille triplex diſtinctionis modus qui ante omnẽ diem & ante omne tempus dicitur eſſe factus poteſt multipliciter adaptari.

14 Cap. ꝙ accipiendo firmamẽtum pro cœlo ſydereo ſecundũ communem ſanctorũ ſententiam: ſicut ante omnẽ diem factũ eſt opus creationis & aliqualis etiã & multiplicis diſtinctionis: ſic in primis tribus diebus factum eſt opus perfecte diſtinctionis.

15 Cap. ꝙ ſi pro firmamẽto accipiatur medium interſtitium aeris, ſaluare poterimus ꝙ etiã in tribus primis diebus perfecta rerũ diſtinctio facta fuit.

16 Cap. ꝙ ſi pro firmamento accipiatur medium interſtitium aeris etiam prima die facta fuit cœlorum diſtinctio perfecta: ſed ſi accipiatur cœlum ſydereum, facta fuit diſtinctio cœlorũ imperfecta: in quo capitulo de omnibus cœlis: & de eorum motibus multa dicuntur.

17 Cap. ꝙ Ecentritas Solis in ſeptentrionali parte terre nõ facit eſtatem frigidã & hyemẽ calidam ſed quoddam tempo-

ramentum inducit.

18 Cap. ꝙ tempus quod numerus motus primi mobilis eſt unum de quatuor coeuis.

19 Cap. ꝙ conuenientius eſt tempus quod nunc eſt eſſe illud tẽpus quoddam de quatuor coeuis quã quoddam aliud tempus.

20 Cap. ꝙ non obſtante ꝙ tempus quod nũc eſt fuit unũ de quatuor coeuis: cœlũ & terra ante omne tempus & ante omnem diẽ dicuntur eſſe producta ut uerba Augu. dicere uidebantur.

21 Cap. ꝙ mundus factus eſt & incepit eſſe ante omne tempus & cum tempore ſed nõ incepit in tempore incepit quidem ante oẽm diẽ. Sed nõ incepit cũ die nec ĩ die

22 Cap. ꝙ diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra de creatione mundi que fuit ante omnem diem: & de alijs operibus ſex dierum.

23 Cap. ꝙ non ſolum quantum ad operationem ſed etiam quantum ad rerum emanationem & trinitatis inſinuationẽ diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra de prima productione rerum & de operibus ſex dierum.

24 Cap. ꝙ Plato poſuit quatuor modos eſſendi rerum, & ꝙ non ſequende uiã Platonis poſſumus oſtendere ꝙ res habent octo eſſendi modos.

25 Cap. ꝙ omnes iſtos. 8. modos eſſendi rerum tangit Aug. & omnes poſſunt accipi ex ſcriptura ſacra ex prima rerum productione & in earum diſtinctione.

26 Cap. ꝙ ſecundum opinionem Aug. omnes iſti ſex dies referendi ſunt ad cognitionem angelicam: tamen ſecundum ipſas res non fuit niſi una dies multoties repetita.

27 Cap. quomõ differt opinis Augu. a communi ſanctorum ſententia quantum ad dies productionũ: & quãtum ad res productas.

28 Cap. quomodo ſoluuntur obiectiones factæ contra communia dicta ſanctorum, et ꝙ communis ſanctorum ſententia eſt magis conſona uerbis ſcripturæ ſacræ.

FINIS

SVMMA CAPITVM QVE IN SECVNDO

Libro continentur.

1 CAPVT In quo agitur utrũ lux illa primo edita fuit lux corporalis uel ſpiritualis.

2 Cap. ubi agitur ꝙ multi ſunt modi dicẽdi in qua parte cœli lux illa ad primũ diem pertinens ſit producta.

3 Cap. cum multi modi dicendi de productione illius lucis ſint tacti: quis illorum eſt probabilior.

4 Cap. quõ lux illa faciebat diẽ et noctem.

5 Cap. quõ facta fuit illa lux pertinens ad primũ mundum utrum per noue forme ſubſtantialis adeptionem uel per aliam imitationem.

6 Cap. quid factũ fuit de illa luce utrum ſecundum ſe permanſerit uel in compoſitum aliud ſit conuerſa.

7 Cap. quõ illa prima dies ſe habuit ad alios dies ſecundũ quantitatẽ temporis utrum fuerit maior minor uel equalis.

8 Cap. utrum lux in ſpiritualibus dicatur proprie uel tranſumptiue.

9 Cap. ꝙ lux nec eſt corpus nec defluxus corporis.

10 Cap ꝙ ex comparatione ipſius lucis oſtẽditur ꝙ neq; lux neq; lumẽ: neq; ſplendor ſunt forma ſubſtãtialis corpis lucidi.

11 Cap. in quo ſoluũtur obiectiones ꝙ lux ẽ forma ſubſtãtialis corporis lucidi: & in quo oſtenditur ex parte ipſius ſenſus ꝙ lux non eſt ſubſtantialis forma.

12 Cap. ꝙ licet lux in proprio ſubiecto ſit realiter: in medio aũt eſt intẽtionaliter.

13 Cap. declarans que ſunt ille aque que ſunt ſuper firmamẽtũ quod factũ dicitur ſecũda die utrũ corporales an ſpirituales

14 Cap. declarans cuius nature ſunt ille aque que ſunt ſupra firmamentum.

15 Cap. ſoluẽs rationes ꝙ cœlũ aqueum ſit immobile: & oſtendens multipliciter ꝙ motus eius eſt omniũ aliorũ menſura.

16 Cap. ꝙ cœlũ aqueũ mouetur: & motus eius proprius eſt ab oriente in occidens.

17 Cap. ſoluẽs obiectiones ꝙ firmamentum diuidens aquas ab aquis non ſit factum ſecunda die.

18 Cap. quõ habent eſſe partes diuerſimode in rebus: et quõ cœli diuerſimode ab iſtis inferioribus ſunt animati.

19 Cap. ꝙ in oriente eſt primus motor: & ꝙ in illa parte eſt dextrum cœli: & in oppoſita eſt ſiniſtrum.

20 Cap. declarans quõ in primo mobili ſunt ſurſum & deorſum ante & retro.

21 Cap. quõ differentiæ poſitionis idẽ habitæ ſunt in alijs cœlis inferioribus: & quõ ſe habent ad habitationes terre.

22 Cap. declarãs quare in opere cuiuslibet diei dicitur: uidit deus ꝙ eſſet bonũ preter quã in opere ſecunde diei.

23 Cap. ꝙ multe ſunt equiuocationes in operibus ſex dierũ: & ꝙ equiuoce dicitur terra facta in principio: & que poſtea die tertio arida eſt uocata.

24 Cap. quõ congregatæ ſunt aque in locũ unum & apparuit arida.

25 Cap. quõ ſine defraudatione elementorũ ſaluare poſſumus ualide q̃ aqua nõ cooperuit totam terram.

26 Cap. quõ mare eſt altius nobis: & quõ uectibus & hoſtijs clauſit et terminauit.

27 Cap. quomodo terra fundata eſt ſuper aquas & quis eſt ille locus unus ubi cõgregate ſunt aque ut appareat arida: & quomodo congregationes aquarum appellantur maria.

28 Cap. quomodo ſecundum commune ſanctorum ſententiam plante fuerunt tertia die producte: quia hoc concordat magis textui ſcripture ſacre: & ex hoc difficultates difficiles euitantur.

29 Cap. q̃ eodem die diſcooperta terra quo fuit & apparuit arida: decuit plantas eſſe productas.

30 Cap. tractans de ornatu rerum ubi oſtẽditur q̃ ſicut tres dies fuerunt appoſiti ad res diſtinguendas: ſic fuerunt appoſiti tres ad ornandas.

31 Cap. declarans q̃ quarta die luminaria cœleſtia ſunt producta.

32 Cap. utrum ſit unum cœlum uel plures ubi luminaria dicuntur eſſe producta.

33 Cap. q̃ non obſtantibus condenſationibus in partibus illis cœleſtibus ubi luminaria ſunt producta: nulla uacuitas eſt in cœlo ubi multe ueritates traduntur adnaturalia cuncta proficue.

34 Cap. quõ luminaria que ſunt fixa in cœlo dicuntur ornamenta cœli.

35 Cap. declarãs unde habet eſſe diaphaneitas & tot modi coloris: et tot modi lucis quot uidemus in cœlis.

36 Cap. pertractans de ſitu & magnitudine & paucitate ſtellarum.

37 Cap. quõ luminaria cœli diuidunt diem & noctẽ: & ſunt in ſigna & tempora: die et annos & illuminant terram.

38 Cap. quõ piſces dicũtur reptilia: et quõ eadem die & ex eadem materia producti fuerunt piſces et aues.

39 Cap. pertractãs de animalibus que ſunt ornamenta terre: & circa eas difficultates elucidans que poſſent in huiuſmodi animalibus exoriri.

40 Cap. declarans multimodas differentias inter hominẽ productũ et alia animalia & pertractans nihilominus difficultates de animalibus inimicis et uenenoſis.

41 Cap. ſoluens difficultates quõ deus die ſeptimo compleuit opus ſuum cũ die ſexto omnia fuerunt perfecta: & cum poſt diem ſeptimum deus continue omnia in omnibus operetur.

42 Cap. declarans quomodo deus die ſeptima: ei benedixit: & ipſum ſanctificauit.

FINIS.

TABVLA

ALPHABETICA.

ABYSSVS duo poteſt ſignificare Elementa. car. 28.
Actio naturalis non inducit unam formam niſi aliam expellat. car. 2.
Actus ab omni potentia ſeparatus ſolus Deus. car. 4.
Actus, qui forma, eſt duplex. car. 70.
A corporibus cœleſtibus calor cauſatur et frigus. car. 85.
Acceſſus & receſſus ſolis per comparationem ad ſigna. car. 136.
Accidens per ſe non cauſat ſubſtantiam. car. 85.
Aer quare paßiuus & quæ pars maximè patitur. car. 130.
Agenti naturali reſpondet ratio ſeminalis diuino obedientialis. car. 54.
Agens creatum præſupponit ſubiectum neceſſariò non autem agens diuinũ. car. 127.
Aliquid occultatur dupliciter. car. 109.
Aliud & aliud ſignum cœleſte eſt in alia, & alia parte elementi. car. 114.
Aliquid. 8. modis eſt ex aliquo elemento. car. 137.
Albedo quare ſit menſura colorum. car. 93.
Angelus eſt actualior quàm anima ſeparata. car. 8.
Anima humana eſt abſtractior quàm forma dans eſſe cœlo. car. 15.
Angeli ſimul cum cœlo in cœlo creati. car. 20.
Ante omnem diem triplex diſtinctio ponitur. car. 25.
Angelorum auerſio à deo tenebrarum fuit conditio. car. 34.
Angelorum cognitio intenditur et remittitur. car. 58.
Angelorum cognitio eiuſdem rei eſt interdum diuerſa. car. 58.
Analogum interdum æquiuocum quandoque uniuocum appellatur. car. 77.
Animata ſunt illa quæ ſentiunt aut mouentur ex ſe. car. 100.
Anima tota in toto & tota in qualibet parte. car. 100.
Angeli ubi operantur ibi ſunt. car. 101.
Ante eſt idem in primo mobili & in alijs cœlis Planetarum. car. 105.
Antipodes ſurſum, nos uerò deorſum. car. 106.
Apud peripateticos omne corpus eſt mobile. car. 133.
Aqua in principio magis rara & quaſi uaporoſa. car. 26.
Aquarum congregatio manifeſtatio terræ. car. 36.
Aquæ per allegoriam dictæ quæ ſint. car. 89.
Aquarum inferiorum diuiſio. car. 91.
Aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, quomodo frigidæ humidæ & uaporabiles. car. 92.

Aque maris ſunt in concauitatibus terræ car. 106.
A ſubſtantiali forma non egreditur opus. car. 83.
A ſole illuminatio & caliditas hec in inſtanti illa in tempore. car. 88.
Auditus quomodo deſeruit ſcientiæ et quomodo uiſus. car. 5.
Auguſtini ſimilia. car. 6.
Aues in aere uolant, quieſcunt in terra. car. 129.
Aues quomodo ſint ex aere car. 138.

De Littera. B.

Benedictio dei que ſit. car. 146

De Littera. C.

Calor cauſaliter & formaliter equiuoce dicuntur. car. 110
Cauſa uiſionis & ordo car. 78.
Cœlum per intelligentiam uiuit & mouetur. car. 12.
Cœlum empyreum expers omnis motus. car. 20.
Cœlum, mouetur à duplici motore. car. 27.
Cœlorum diſcrimen multiplex car. 37.
Cœlorum numerus ſecundum Theologos. car. 37.
Cœlum in alterabile & alterabile. car. 74.
Cœlum empyreum immobile. car. 74.
Cœlũ ſecũdũ ordinẽ ſtatutũ à deo non põt moueri niſi à propria intelligẽtia. car. 100.
Cœlum equiuoce dicitur. car. 109.
Cœlum eſt quoddam animal magnum. car. 134.
Cœli animati, & in animati. car. 99.
Cœlorum nomina ſecundum Bedam. car. 123.
Color merito lucis uidetur. car. 85.
Collatio animalis ad cœlum penes partes. car. 124.
Compoſitum primo generantur & corrumpitur. car. 3.
Compoſitum primo ſub actione & factione cadit. car. 4.
Contra Auicebron de materia. car. 7.
Contra Auer. de materia cœli. car. 8. & 10.
Contra D. Thomam de materia cœli. car. 9.
Contra ferè omnes Theologos de materia cœli. car. 10.
Condenſatio aquæ purificatio aeris & ignis. car. 35
Condenſatio aquarum duplex car. 111

Congregationes aquarum quare mare & Maria ſint dicta. car. 117
Contra aſſerentes de cœlo tantum aſtra uideri. car. 130
Cor primo uiuit & ultimo moritur. car. 102
Corpus luminoſum ſæpe lux nuncupatur. car. 81
Corpora cœleſtia corruptibilia p nãm, uolũtate diuina ſunt in corruptibilia. car. 90
Creatio nec motus eſt, nec mutatio car. 24
Creatio lucis conuerſio ſpiritualis creature ad deum car. 24
Creatio facta ante omne tempus car. 24
Cur opera ſex dierũ ſint expreſſa per factionem & non per creationem. car. 50
Cur in ſecũda die pretermiſit, uidit, quòd eſſent bonum car. 52
Cur nauis longe à portu uideri non poſſit cum mare ſit terra ſublimius car. 115
Cur arbores non primo productæ per ſemina, car. 119
Circa animalia terræ quattuor contingunt difficultates car. 138

De Littera. D.

Deus ex nihilo fecit omnia car. 3
Deus non determinatur ad aliquod predicamentum car. 24
Deus ſupra tempus car. 47
Deus non deus eſſet niſi omnia contineret car. 47
Deus immediate agit per ſuam ſubſtantiam car. 126
Deus attingit ſubſtantiam ut ſubſtantia non aũt creatura car. 127
Deſyderium materiæ cœli penes aliam formã eſt euacuatum car. 11
Dextrum cœlorum Planetarũ ẽ in occidente car. 105
Dies eſt ex aurora car. 3
Differentia motuus arguit diſcrimen ſubiecti. car. 12
Differentia extremi ad extremum & extremi ad medium car. 30
Differentia generica & numeralis materialis appellatur car. 30
Diuerſa acceptio firmamenti dat diuerſam rationẽ interpretandi ſcripturam. car. 35
Dies prima non habuit mane car. 36
Diei ſeptimæ ſanctificatio car. 144
Diſtantia Polorum Zodiaci à polis mundi car. 37
Diſcrimen inter permanentia & ſucceſſiua car. 43
Diligitur à deo creatura propter duo car. 55
Diſcrimen inter uiſum & intellectum car. 78
Diuerſe normæ exponendi ſcripturas car. 88
Diuerſitas opinionum ſuper aquas quæ ſunt ſuper firmamentum. car. 89
Differentiæ poſitionis in animalibus ſunt penes tres dimenſiones corporis car. 102

Diſtantiam inter Oriens & Occidens diuerſum facit meridiem. car. 109
Diſcrimen inter æquiuocum & uniuocum. car. 109
Duplex motus cœlorum. car. 37
Duo attendenda in nomine. car. 79

De Littera E.

Eccentrici & Epicycli non ſunt propriè cœli. car. 37
Elementa quæ in qualitate cōueniunt facilius admiſcentur. car. 32
Elementa in principio erant ſecundum ſubſtantiam diſtincta quamuis percipi non poſſent. car. 32
Elementa in principio confuſa. car. 42
Elementa rara magis actiua: Pars denſior in cœlo actiuior. car. 130
Elementi materia ſecundum ſe non appetit formam compoſitiorē. car. 91
Elementa infra ſe influunt. car. 95
Elemēta cohærentia cōueniunt, & differunt. car. 113
Elementa proxima in æqualitate ſecundum uirtutem. car. 113
Empyreum fuit factum in principio. car. 97
Empyreum quare intellectuale dicatur. car. 97
Empyreum & aqueum cœli ſunt inuiſibiles & in ſuis partibus uniformes. car. 97
Entia primo creata, ſecundo diſtincta, tertio ornata. car. 31
Entia ſunt in igne & aere cauſaliter & ſecundum actiuas uirtutes. car. 57
Equiuocè dicitur dies in principio Geneſis: car. 110
Equiuocè terra & aqua dicitur in lib. Geneſ. car. 110
Aeſtas quando nobis contingat: car. 39
Eſſe aliquid temporis duobus modis: car. 48
Eſſe in tempore pluribus modis: car. 46
Eſſe conuexum conuenit mari: car. 116
Aeterna ſub propria ſpecie unicum retinent indiuiduum: car. 17
Ex luce quomodo Sol factus fuerit: car. 74
Ex denſitate color lux et fons lucis cauſatur: car. 130

De Littera F.

Filius principiū de principio ſapientia de ſapientia lumē de lumine appellatur. car. 20
Fieri in tēpore dicitur multis madis. car. 24.
Firmamentum poteſt dici medium interſtitium, car. 35
Firmamentum pluribus motibus mouetur: car. 94

Firmamentum non eſt factum ſecunda die: car. 90
Fluens mobile cauſat nunc fluens cauſat tempus car: 44
Forma dicitur equiuocè de cœleſti & de alijs formis. car. 13
Forma ſeparata duplex. car. 15
Forma educta de potentia materiæ eſt perfectio materie. car. 14
Forma ſubſtantialis in extenſa eſt ſubſtantia ſpiritualis & intelligens. car. 15
Forma humana medium inter abſtracta & materialia. car. 15
Forma quãto nobilior tãto plura cõtinet in uirtute, & propinquior eſt unitati: car. 24
Forma accidentalis non inhæret materiæ ſine ſubſtantiali: car. 24
Forma ſpeciei & generis eadem. car. 30
Forme, quæ hic realiter recipiuntur habent contrarietatem. car. 87

De Littera. G.

Generatio eſt terminus motus: car. 24
Generatio formæ realis uel eſt alteratio uel alterationis terminis. car. 88
Generationes ex contrarijs in contraria tendunt. car. 87
Gradus circulorum cœleſtium. car. 75

De Littera. H.

Habet ordinẽ in rebus ſimultas productionis rerum: car. 59
Habitabilis ſolum eſt de tota terra quarta pars: car. 106
Hic aliquid eſt nobilitatis quod non eſt in cœlo. car. 85
Hic nihil eſt perfectionis quod non ſit in deo: car. 85.
Hominis nobilitas & perfectio & ab intrinſeco & extrinſeco pendet: car. 85
Homo de Petro & petro uniuoce dicitur, Petrus uerò de utroq; æquiuocè. car. 109
Homo à cæteris animalibus quinq; modis differt. car: 140

De Littera. I.

Idem poteſt moueri à dublici motore: car. 95
Idem non poteſt immediatè moueri à duplici motore: car. 95
Idẽ realiter ſunt tẽpus motus primi mobitis nunc fluens & primũ mobile. car. 44
Idem totum & perfectum: car. 86
Ignotũ erat Ariſtoteli quòd cœlũ ſtellatũ duplici motu moueretur: car. 105
Imago in homine refertur ad natnralia ſimilitudo ad gratuita: car. 40
In actione agentis naturalis triplex acquiritur forma accidentalis: car. 24

In cœlo non eſt dextrum nec ſiniſtrum: car. 99
In æternis non differt eſſe & poſſe penes actũ primũ non penes actũ ſecundũ: car. 17
In eodem puncto intentiones ſunt diuerſæ car. 88
Influentia eſt magis à ſtella quàm ab orbe. car. 84
In fine conditionis rerum quare ſit dictum ualde bona car. 122
Inferius corpus non mouet corpus ſuperius car. 95
In primo mobili plurima ſunt ſydera in alijs mobilibus unum tantum car. 132
In pura potentia gradus eſſe non poſſunt car. 18
In principio motus cœli confuſus car. 42
In quo differat opinio Aug. ab aliorũ opinione de creatione & diſtinctione rerũ car. 23
In qua parte cœli ſit eius motor car. 101
Inſidiantium homini animalium differentia car. 41
In ſubſtantijs perfectis modus generationis eſt terminatus car. 118
Inſtinctu demonis magi Pharaonis fecerunt ſigna car. 54
Inſtrumentum efficit aliquid nobilius ſe in uirtute ſuperioris agentis car. 85
In tempore multa nunc et unum & quomodo in principio ſe habuerit, & modo ſe habeat. car. 44
Interpretari ſcripturam ſine authoritate periculoſum eſt car. 69
Inter Latinos, et Grecos, diſcrimẽ quõ prima lux dies primos et noctes effecerit car. 69
Inter creationem & lapſum angelorum quanta mora car. 78
Intellectus agens illuminat magis quàm lux corporalis car. 78
Intellectus non debet trahere ſcripturam ſed debet trahi ab illa car. 88
Intelligentia non eſt propriè anima cœli car. 94
Intelligentiæ ſunt in loco definitiue car. 101
Inueſtigari poteſt Empyreum ductu rõnis tantum car. 132
Iumenta & feré quare ſub hac appellatione ſunt dicta. car. 139

De Littera. L.

Labor, & perplexitas Auguſt. in interpretatione operum ſex dierum car. 46
Liber uitæ Auicebron, liber eſt mortis car. 9
Literæ cur per appoſitionem chryſtalli appareant maiores car. 80
Lis & amicitia in agentibus à propoſito, in brutis & in naturalibus agentibus & neceſſario, modo diuerſo. car. 91
Locus ubi congregatæ ſunt aquæ car. 117
Luminaria cœli ſunt in ſigna quattuor modis car. 136
Luna quare interdum eſt tota luminoſa quandoq; in parte car. 82
Luna, & ſydera illuminantur à Sole. car. 82.

Lux primo creata in medio cœli.	
Lux primo facta fuit corporalis	car. 36
Lux primo facta quomodo habuit ueſpere & mane	car. 64
Lux quomodo facta fuerit	car. 66
Lux ex qua factus eſt Sol permanſit	car. 72
Lux illa non eſt conuerſa in aliud ſed in alterum corpus	car. 74
Lux in corporalibus à quo dicatur	car. 74
Lux de ſpiritualibus & corporalibus æquiuocè dicitur	car. 77
Lucis multiplicatio directè & indirectè unde ſumit originem	car. 77
Lux quare dicatur lumen & ſplendor	car. 82
Lux per ſe et primo uidetur	car. 82
	car. 85

De Littera. M.

Macula in Luna poteſt color appellari	
Magis digna ſunt priora minus dignis	car. 131
Magnitudo ſenſibile cõmune	car. 36
Maior numerus ſpecierum in prima materia quàm in angelorum memoria	car. 86
Materia non poteſt eſſe nec intelligi ſine forma	car. 59
Materia poteſt intelligi ſine forma	car. 4
Materia non poteſt ſeparari à quantitate	car. 4
Materia ſecundum Auerroym dicitur æquiuocè de cœleſti & ſublunari	car. 8
Materia in iſtis inferioribus & in cœlo uniuocè dicitur & equiuoce	car. 13
Media inter cœlum & terram nomine confuſo in libro Geneſis appellata	car. 19
Motus cœli non poteſt ſentiri niſi ratione corporis luminoſi	car. 50
Motus octauæ ſpheræ interdum idem cum motu Planetarum interdum diuerſus.	car. 34
Motus cœli multiplex	car. 35
Motus eſſe non poteſt niſi in inſtanti	car. 37
Motus in tempore creatio in inſtanti	car. 48
Motus cœli chryſtallini ab oriente in occidens	car. 49
Motus octauæ ſperæ ab occidente in oriens, & econtra ſunt contrarij & non contrarij.	car. 96
Motus uita dici poteſt	car. 96
Motus cœli maximè propter homines	car. 100
Motus zodiaci eſt difformis	car. 103
Motus cœli ſumitur dupliciter	car. 108
	car. 135
Mouens cœlum eius anima dici poteſt non tamen mouens lapidem.	car. 13

Mundus non eſt factus ante omne tempus ſed bene ante oēm diem: car. 49
Multa modo fiunt circulariter: car. 119
Muli non generant: car. 118
Munus reginandi filios non eſt peccatum. car. 148
Mures ex putri orti, & ſemine diuerſæ ſunt ſpeciei: car. 118
Mures nati ex putri non generant & ſunt minores alijs: car: 118
Mutatio eſt terminus motus: car. 49

De Littera. N.

Natura gratia & gloria ſe habent ſicut perficiens, & perfectū: car. 42
Nomine terræ informis materia ſignificatur: car. 21
Non qualibet pars cœli eſt cœlum: car. 38
Non propter terram, ſed in terra, & de terra factus eſt homo: car. 141
Nominum acceptio ſumitur à communi uſu loquendi. car. 42
Non poteſt ſuper eoſdem polos una ſphæra contrarijs motibus moueri: car. 95
Nunc eſt ſemper inter tempus & tempus quomodo uerum ſit & quō falſum. car 47
Nullum agens pōt facere ea quæ implicant contradictionem: car. 7

De Littera. O.

Octa. gradus eſſendi rerum: car. 53
Omnis numerus participat unitate: car. 18
Omnes dies naturales ſunt æquales: car. 40
Omnes cœli poſſunt aquæ appellari: car. 49
Omne quod uidetur, ſub angulo uidetur: car. 86
Omnes partes definitionis ſunt formæ: car. 5
Omnes partes animalis ſunt in animali neceſſarie: car. 134
Opera ſex dierum indicant trintatem: car. 51
Operatio uita ab Ariſtotele appellatur. car 12
Opera bona non ſunt propriè hominis ſed dei: car. 119
Opera naturæ plures habent gradus: car. 142
Operum gratiæ plurimi ſunt modi: car. 142
Opinio Auicebron de materia: car. 7
Opinio Auer. de materia. car. Io. & 12.
Opinio Theologorum de materia cœli: car. 10
Opiniones diuerſæ de cœlo: car. 90
Opus creationis, alterationis, & generationis diſtinctum. car. 23

Opus

Opus naturæ incipit ab imperfecto terminatur ad perfectum car. 123
Opus dei duplex car. 144
Opus diuinum triplex car. 120
Ordo eorum quæ ſentiuntur, & uidentur car. 85
Oriens pars uelocior mota car. 101
Oriens eſt dextrum cœli occidens ſiniſtrum car. 102
Oriens & occidens formaliter ſemper manent diſtincti car. 102
Oriens dupliciter, ſimpliciter, & huic car. 106
Origo coloris rubei & à zurrinei. car. 132

De Littera. P.

Pars magis eleuata à terra quæ ſit car. 39
Pars nulla temporis eſt totum tempus car. 47
Pars cœli quæ eſt in oriente interdum eſt in occidente & econtra car. 99
Pars magis rara in animali eſt magis paſſibilis car. 125
Parua mora inter creationem angelorum, & lapſum car. 34
Peccare non eſt agere ſed deficere car. 6
Perfectio partium totius. & utriuſq; quæ ſit car. 144
Perſonarum diuinarum inſinuatio car. 51
Planetarum curſus car. 124
Plus diſtat ortus ab occidente quàm cœlum à terra car. 101
Poli ſunt quaſi principium motus cœli car. 103
Principium raritatis & denſitatis in ſublunaribus car. 130
Primum inſtans temporis fuit initium futuri, non autem finis præteriti car. 25
Primum mobile ſtatim productum cœpit moueri car. 49
Priuatio factioni non ſubeſt car. 29
Productio Eccentricorum & Epicyclorum car. 38
Proprietas ſubſtantialis materiæ eſt carere omni forma car. 14
Proportio, & analogia dei & creaturæ car. 136
Punctus in linea in principio, in medio, & in fine car. 47
Punctus fluens cauſat lineam linea ſuperficiem ſuperficies corpus car. 102
Pura potentia non eſt uerè & ſimpliciter ens car. 2
Pura potentia nullum habet gradum car. 11
Pura potentia nullum habet ordinem ad aliam, & aliam formam niſi ex uoluntate creatoris. car. 11

De Littera. Q. b

Qualitas in genere formam ſequitur, interdum materiam car. 36
Quando incœperunt ſacramenta & quando ſint terminanda. car. 43
Quando incœpit eſſe motus cœli ab oriente in occidens & econtra car. 38
Quando incœpit tempus & motus car. 38
Quantitas molis & uirtutis car. 7
Quare lumen non ſit corpus car. 81
Quare in octaua ſphera ſint tot ſtellæ in alijs orbibus una tantum car. 134
Quare non fiat mentio de angelorum creatione car. 34
Quattuor ab initio producta quæ ſunt coeua car. 41
Quattuor proportiones in elementis car. 113
Quattuor agit dominus die ſeptimo car. 144
Quæ poſſunt ad inuicem tranſmutari habent eandem materiã, non aũt diuerſum. car. 19
Quæ inter terram mediant & Empyreũ ſub appellatione aquarũ deſignantur. car. 27
Quæ ſit cognitio ueſpertina, & matutina car. 58
Quæ ſimul Deus fecit non potuit moses ſimul exprimere car. 28
Quicquid aduenit enti in actu, eſt accidens car. 14
Quid ſit uenenum car. 41
Quid per terram quid per cœlum ſignificari poſſit car. 28
Quomodo Deus quieſcit. car. 145

De Littera. R.

Radij quare reflectuntur & interſecantur car. 80
Raritas eſt in cauſa q; ignis in propria ſphera non luceat car. 28
Rarum & denſum ſunt differentiæ conſequentes materiam car. 13
Rarum & denſum ſunt accidentia car. 72
Rarum & denſum luminoſum, & diaphanum in cœlo car. 130
Rationes in deo ſunt uiuentes & immutabiles car. 54
Replicatur in homine benedictio car. 41
Rerum diſtinctio facta à principio põt accipi penes materiã formã, et accidẽtia. car. 29
Res totaeſſentia diſtinguuntur parte eſſentiæ, & numeraliter car. 29
Res interdum eſſe dicitur, cum nobis innoteſcit: car. 34

De Littera. S.

Saliua ſerpentis non eſt uenenum ſimpliciter car. 141
Scriptura ſingulari utitur pro plurali car. 121
Semina minima ſunt quantitate maxima in uirtute car. 119

Senſibile poſitum ſupra ſenſum non cauſat ſenſationem car. 86
Septuaginta interpretes, alio modo uerterunt, terra autem erat inanis & uacua,
& chaldæus paraphraſtes q̃ Hieronymus *uerterit* car. 1
Septem modis poteſt intelligi deum die ſeptimo quieuiſſe car. 144
Sex dies una dies multoties repetita car. 57
Sex poteſt Deus *quæ non poſſunt alia agentia* car. 127
Si cœlum careret materia non eſſet corpus & ibi eſſet accidens ſine ſubiecto car. 14
Si ſenſus ſolum immutaretur ab obiecto realiter, non ſentiret car. 87
Sol quot modis moueatur car. 75
Sol & luna quomodo ſint in firmamento, car. 97
Sol quomodo ſit in ſigna tempora & annos car. 135
Solis triplex condenſatio, lunæ & ſyderum duplex car. 122
Sola forma ſubſtantialis iungitur materiæ primæ car. 18
Sphera quæ duplici motu mouetur, ab alia ſphera mouetur car. 94
Species in medio & in ſenſu uniformiter ſuſcipitur car. 87
Spiritualis creatura per ſe ſub imaginatione non cadit car. 34
Spiritum ſuper aquas ferri car. 41
Stella Saturni quare frigida, cum habeat motum uelociſsimum car. 98
Stellæ aliquæ calidæ, aliquæ frigidæ cauſaliter car. 12
Sub appellatione aquæ moles ſignificatur car. 28
Subſtantia ſuam præcedit uirtutem natura car. 84
Subſtantia ſentitur per acceſſus car. 86
Subſtantiam accidentis non eſt forma, ſed compoſitum car. 16
Summo conſilio factus eſt homo car. 140

De Littera. T.

Tempus præcedit id quod continetur à tempore & ſequitur car. 25
Tempus eſt numerus motus cœli chryſtallini car. 41
Tempus ſecundum totum alio mõ à philoſophis, alio mõ à Theologis *cõſideratur* car. 47
Tenebra ſubiectum ſignificat tenebroſum car. 28
Tollenda eſt occaſio irriſionis, & ſcandali car. 38
Terra quomodo fundata ſit ſuper aquas car. 117
Tertia die facta eſt Elementorum *diſtinctio* car. 32
Ternarius primorum dierum duplex car. 33
Tres cauſæ caloris & frigoris per relationem ad terram car. 39
Triplex differentia formalis materialis, & accidentalis car. 30

Varietas quaſi colorum in celo car. 131
Vbi non ſunt externa ornamenta idem perfectio & ornamentum car. 129
Venenoſi humores oriuntur in homine car. 141
Venenoſi humores non abſunt ſenibus nec phthiſicis car. 141
Venenoſa animalia poſt peccatum aggrediuntur hominem car. 141
Verbum maioris eſt authoritatis quàm miraculum car. 89
Veſpere quando appellatur, & quando mane car. 43
Veſpertina cognitio & matutina in angelis car. 56
Virtus eſt immediatum ſentiens, anima principale car. 83
Virtus in deo eſt ſubſtantia in creaturis accidens car. 126
Viſio ſecundum perſpectiuos fit extra mittendo car. 80
Vltimum cœlum apud philoſophos eſt ultimum mobile car. 45
Vltimum mobile eſt chryſtallinum car. 20
Vnde habet mare ut creſcat & minuatur car. 126
Vnde ſumatur in cœlo diaphaneitas lux & color car. 131
Vniuerſi diſtinctio car. 31
Vniuerſi partes tres fuere ab initio car. 31
Vnitas materiæ triplex car. 17
Vna dies in principio fuit minor alia car. 75
Vnitas conſequitur ſimplicitatem, & econtra car. 94
Vna parte cœli mota & totum cœlum mouetur car. 101
Vnum Elementum aliud continet car. 113
Vnumquodq; cœlum proprio motu mouetur car. 94

Finis Tabulæ.

ÆGIDII ROMANI ARCHIEPISCOPI BITHVRICENSIS HEXAMERON, ID EST, DE OPERIBVS SEX DIERVM. LIBRI PRIMI EXPOSITIO.

Quôd materia illa informis ex qua per ſpatia ſex dierum dicuntur omnia eſſe facta, non carebat omni forma. Cap. Primum.

QVONIAM de operibus ſex dierum intendimus librum componere,& quia poſt illos ſex dies in quibus omnia facta eſſe dicuntur,legimus Deum die ſeptimo requieuiſſe ab opere quod patrarat,ordo naturalis,& rationalis poſtulat, ut hic liber a materia informi ſumat initium, ex qua in illis ſex diebus orbis terrarum dicitur eſſe factus,iuxta id Sapientię,Omnipotens manus tua creauit orbem terrarum ex materia inuiſa,ideſt,ex materia informi, quæ nomine terræ ſignificatur,cum dicitur, In principio creauit Deus cœlū, & terram.Cœlum quidem,ideſt,naturam angelicam, uel cœlum,id eſt,empyreum,quod mox creatum ſanctis Angelis eſt repletum,& terram,ideſt,materiam illam inuiſam & informē, ex qua formata ſunt omnia, ideo terra illa, & illa materia dicitur fuiſſe inanis & uacua. Inanis quidem erat, quia erat informis , & uacua erat, quia herbis, & plantis,& animalibus non erat repleta,nec decorata.Eſt enim materia quaſi locus in quo recipitur forma,& eſt aliqua ſimilitudo,licet exilis materiæ ad formam,& loci,ad corpus, ergo ſicut locus dicitur inanis quando eſt ſine corpore,ita materia informis quando caret forma.Aduertendum tamen,ꝙ ubi nos habemus,ꝙ terra,ideſt,materia illa informis,erat inanis & uacua,alia litera habet, ꝙ erat inuiſibilis & incompoſita.Inuiſibilis quidem erat,ideſt,incognoſcibilis,quia materia cum non cognoſcatur niſi per formam, & per analogiam ad formam,terra illa,ideſt,materia illa, eo modo quo erat informis, & carebat forma,erat inuiſibilis,ideſt,incognoſcibilis. Vel ſi uellemus hoc referre ad ſolam terram,non ad totam materiam,terra in primordio inuiſibilis erat,quia erat tota cooperta aquis.Ideo dixit Deus,Congregentur aquæ in locum unum,& appareat arida,& erat incompoſita,

Gen.2 *Sap.11* *Gen.1*

Septuaginta Interpretes uerterunt inuiſibilis, & incompoſita. Chaldæus paraphraſtes uertit ſqualida, ſeu deſolata, atque uacua.

quia non erat ornata plantis, arboribus, & animalibus, quibus coniuncta, ex eis componitur, & ornatur, ergo ſi ex materia informi, quæ nomine terræ poteſt ſignificari, totus hic mundus dicitur eſſe formatus, bene ſe habet inquirere utrum illa materia eſſet ſic informis, ꝙ careret penitus omni forma. Ad ueritatem elucidandam uerba Au-
C.4.et.6 guſt. in. 12. confeſſionum triplex obſtaculum parabunt. Vnum ex parte formarum, aliud ex parte tẽporum, tertium ex parte ipſius nihili. Ex quibus omnibus uidentur uerba eius ſonare, ꝙ materia illa ex qua
Prima rõ facta ſunt omnia, quæ dicitur in principio eſſe facta, erat omnino in-
cõtra pro. formis, & carebat penitus omni forma. Primo quidem uidetur hoc eſ
po. ſe ex parte formarum, uidetur enim uelle, ꝙ in illa informi materia
lib. 12. cõ nulla erat forma, quia non color, non figura, non corpus, non ſpiri-
feſ. c. 3 tus. Cum ergo omnis forma ſit ſubſtantialis, uel accidẽtalis, & omnis
8. *Meta.* forma ſubſtantialis, uel ſit corporalis, uel ſpiritualis, ſi in illa materia
cõ. 9 non erat color, nec figura, excludebatur ab ea forma accidentalis, ſi
2. *phy. co.* non erat corpus, nec ſpiritus, excludebatur ab ea omnis forma ſubſtã-
13 tialis, imo cum omnes formæ accidẽtales ſint poſteriores formis ſub-
7. *Meta.* ſtantialibus, & ſequantur eas, quia, ut dicitur in. 7. Met. ſubſtantia eſt
cõ. 34 prior accidente, cognitione, diffinitione, & tempore, ſi in illa materia
7. *meta.* non erat corpus, nec ſpiritus, ideſt, non erat ibi forma corporalis, nec
tex. cõ. 4 ſpiritualis, nulla erat ibi forma ſubſtantialis, & per conſequens nec accidentalis, nam & ipſæ formæ accidentales, uel ſunt corporales, uel ſpirituales. Erat ergo ſecundum hæc uerba materia illa omnino informis, non tamen erat omnino nihil, nam ſi erat ſine omni forma,
12. *lib. cõ* erat tamen ꝙ poterat formari forma. Ideo Auguſt. circa principium
feſ. cap. 3. 12. confeſſionum loquẽs Deo de huiuſmodi materia dicit. Priuſquam iſtam informem materiam formaret, atque diſtingueret, non erat aliud, non color, non figura, non ſpiritus, non corpus, non tamen omnino
Secũda rõ. nihil, ſed erat quædam informitas ſine ulla ſpecie. Secundo uerba Auguſt. præbent obſtaculum huic ueritati ex parte ipſorum temporum, nam cum ueritas ſit, ꝙ materia illa informis primo creata non caruit omni forma. Verba tamen eius huic ueritati præbent obſtaculum, & uidentur ſonare, ꝙ caruerit omni forma, non ſolum ex parte formarum, quia nec erat color, nec figura, nec corpus, nec ſpiritus, & erat ſine ulla ſpecie, ſed etiam hoc idem arguit ex parte temporum, ꝙ talis erat illa materia, ꝙ nullis mutationibus temporum poterat eſſe ſubiecta, ideo terra, ideſt, materia illa informis, non dicitur eſſe facta prima die uel ſecunda, ſed dicitur eſſe facta in prin-

cipio,ideſt, ante omnem diem, qua ſic conſiderata nullis diebus, & nullis mutationibus temporum poterat eſſe ſubiecta. Eſt enim hoc conuertibile, uidelicet, ꝙ quicquid eſt omnino informe nullis mutationibus poteſt eſſe ſubiectum, & etiam conuertitur, ꝙ loquendo de creaturis,quicquid nullis mutationibus poteſt ſubiici,eſt omnino informe. Vnde & Comment.ſuper.8.phyſicorum probat,ꝙ materia omnino prima, nullis mutationibus, poteſt eſſe ſubiecta. Hoc eſt ergo,quod Auguſtinus dicit duodecimo confeſſionum, ꝙ Moiſes, cum commemorat Deum in principio feciſſe cœlum,& terram, ideſt,angelicam naturam,& materiam informem, tacet de temporibus, ſiue de diebus, & ſubdit,ꝙ iſta informitas terræ inuiſibilis, & incompoſita in diebus & temporibus non eſt numerata, quia ibi nulla ſpecies, nullus ordo, nec uenit quicquam, nec præterit, & ubi hoc non fit, non ſunt utique dies, nec uiciſſitudo, nec ſpatium temporalium, materia ergo illa informis non eſt connumerata inter dies, ſed facta eſt ante omnem diem, & ſic facta eſt, ꝙ nulla poſſet eſſe in ea mutabilitas temporum, quod eſſe non poſſet, niſi fuiſſet facta penitus informis, quia in materia iam formata mutabilitas temporum eſſe poteſt. Tertio uerba Auguſtini in eodem libro huic ueritati præbent obſtaculum ex parte ipſius nihili. Nam, ut diximus, materia illa informis non fuit facta ſine omni forma. Verba tamen Auguſtini comparantis materiam ad ipſum nihil ſonant, ꝙ penitus ſine omni forma facta fuerit illa informis materia, hoc eſt, ergo quod dicit. Duo quidem feciſti domine unum prope te, ideſt, angelicam naturam, alterum prope nihil. Vnum quo tu ſuperior eſſes, ideſt, naturam angelicam, aliud quo nihil inferius eſſet, ideſt, informem materiam. Natura ergo angelica ita eſt prope Deum, ꝙ nihil præter Deum eſt ſupra eam, materia autẽ informis, quæ dicitur facta prima die, ita erat prope nihil, ꝙ nihil poterat eſſe inferius ea, quo poſito facta fuit ſine omni forma, quia ſi fuiſſet facta cum aliqua forma fuiſſet magis prope nihil, & fuiſſet inferius ſeipſa ſi conſideraretur ſine omni forma. Aduertendum itaque ꝙ hæc uerba Auguſtini in ſequenti capitulo ſoluemus. In hoc autem capitulo intendimus declarare, ꝙ materia illa informis non fuit facta ſine omni forma, quod tripliciter poſſumus declarare ſecundum ꝙ uerba Auguſt. huic ueritati triplex obſtaculũ uidentur præbere, ut illis eiſdẽ tribus uiis, & ex illis eiſdem tribus radicibus, ex quibus ueritatis obſtacula inſurgebãt, ueritas propoſita declaretur, ut ſit prima uia ex parte formarũ, ſecũda ex par-

Com.4

Cap.9

Tertia rõ.

12. lib. cõfeſ. cap. 7.

Not.

Rões probãtes propoſitum.

Prima rō. te tēporum, tertia ex parte ipſius nihili. Prima quidem uia ſic patet, *In libro de unitate, et uno.* nam ſecūdum Boethium, & ſecundum ueritatem, omne eſſe eſt a forma, quod ergo caret omni forma, caret omni eſſe, ſi ergo eſſet aliquid omnino informe, eſſet ſecundum hanc hypotheſim, aliquid quod nullum haberet eſſe. ergo illud eſſet, & non eſſet, quod contradictionem implicat, oportet quidem, ꝙ eſſe ſit actus entis, nam oportet eſſe ens, *Pura potētia non eſt uere, & ſimpliciter ens.* quod habet eſſe, eſt enim hoc conuertibile, ꝙ omne ens habet eſſe, & ꝙ quicquid habet eſſe, eſt ens. Pura ergo potentia, & illud quod eſt omnino informe, non eſt ens, & per conſequens nullum habet eſſe, nā quod eſt in potentia, ſecundum ꝙ huiuſmodi non eſt ens, ſed poteſt eſſe ens, illa itaq; informis materia primo facta non fuit pura potentia, *Secūda ratio.* nec fuit ſine omni forma, quia fuiſſet ſine omni eſſe. Secunda uia ad hoc idem ſumitur ex parte temporum. Dicere enim aliquid informe, & nullo modo ſubeſſe mutationibus temporū, eſt dicere oppoſitum in adiecto. Nam hoc eſt informe, quod poteſt formari, & illud poteſt formari quod ſubiacet mutationibus temporum, materia ergo illa informis non fuit ſine omni forma, quia non fuiſſet ſubiecta mutatio *cap. 9.* nibus temporum, ut patuit ſupra per uerba Auguſt. duodecimo confeſſionum. Illud enim ſubiicitur mutationibus temporum, quod de hoc in illud uadit, & quod unum deſerit, & aliud recipit, nam mutari *5. phi. 2* ſecundum Ariſto. eſt de aliquo in aliquid ire. Vnde & Auguſt. ubi nec *12. libro conf. ca. 9* uenit, nec præterit, non eſt uiciſſitudo temporum. Hæc eſt enim uiciſſitudo temporum, quādo hoc præterit, & hoc aduenit, hoc expoliatur, & hoc induitur, a pura autem potentia nihil poteſt præterire, & pura potentia nullo modo poteſt expoliari, & per conſequens nullis muta *Not.* tionibus temporum poteſt eſſe ſubiecta. Notandum tamen, ꝙ prima ratio directe & ſimpliciter arguit puram potētiam eſſe non poſſe. Sed hæc ſecunda ratio recte concludit, ꝙ pura potentia & res omnino in *4. Cœ. 21* formis actionibus naturalibus non poteſt eſſe ſubiecta, quia actio na *In qua actione ſit ſimpliciter propoſitio uera uide iſtum doc. 5. qd lib. q 10.* turalis non inducit unam formam, niſi expellat aliam, nō enim ſunt actiones naturales, niſi ex contrariis in contraria, quia ſemper unum contrariorum agit in aliud, ut calidum in frigidum, uel magis calidū in minus calidum, ſiue calidum in tepidum, nec calidum agit in frigidum, nec in tepidum, niſi expellendo formam frigidi & formam tepidi, & inducendo formam calidi. Propter quod ponere aliquid naturaliter informe, quod non poſſit ſecundum aliquem ordinem eſſe ſubiectum actionibus naturalibus, eſt ponere oppoſitū in adiecto, quia quod naturaliter eſt informe, naturaliter poteſt formari, ideo non ſo-

lum ex ipſis formis, ut dicebat ratio prima, ſed etiam ex mutationibus temporum, ut dicit hæc ratio ſecunda, concluditur, ꝙ illa informis materia non fuit pura potentia, nec caruit omni forma. Vel, ut ſupra tetigimus, etiam hæc ratio arguit ſimpliciter ueritatem, quia ducit ad contradictionem, ꝙ idem poſſit formari, & non formari. Tertia uia ad hoc idem ſumitur ex parte ipſius nihili. Pura enim potētia, ut uult Cōment. in phy. eſt medium inter ens & nihil, non eſt enim ens, quia non habet eſſe, & non eſt nihil, quia poteſt eſſe, hoc enim dicit potentia, quod non eſt, ſed poteſt eſſe, ratione qua non eſt, non eſt ens, ratione qua poteſt eſſe, non eſt nihil. Eſt enim potentia illud ex quo res eſt materialiter, ut ferrum eſt potentia culter, quia ex ferro materialiter fit culter, ex nihilo autem non poteſt aliquid materialiter fieri, ut ſicut aliquis malleando ferrum facit inde cultrum, ita malleando nihil, non faciet inde. Cum ergo dicitur, ꝙ Deus ex nihilo fecit omnia, ibi nihil, nō poteſt teneri materialiter, ita ꝙ ipſum nihil, ſit materia rerum, uel ꝙ in ipſum nihilum tāquam in materiam induxerit formā, & hoc modo fecerit creaturā. Sed ibi nihil, ut ſupra diximus, tenetur ordinaliter, ſicut dicitur, ꝙ ex mane fit meridies, ut ponitur exemplum in.ii. Met. Non enim ipſum mane fit meridies, nec una hora fit alia, ſed poſt mane incipit eſſe meridies, & poſt unam horam incipit eſſe alia, ſic ex nihilo fit aliquid, non ꝙ ipſum nihil fiat aliquid, ſed cum res prius fuiſſent nihil, actione diuina inceperunt poſtea eſſe aliquid. Reuertamur ergo ad propoſitum, & dicamus, ꝙ pura potentia, & materia omnino informis, nec eſt ens, nec nihil, ſed eſt medium inter utrunq;, & quia impoſſibile eſt tale quid eſſe actu, quia tunc eſſet aliquid actu, quod nō eſſet ens, ideo materia ſic omnino informis non poteſt cadere ſub factione, quia illud quod cadit ſub factione, & illud quod fit, cum eſt factum incipit actu eſſe, quare ſi materia omnino informis poſſet cadere ſub factionē, & tale exiſtens poſſet eſſe actu, quod eſſet omnino informe. Vnde Auguſt. xii. confeſ. loquens de materia penitus informi, ait, ꝙ non eſt aliquid, ſed eſt unde poteſt eſſe aliquid. Non eſt enim nihil, & non eſt aliquid, quia non eſt quid, ſed eſt unde facta ſunt alia, & unde facta ſunt entia.

Tertia rō *1. phi. 75. & 78*

Dies ē ex aurora, *2. Met. 7.*

ca. 6. 8. et 15

Quód non tempore, ſed natura, non duratione, ſed origine, materia omnino informis præceſſit ſuam formationem. Cap. II.

COGIMVR ponere ſecundũ rationes præhabitas, ꝙ nullũ fuit dare inſtans,& nullũ fuit dare tẽpus in quo eſſet materia
Habet uim omnino informis,quia,ut patet per habita,hoc poſito triplex
ex his que incõueniens ſequeretur,uidelicet,ꝙ aliquid ſimul eſſet,& nõ eſſet,&
habẽtur.2 ꝙ eſſet aliquid naturaliter informe, quod ſecundũ nullum ordinem
ph.12.3. actionibus naturalibus poſſet eſſe ſubiectũ. Et tertio, ꝙ eſſet aliquid
ph.65 additũ,quod eſſet medium inter ens & nihil,imo, ut clare pateat, ꝙ pura potentia ſub factione non cadit,nec poteſt eſſe aliquid,quod ſit
1.ph.64. ſecundũ ſe factum.Dicemus cum ſapientibus philoſophis, ꝙ proprie
7.met.23 non fit,niſi cõpoſitum ex potentia & actu,& ex factione cõpoſiti dici-
26.27. tur fieri potẽtia & actus,non enim fit potẽtia per ſe,& actus per ſe,ſed
31.33. ſimul fit potẽtia cum actu,& econuerſo,ſi enim cera eſt in potẽtia ad
8.met.8. rotunditatẽ,& quis uellet facere ceram rotundã,non faceret cerã per
12.met.18 ſe,& rotunditatẽ per ſe,& poſtea coniungeret rotunditatem ceræ,ſed tranſmutaret cerã,& tranſmutando eam,de cera non rotunda faceret cerã rotundam,ita ꝙ ſimul faceret cerã ſub rotunditate,& rotundita
Vbi ſupra tem in cera,totũ ergo compoſitum faceret ſimul,ita ꝙ per ſe nõ cadit ſub factione,niſi cõpoſitum,ut declarari habet in.7.Met.& in lib.phi. facere enim cerã rotundam non eſt facere,ꝙ cera ſit cera,quia hoc nõ eſt ſine rotũditate,nec eſt facere ꝙ rotundum ſit rotundũ,quia poteſt eſſe ſine cera,ſed eſt facere totũ ſimul, quod potiſſime ueritatẽ habet in potentia & in actu,quia nullũ iſtorum per ſe cadit ſub factione,nã facere potentiã non eſt facere,ꝙ potentia ſit potẽtia, quia hoc ſemper eſt uerũ,ꝙ potentia eſt potentia,ſed tũc incipit eſſe potentia,& tũc fit potẽtia quãdo incipit eſſe ſub actu,ergo prius intelligitur potẽtia fieri ſub actu,& incipere eſſe ſub actu,q̃ fiat potẽtia,uel q̃ incipiat eſſe potentia,& quia potẽtia ſub actu dicit quid cõpoſitum,prius fit compoſitum,& incipit eſſe cõpoſitum,q̃ fiat potentia,uel incipiat eſſe potentia,quę eſt pars cõpoſiti,ideo bene dictũ eſt,ꝙ factione cõpoſiti fit materia,quę eſt pars cõpoſiti,& quod dictum eſt de materia,& de potentia,ueritatẽ habet de actu materiali,& de forma materiali,quę nõ poteſt eſſe ſine materia,facere enim hmõi actum,uel hmõi formam, nõ eſt facere,ꝙ actus ſit actus,uel ꝙ forma ſit forma,quia hoc ſemper uerum eſt,ſed hoc modo fit hmõi actus quando fit in ſua potẽtia,& hoc modo fit hmõi forma quando fit in ſua materia,ergo non intelligitur
Id qđ pri- hmõi actus fieri,niſi fiat in ſua potentia,nec hmõi forma fieri,niſi fiat
mo fit,eſt in ſua materia,& forma in materia,& actus in potẽtia dicit quid com
cõpoſitũ. poſitum,prius intelligitur fieri cõpoſitũ,q̃ actus & potẽtia,uel q̃ ma-

teria & forma,quę ſunt partes cõpoſiti.Factione itaq; compoſiti fiunt potẽtia & actus,materia & forma.Illud igitur dictũ Philoſophi clare patet eſſe uerũ,ꝙ per ſe non fit,niſi compoſitum,tpe ergo & duratione non potuit fieri pura potentia ſine omni actu,nec purus actus ſine pura potentia.Et ſi inuenitur purus actus ſine omni forma,quod patet ueru eſſe in Deo,ille actus non cadit ſub factione, nec tale aliquid poteſt eſſe factũ,ſed eſt faciẽs omnia.Illud enim quod ſub factione cadit ſemper oportet eſſe cõpoſitum.Duratione ergo & tẽpore pura potentia & materia omnino informis nõ pręceſſit actum,ſed origine,& quadam conſideratione naturali,nam licet non fiat potentia, niſi ſub actu,& ex hoc nõ fiat potẽtia,niſi factione compoſiti,imaginamur tamen,ꝙ actus recipiatur in potẽtia, ut ex hoc ſecundũ quẽdam modũ intelligendi prius intelligitur eſſe materia, & poſtea intelligitur in ea recipi actus, ſicut prius intelligitur aliquid imperfectum, & poſtea intelligitur perfici.Secundum ergo hunc modum loquendi origine & natura,idest,naturali intelligentia,non duratione,nec tempore,materia omnino informis pręceſſit ſuam formationem Secundum hoc ergo ſaluantur uerba Auguſt.qui ait, ꝙ prius fuit materia omnino informis,& poſtea fuit formata,nec loquitur de prioritate durationis, uel temporis,ꝙ fuit aliquod tempus,uel aliquod inſtans in quo materia fuit talis,ſed ꝙ quadam origine, & quadam naturali intelligentia, ſicut prius intelligitur imperfectum, & poſtea intelligitur perfici,ſic prius intelligitur materia omnino informis, & poſtea intelligitur fuiſſe formata. Secundum hoc ergo poſſumus ſaluare omnia illa uerba Auguſtini.12.confeſſionum cap.3. Nam cum dicebatur, ꝙ priuſq̃ Deus hanc informem materiam formaret, atq; diſtingueret, non erat aliquid non color, non figura, non ſpiritus, non corpus, ſed erat quædam informitas ſine ulla ſpecie, loquitur de prioritate non temporis,ꝙ aliquando fuerit aliquid tale, ſed prioritate originis, & de naturali intelligentia, nam origine, & naturali intelligentia materia præcedit formam, & imperfectum perfectum, complemento autem,& perfectione,& etiam electione perfectum præce-

Actus ab omni potẽtia ſeparatur ſolus Deus.

Quod ſub actione,& factiõe cadit,eſt compoſitum.

Ad primũ 12. cõfeſ. cap.3. Aegidi.2. quodlib.q.13. dicit, materiã nõ poteſt eſſe, nec intelligi ſine forma. Idẽ dicit Ariſto. 2.ph.26. materia ẽ ĩ capitulo relatiõis,

quomodo igitur materia eſt prior quadam naturali intelligentia. Solue, intellectu poſitiuo ſcire materiã ſine forma eſt impoſſibile,intellectu priuatiuo materia quadã naturali intelligẽtia eſt prior, quia negatione cognoſcitur, ut dicit Ariſto.10.Meta.24. Vel dicas,ut dicit Domini. de Fland.8.met q.1.art.3.ad.1.arg. materia poteſt cognoſci ſine cognitione formæ perfectæ,& determinatæ, non autem ſine cognitione formæ confuſæ.

Ad ſecundum. dit imperfectum,& forma materiam. Ex hoc etiam patet illud quod ſecūdo dicebatur de ipſis temporibus nam materia ſine omni forma fuit ante omnem diem,& ante omne tēpus, & non poterat eſſe ſubiecta mutationibus temporum,ſed hoc modo nō poteſt intelligi prior tēpore,uel duratione,nam cum tempus incipiat in inſtanti, non potuit tēpus eſſe ante omne inſtans,quia tunc fuiſſet tempus ante omne tempus,quod eſt impoſſibile.Simul ergo tempore,uel duratione fuit materia & forma,& inſtans in quo incepit tempus,ſed quadam naturali intelligentia prius imaginamur fuiſſe materiam,& poſtea introductam ibi fuiſſe formam,& quia materia ſic ſub forma poterat eſſe ſubiecta mutationibus,& uariationibus temporum,ſtatim incepit eſſe inſtans,quod eſt principium temporis. Duratione ergo omnia illa ſimul fuerūt,licet origine & cauſalitate ſe præceſſerint,nam cum tempus ſit accidens,materia & forma,quæ ſunt ſubſtantia,origine & cauſalitate præceſſerunt omne inſtans & omne tempus, & cum fundamentum præcedat origine illud cuius eſt fundamētum,materia quæ ſubſternitur formę tanquam fundamentum origine preceſſit omnem

Ad tertiū, formam.Ex hoc etiam poteſt patere, quod tertio dicebatur, ꝙ facta fuit materia omnino prope nihil,ut nihil poſſet eſſe inferius ea,quod eſſe non poſſet,niſi facta fuiſſet omnino informis, quia hoc modo eſt infima omnium, nam materia iam formata & facta in actu non eſt omnino prope nihil. Ad quod dici poteſt, ꝙ materia prius fuit facta omnino prope nihil,non prius duratione,quia quātum ad hoc ſimul fuit facta materia cum forma,& econuerſo, ſed fuit ibi prius origine, & natura,ideſt,naturali intelligentia, quia cum materia intelligatur ſubſterni formæ tanq̄ quoddā ſuum fundamentum,& prius intelligatur eſſe fundamentū,q̄ ꝙ aliquid ſuperædificetur,uel recipiatur in eo ipſa materia hoc modo pręintelligitur anteceſſiſſe ſuā formationem.

Quomodo uerificantur uerba Aug.ꝙ materia omnino informis ignorando ſciatur,& ſciendo ignoretur. Cap. 3.

Cap. 5 PRAESENS quidem capitulum ad intelligēdum mentem Auguſt.eſt introductum, qui.12. confeſ.in hæc uerba uidetur prorumpere,ꝙ humana mens dum nititur materiam cognoſcere ignorando, & ignorare noſcēdo,ait enim materiam non eſſe intelligibilem,quia non eſt ſpecies, ſi enim omne eſſe eſt a ſpecie ſiue a forma,& res ſicut ſe habet ad eſſe,ita ſe habet ad ueritatem,ut declarari

rari

rari habet in.2.Meta. & per conſequens ita ſe habet ad cognitionem intellectualem,quia obiectum intellectus eſt uerum, materiaq; de ſe caret omni ſpecie & omni forma,conſe quens eſt,ꝙ de ſe careat omni eſſe,& ꝙ de ſe non ſit intelligibilis,nec etiam de ſe eſt ſenſibilis,ſed inſenſibilis & incompoſita.Hoc eſt ergo, quod Auguſt.ait,ꝙ in ea,ideſt, in materia quærit cogitatio, & dicit ibi non eſt intelligibilis forma, & ſubdit,ꝙ neq; eſt ſenſibilis,quia eſt inuiſibilis & incompoſita,& ait ꝙ dum hoc ſibi dicit humana cogitatio, conatur materiam uel noſcere ignorando,uel ignorare noſcendo,ut igitur hæc uerba intellectum accipiãt clariorem,quia noſtra cogitatio incipit a ſenſu.Nam nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, ut in Poſteriorib. declaratur.

Tex.cõ.4 *Vbi ſuprà* *Cap. 15*

Videndũ eſt in ipſis ſenſibilibus utrum in aliquo ſenſu hoc contingat, ꝙ aliquid non ſentiendo ſentiatur,& ſentiendo,ſenſu non percipiatur. a Et cum duo ſint ſenſus,qui maxime deſeruiũt ſcientiæ,uiſus ſcilicet, & auditus, ideo in utroq; ſenſu hoc uolumus declarare. Eſt enim aliquid in ſenſu uiſus,quod dicit meram priuationem rei uiſibilis,ſicut tenebra dicit meram priuationem lucis. b Lux quidem eſt obiectum uiſus, nam uiſus percipit lucem, & nihil percipit ſine luce. c Et quia non ad alium ſenſum ſpectat cognoſcere hoc, & oppoſitum, ideo eodem ſenſu,quo iudicamus de luce,iudicamus de tenebra,qui ergo poteſt aduertere quomodo uiſu cognoſcitur tenebra, de leui ſcire poterit quomodo intellectu cognoſcitur informis materia.Dicimus enim ꝙ tenebra non uidendo uidetur,ideſt,uiſu percipitur,& uidendo non uidetur,ideſt,uiſu non percipitur, cum enim nihil uidemus, dicimur uidere tenebras,non uidere enim eſt tenebra,uel eſt res tenebroſa, res priuata lumine potens ſuſcipere lumen, non ergo niſi per analogiam ad lumen cognoſcitur tenebra,& tunc actu percipimus tenebrã quando nihil omnino uidemus.His itaq; prælibatis dicamus,ꝙ ſicut ſe habet uiſus ad res uiſibiles, ita ſe habet mens & intellectus ad ſpecies & ad formas,& ſicut uiſus non percipit niſi lucem & colores,quæ ſunt res uiſibiles,ſic intellectus non percipit niſi formas & ſpecies.Nam,ut

a Viſus deſeruit ſcientiæ per inuentionẽ acquiſitæ, magisquã auditus.i. Meta. in proœ. Auditus magis diſciplinæ deſeruit,que ab eruditione cauſatur externa. in li.de ſenſu et ſer.c.2

Sermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ, non ſecundum ſe,ſed ſecundum accidens.

b An lux ſit primum obiectum uiſus,uel color,uide iſtum doctorem in.2.de anima,in dub.ſuper tex.commen.66.dubitatione.1 2 3 &.4.

c 2.de anima.tex com.71.ibi etiam poteris uidere iſtum docto.uide etiam ipſum in.3. de anima in dubitatio ſuper tex.26.

Te. cõ. 11 *Tex. cõ. 12* *7. meta.* *Tex. com. 35. et 43* *Vide iſtũ doc. 2 ſen. diſ. 37. q. 1. quõ oẽs partes diffinitionis sũt formæ & quõ materia in diffinitiõe poſita ſit forma.*

declarari habet in. 3. de anima. q‹ quid eſt, eſt obiectum intellectus, & quia quod quid eſt rei ſecundum quiditatem eſt illud quod per diffinitioné exprimitur, quia diffinitio eſt ſermo expreſſiuus quiditatis & eſſentiæ, cum omnes partes poſitæ in diffinitione ſint formæ, ut declarari habet in. 7. Met. cõſequens eſt, ꝙ noſtra intellectualis cognitio ad formas & ſpecies terminetur, quia terminatur ad quiditaté, quæ per diffinitionem exprimitur, in qua omnes partes poſitæ dicuntur eſſe formæ. Vt ergo proſequamur ſimilitudines de uiſu corporali & intellectu, dicemus, ꝙ uiſus corporalis non percipit niſi lucem, & ſi dicatur, ꝙ percipit colorem dicemus, ꝙ colores ſunt de natura lucis. Eſt enim lux quidam color clarus, & color eſt quaſi quædam lux opaca, ſi ergo colores poſſunt dici quædam lux, uiſus corporalis non percipit niſi luces, ſicut & intellectus non percipit niſi formas, ſic igitur cognoſcetur ab intellectu, quod caret omni forma, ſicut cognoſcetur a corporali uiſu, quod caret omni luce, & quia materia omnino informis caret omni forma, & tenebra ſecundum ꝙ huiuſmodi caret omni luce, bene dictum eſt, ꝙ ſicut tenebra percipitur corporali uiſu ſic materia omnino informis percipitur intellectu, & quia tenebra non uidendo uidetur, & uidendo non uidetur, quia quamdiu aliquid uidemus non dicimur uidere tenebras, ſed tunc dicimur eas uidere cum nihil omnino uidemus. Ideo hic apparet ueram eſſe ſentétiam Auguſt. ꝙ materia omnino informis ignorando cognoſcitur, & cognoſcendo ignoratur, quia ſicut quamdiu aliquid corporaliter uidemus, uidemus lucem uel colorem, qui eſt de natura lucis, ſic quamdiu aliquid intelligimus dicimur intelligere formam uel ſpeciem, omnino autem informe non intelligendo intelligimus, ſicut & tenebras non uidendo uidemus. Poſſumus enim per intellectum intelligere hanc ſpeciem & illam ſpeciem, & aliam ſpeciem & ſic de ſingulis. Si uis ergo intellectum abſtrahere ab omni ſpecie, abſtrahas ipſum ab omni intelligere, materia ergo ut eſt ſub hac forma cadit ſub hoc intelligere, ut eſt ſub alia forma cadit ſub alio intelligere, ergo ut eſt ſub nulla forma cadit ſub nullo intelligere, ut quaſi non intelligẽdo intelligatur, quia quando abſtrahimus materiã ab omni forma & ab omni intelligere, quia hoc modo intelligimus materiã omnino informẽ, conſequens eſt, ꝙ ſic acceptã non intelligẽdo intelligimus ipſam. Et quod dictũ eſt de tenebra reſpectu uiſus, ueritaté habet de ſilẽtio reſpectu auditus, nã & per uiſum cognoſcimus tenebras, & per auditum percipimus ſilẽtium, & ſicut tenebra non uidendo uidemus, ſic & ſilentium non audiẽdo au-

2. d anima tex. cõ. 96

dimus. Eodem modo & materiã non intelligendo intelligimus, quando enim nihil uidemus, dicimus eſſe tenebras, & quando nihil audimus, dicimus eſſe ſilentium, ſic cum abſtrahimus materiam ab omni forma, abſtrahimus eam ab omni eſſe, & ab omni intelligere, ſed abſtrahere ab omni intelligere, eſt non intelligere ipſam. Sic enim dicemus de materia quantum ad cognitionem ſicut dicimus de peccato quãtum ad factionem, nam ſicut non faciẽdo peccatum facimus, ſic non intelligendo materiã intelligimus, habet enim peccatũ non cãm efficientẽ, ſed deficientẽ. Ideo Auguſt. 12. de ciuitate Dei, ait, nemo igitur quærat efficientem cãm malæ uoluntatis, non enim eſt efficiẽs, ſed deficiẽs, nec illa eſt affectio, ſed defectio. Si quis enim faceret lineã tortuoſam ipſius lineę aſſignaremus cãm efficientẽ plũbum uel cultellũ cum quo facta eſt linea, ſed ipſius tortuoſitatis non poſſumus aſſignare cãm efficientem, ſed deficientẽ. Eſt enim eius cauſa defectus regulę, quia ſi adhibuiſſet ibi regulã non feciſſe lineam tortuoſam, ſic ipſius actionis aſſignabimus cãm efficientem uirtutẽ, uel potẽtiã a qua egreditur hmõi actio, ſed ipſius actiõis, ut eſt obliqua & mala, & ut eſt peccatum non aſſignabimus cãm efficientẽ, ſed deficientẽ, quia ut defuit hmõi actio a regulis rationis, uel a regulis diuinis, ideo eſt obliqua & mala & peccatũ. Sic & in propoſito cum intelligimus materiam cum aliquo eſſe uel cum aliqua forma hmõi intelligere habet cauſam efficientem, quia ille actus & illud eſſe cum quo intelligimus materiam eſt cauſa quare ſic intelligamus eam, ſed cũ uolumus conſiderare materiam ſine omni eſſe, oportet ꝙ deficiẽdo ab omni intelligere intelligamus ipſam. Scientia enim noſtra cauſatur a rebus, & res mediante ſenſu agunt, & immutat intellectũ noſtrum, cum ergo nihil agat, niſi ut eſt in actu, quod deſuit ab omni actu, deficit ab omni actione, & ab omni immutatione, ideo materia ſic accepta non intelligẽdo intelligitur, quia deficiẽdo ab omni actu deficit ab omni intelligere cum deficiat ab omni immutatione & ab omni actione, ut hoc modo acceptã non poſſit immutare intellectũ noſtrum, nec aliquid agere in ipſum. Sicut ergo peccatum deficiendo cõmittitur, ſic & materia quantũ ad cognitionẽ, deficiendo a cognitione cognoſcitur, & per cõſequens non intelligẽdo intelligitur. De hoc aũt modo cognitionis loquitur Aug. 12. de ciuitate dei, cum ait, ꝙ cãs porro iſtarũ, id eſt, malarũ uoluntatum, uel malarũ actionum, cum efficiẽtes nõ ſint, ſed deficiẽtes uelle inuenire tale eſt, ac ſi quiſq̃ uellet uidere tenebras uel audire ſilentiũ, q̃d tamen utrũq; nobis notũ eſt, neq; illud niſi ꝑ oculos, neq; hic niſi ꝑ

Peccare nõ agere, ſed deficere.

Cap 7.

Actio quare mala.

12. Meta. com. 51.

Cap. 7

aures, & ſubdit ꝙ hoc non eſt in ſpecie, ſed in ſpeciei priuatione. Et idē dicit, ꝙ ea quippe quæ non in ſpecie, ſed in eius priuatione ſciuntur, ſi dici, aut intelligi poſſunt, quodammodo neſciendo ſciuntur, ut ſciendo neſciantur. Et exemplum de oculo ponit, ꝙ cum enim oculus corporalis currit per ſpecies corporales nuſquam tenebras uidet, niſi ubi cœperit nō uidere. Ponit etiam exemplum de auribus dicens, ꝙ ita etiā non ad aliquem alium ſenſum, ſed ad ſolas aures pertinet audire ſilentium, quod nullo modo necnon audiēdo ſentitur. Et quod dictum eſt de peccato, & de tenebris, & de ſilentio, ueritatem habet, & de ipſa materia quantū ad intelligere, quia quādiu diſcurrimus per formas, & per ea quæ ſunt de ſe intelligibilia tādiu poſſumus intelligere materiam formatam, ſed tunc dicimur intelligere materiam omnino informem quando deficimus ab omni intelligere, nam materia ſic accepta intelligitur cum omni priuatione cuiuſcunq; ſpeciei, quæ autem cum priuatione ſpeciei cognoſcuntur, quaſi neſciendo ſciuntur, nā priuatio in negatione conſiſtit. Ideo Auguſt. 12. de ciuitate Dei cap. 7. dicit, ꝙ ſpecies intelligibiles mens quidem noſtra intelligēdo conſpicit, ſed ſi deficiunt ſpecies illa neſciendo cōdiſcit, & quia in materia omnino informi deficiunt omnes ſpecies, conſequens eſt, ꝙ eam neſciendo condiſcamus, ipſa etiam delicta, prout eorum ratio in priuatione conſiſtit, non intelligibilia eſſe dicuntur. Iuxta illud Pſal. Delicta quis intelligit. Sed dices, ꝙ ſecundum iam dicta, ut uidetur, non aliter intelligitur materia, q̄ intelligatur ipſum nihil. Ad quod dici poteſt, ꝙ materia non eſt nihil, ſed eſt prope nihil, & eſt medium inter ens & nihil. Nam ſicut angelus eſt prope Deum, quia multum habet de actualitate, ſic materia prima eſt prope nihil, quia multum habet de potentialitate, & nihil habet de actualitate. Attamē materia, licet ſic ſit prope nihil, non tamen eſt nihil, & aliter negotiatur intellectus circa eam, & circa nihil, quia circa nihil negotiatur non intelligendo negatiue, ita ꝙ intellectus intelligit per nihil, quod non eſt, nec pot eſſe, ipſius enim nihil, nec eſt aliquid, nec pōt fieri aliquid. Vnde cum dicimus, ꝙ Deus ex nihilo fecit res, nō eſt intelligere, ꝙ ipſum nihil ſit facta aliqua res, uel ſit factum aliquid, ita ꝙ ibi, ex, non tenetur cauſaliter, ſed ordinaliter, & eſt idem quod primo non materialiter, ſed ordinaliter. Ex nihilo enim factæ ſunt res, quia cum prius eſſent nihil poſtea inceperunt eſſe res, igitur non intelligendo intelligitur nihil, non intelligendo omnino negatiue, quod nihil nec eſt, nec poteſt eſſe, nec eſt aptum natū eſſe, ſed non intelligendo intelligimus materiā, intelligendo priuati

Aug. ſimilia. — *1. phy te. com. 75* — *Pſal 18* — *Dubitatio* — *Solutio.* — *1. phy. cō. 78.* — *Hoc idem habet doctor iſte 5. quodli. q. 12. & 2. ſen. diſ. 17. q. 8.*

ue, nam priuatio dicit carentiam tum aptitudine, materia quidem ſi-
ne omni forma intelligitur cum priuatione, quia licet careat omni eſ-
ſe, habet tamen aptitudinem ad eſſe, & licet ſic accepta non ſit, quia
non eſt aliquid in actu, poteſt tamen eſſe, quia eſt aliquid in potentia.

Quód materia nuda ſecundum ſuam eſſentiam in omnibus corporibus eſt eadem. Cap. IIII.

CIRCA identitatem materiæ uolumus euitare extrema, & te-
nere medium. Inuenimus quidem aliquos ſic ampliantes id-
entitatem materiæ, ut eam in omnibus corporibus tam corru-
ptibilibus, q̃ incorruptibilibus, tam elementaribus, q̃ cœleſtibus, &
etiam in omnibus ſpiritibus dixerint eſſe eandem. Vt patet ex Auice-
bron in ſuo libro, quem uocauit de fonte uitæ. Vult enim ibi, ꝙ quan- Op. Auicebron. de
tum ad eſſentiam materiæ non differant ſpirituales creaturæ a corpo- materia.
ralibus, ſed ſolum quantum ad conditiones materiæ, ut quia corpora-
lia habent materiam ſubiectam quantitatibus & qualitatibus corpo-
ralibus, ſpirituales autem ſubſtantiæ habent materiam ſubiectã quan-
titatibus & qualitatibus non corporalibus, ſed ſpiritualibus, ſecundũ
quem modum ſequendo hanc opinionem nõ ſolum qualitatibus, ſed
etiam quãtitatibus ſpiritualibus materia in ſpiritibus eſt ſubiecta. Vt
dicamus, ꝙ duplex eſt quantitas, una molis, quæ ſolum eſt in corpori-
bus, alia uirtutis, quę eſt etiam in ſpiritibus. Voluit itaq; Auicebron, ꝙ Quãtitas
quantum ad eſſentiam materiæ non differunt ſpirituales creaturæ a molis, &
corporalibus, differunt autem quãtum ad conditiones materię, quia uirtutis.
materia incorporalibus eſt ſubiecta qualitati & quantitati molis. In
ſpiritualibus uero eſt ſubiecta qualitati ſpirituali & quantitati uirtu-
tis. Sed iſti nimis extendunt naturam materię, ponentes eam in rebus Impugnatio opi. A-
ſpiritualibus, nam ut patet. 8. Meta. ſubſtantiæ ſeparatæ ideo dicũtur uiceb.
ſeparatæ, quia ſunt præter omnem materiam ſenſibilem & intelligibi-
lem. Sed dices, ꝙ ibi materia ſenſibilis uocatur materia naturalis, Te. cõ. 16
materia autem intellectualis uocatur materia mat . Subſtantiæ Dubitatio.
itaque ſeparatæ ſunt præter omnem materiam ſenſibilem & intel-
ligibilem, quia non habent materiam naturalem, nec mat. ſed ex
hoc non concluditur, ꝙ nullam habeant materiam. Dicemus ergo Solutio.
ꝙ nunq̃ materia ſeparatur a quantitate, ſi enim ſepararetur ab ea nõ
poſſet eſſe ſimul ſub diuerſis formis. Ideo dicit Comment. in de ſub- Cap. I
ſubſtantia orbis, ꝙ ſi materia non haberet dimenſiones, non reciperet

inſimul formas diuerſas numero,nec formas diuerſas ſpecie,niſi in di uerſis temporibus,ſed in eodem tẽpore non inueniretur in ea niſi una forma,& hoc quia materia eſt una.Hæc enim uerba Commentatoris ſunt per ſe uera,quia nullius agentis eſt facere illud quod cõtradictio nem implicat,quia tunc ſimul eſſet & non eſſet.Cum ergo omnes for mæ ſubſtantiales habeant aliquam oppoſitionem adinuicem impoſ ſibile eſt unam & eandem materiam eſſe ſub diuerſis formis,ꝙ ſimul ſit ſub forma ignis & ſub forma aquæ, uel ſub quibuſcunque duabus formis,ſi ergo eſt materia ſub diuerſis formis, hoc eſt, quia eſt quanta & in alia parte materiæ poteſt recipi alia & alia forma. Imaginabi mur enim cum Auguſt.12.confeſſionum, ꝙ origine ſemper informe præcedit formatum.In hanc etiam eandem ſententiam incidit Philo ſophus in 2.Meta.cum appellat materiam fundamentũ naturæ,ſem per fundamentum præintelligitur ei quod recipitur in fundamento, oportet itaq; ut præintelligantur diuerſæ materiæ,ut poſſint recipere diuerſas formas,ꝙ ſi non eſſet niſi unũ informe & una materia ſimul non poſſet recipere niſi unã formam,ſed diuerſitatem in ipſa materia nõ poteſt facere niſi quãtitas,ideo ſi ſepararetur materia a quãtitate, non poſſet eſſe niſi unum materiale,quia (ut in quæſtionibus noſtris ſuper.2.ſent ubi de immaterialitate Angelorum tractauimus) diffu ſius diximus,hoc enim faciunt aliæ formæ in materia,ꝙ diuerſificant eam ab alia materia ſecundum formam,ſed materiam in ſeipſa ſola quantitas diuerſificat,quia quantitas extendit materiam & facit eam habere partes,ut ex hoc in diuerſis partibus materiæ poſſint recipi di uerſæ formæ numero uel ſpecie, uel etiam genere. Sed ſi huiuſmodi partes ſubtraheremus a materia,nullo modo poſſet habere ſimul di uerſas formas,nec numero,nec ſpecie,nec etiam genere,ꝙ ſi Angeli eſ ſent materiales,uel eſſent quanti (quod eſt contra cõmunem opinio nem,& contra ueritatem) uel nõ poſſet eſſe niſi unus Angelus.Nam ſi Angelus haberet materiam, & Deus uellet producere duos Ange los oporteret,ꝙ præintelligeretur aliquid informæ in quo introduce retur forma Angeli,ſi ergo producerẽtur duo Angeli,oporteret,ꝙ pręintelligerentur duo informia,cum in uno & eodem informi non poſ ſent induci duæ formæ.Quæreretur ergo de illis duobus informibus per quid eſſent duo,nõ poſſet dici,ꝙ eſſent duo per ſuas formas,quia etſi non tempore ſaltem origine præcedent ſuas formas.Cum enim il la informia debeant fieri fundamenta ſuarum formarum,oportet ꝙ ſaltem origine præintelligantur ſuis formis,ut origine prius ſint duo

Nullum agẽs põt ea facere que contradictionẽ implicãt.

Cap. 3.

Te. cõ. 71

diſt. 3 q. 1. in. 1. parte diſtinctio.

informia,q̄ ibi induantur duæ formæ, hanc autem diuerſitatem ſaluare non poterimus,niſi pėr quantitatem,ſemper enim materia tanq̄ fundamentum præintelligitur ſuæ formæ, ſiue ſit forma ſubſtātialis ſiue accidētalis,per ſolam ergo illā formam poterūt eſſe multa materialia,per quā poſſunt eſſe multa informia, hæc aūt eſt ſola quātitas, quæ dat materiæ ꝙ habeat partes,ut in diuerſis partibus materię poſſint recipi diuerſæ formæ,& non cōpatientes ſe adinuicē,ſiue hmōi diuerſitas ſecundū numerum ſit,ſiue ſecundū ſpeciem,ſiue ſecundū genus.Ideo ſi ſepararetur materia ab omni quātitate non poſſet eſſe niſi unū materiale,& nō poſſet ſimul recipere niſi unā formam,loquēdo de formis quæ non cōpatiuntur ſe adinuicē.Suppoſito itaq; ſicut ueritas eſt,ꝙ Angeli nō ſunt quanti,ſi Angelus haberet materiā nō poſſet eſſe niſi unus Angelus,ſiue enim Angeli differāt numero, ſiue ſpecie, ſiue genere,ſiue in ipſo informi,ſiue in ipſa materia non ponamus diuerſitatem,quod nō poteſt poni,niſi per quantitatē, nullo modo pōt eſſe niſi unus angelus,poſſet tamē fieri uirtute diuina,ꝙ in illo eodem informi in quo inducta eſt forma huius angeli,induceretur poſteà forma alterius angeli,ſed ꝙ ſimul ſint multa materialia,niſi materia habeat partes,eſt impoſſibile. Aduertēdū eſt autē,ꝙ & aliter poſſumus nos breuiter expedire,ꝙ angeli ſint immateriales,conſiderādo animā rationalē,quę eſt forma corporum,& non corrūpitur corrupto corpore, ſi ergo anima rōnalis poſt ſeparationē a corpore habet per ſe eſſe, erit cōpoſita ex materia & forma ſicut & angelus,imo ſi ponitur angelus ſic cōpoſitus multo magis debet poni aīa, quæ minus habet de actualitate,q̄ angelus,& plus de potētialitate, ſed deſtruitur cōſequēs, quia anima nō poteſt eſſe compoſita ex materia & forma,ergo multo magis nec angelus. Aſſumpta autē propoſitio de leui probatur.Nam cum anima ſit actus & forma corporis, & materia,quæ eſt pura potentia,nullo modo poſſit eſſe actus & forma,anima quę eſt forma corporis non poteſt eſſe compoſita ex materia & forma, ergo nec Angelus. Identitatem itaq; materiæ extendere uſque ad ſpiritualia, quod fecit Auicebron,eſt tenere extremum,& eſt nimis materiam extēdere,& falſam opinionem habere de ea.Hi ergo de quibus locuti ſumus,tenent unū extremū,quia uſq; ad ſpūalia extendunt identitatē materię.Sunt aūt & alii aliud extremū tenentes,nimis reſtringētes hmōi identitatē audētes aſſerere,quia ēt omnium corporaliū non ſit eadē materiā per eſſentiā,quā opi.tenēdo dicūt ſe tenere cū Com.Hi inueſtigāt duas naturas ex quibus cōpoſita ſunt ſupercęleſtia corpora,& dicūt illas duas

Quare materia non poſſit ſeparari a quātitate.

Not.

Angelus ē actualior, quàm anima ſeparata.

Di. Tho. in 1. par. sū. q. 66. art. 2. et. 2. ſētē. diſt. 12 art. 1.

Auer. in. 2 et. 3. a. de ſubſt. orb.

Com. 12 naturas equiuoce dici in iſtis inferioribus & in illis. Nam ut patet per
1. de cælo eundem. 8. Meta. hæc inferiora ſunt compoſita ex materia & forma,
92. ſed ſupercœleſtia componũtur ex corpore & forma, ita ꝙ ipſum cor-
pus ſupercœleſte ſe habet, ibi tanquã materia & intelligentia mouens
ipſum ſe habet tanq̃ forma, ſed cum ex corpore cœleſti & ſua intelli-
gentia mouente non fiat unum ſecundũ eſſe, patet ꝙ equiuoce de ma
teria cœleſti loquitur Commen. Circũ ſcripta enim intelligentia opor
tet dare materiam in ipſo cœlo, ita ꝙ ipſum cœlum præter intelligen
Tex. com. tiam oportet habere materiam. Nam dicitur. 2 Meta. oportet imagi-
12 nari materiã in re mota, ideſt, in re mobili. Cœlum itaq; quod eſt mo
bile oportet ipſum habere materiam. Sed Commen. in hac parte fuit
ſingularis opinionis, credit enim cęlum eſſe quid ſimplex & eſſe quã
dam formã corporalem abſq; aliqua materia, quæ forma corporalis
reſpectu intelligentię mouentis eam ſortitur quandam rationem ma
teriæ, non ꝙ illa ſit uera materia, ſed eſt illud corpus ideſt, forma cor
poralis & intelligẽtia mouens ipſum. Ideo dicit Commen cęlum eſſe
compoſitum ex corpore & forma. Sed iſta poſitio ſtare nõ poteſt, quia
Cõtra A- ipſa quantitas ſecundum ſe non poteſt eſſe ſubiectum formę ſubſtan-
uer. tialis, eſſet enim accidens ſecundum ſe fundamẽtum ſubſtantialis for
mæ, ſed hoc eſt ratione materiæ, ideo ſi forma cęli non eſſet forma in
materia, non poſſet eſſe quãta & extenſa, & cęlum non eſſet quid mo
6. phy. te. bile, omne autem mobile eſt quantum, & omne quantum eſt materia
com. 71 le, ut ex hoc uerificetur illud dictum Philoſophi, ꝙ oportet imaginari
2. Meta. materiam in re mota. Ideo illi idem dicentes ſupercęleſtia non conue
tex. cõ. 12 nire in eſſe materiæ cum iſtis inferioribus, qui prius dixerunt ſe tenere
Impugna- cum Commen. poſtea in aliis ſuis ſcriptis improbauerũt opinionem
tio di. Th. Comment. His itaq; prælibatis dicamus de identitate materiæ nos te
contra A- nere opinionem mediam Nec enim tenemus cum Auicebron ampli-
uer. habe- ante huiuſmodi identitatem intantum ut etiam ſpiritualia quantum
tur in. 1. ad nudam materiam diceret cum corporalibus conuenire. Nec tene-
par. ſum. mus cum his aliis reſtringentibus iſtam identitatem, ut etiam omnia
q. 66. art. corporalia, uidelicet, ſupercęleſtia, & hæc inferiora negent quantum
2 ad nudam eſſentiam materiæ cõuenire. Ratio autem quæ mouet eos
Rõ Auer. hæc eſt potiſſima, quia tũc ſupercęleſtia eſſent corruptibilia, quia ma
et diui Th. teria ſecundum ſuam eſſentiam eſt in potentia ad omnes formas, ſi
ergo cęleſtia haberent eandem materiam cum elementis, materia exi-
ſtens ſub forma cęli appeteret eſſe ſub forma elementi. Nec ualeret ſi
diceretur ꝙ forma cęli eſt adeo nobilis, ꝙ exiſtens ſub illa forma non

appetit

appetit eſſe ſub alia, quia uidemus, ꝙ materia exiſtẽs ſub forma ignis, quæ eſt forma nobilis, appetit eſſe ſub forma terræ, quæ eſt ignobilis, ꝙ ſiquis tamen proteruiret, ꝙ exiſtens ſub forma cœli ratione ſuæ nobilitatis nullo modo appetit eſſe ſub forma elemẽti, cogeretur tamen ut uidetur concedere, ꝙ exiſtens ſub forma elemẽti appeteret eſſe ſub forma celi, ergo ex corpore elemẽtari poſſet fieri corpus cœleſte, quod eſt impoſſibile. Hoc ergo modo probant non eſſe eandem materiam ſupercœleſtium & inferiorum. Sed quomodo poſſit ibi eſſe alietas, dicunt, ꝙ hoc eſt reſpectu actus, ut ſicut potentia auditiua eſt alia a potentia uiſiua, quia ordinatur ad alium actum, ſic materia cœli ſecundum nudam ſuam eſſentiam conſiderata eſt alia a materia elementorum, quia ordinatur ad aliam formam, ordinatur enim materia cœli ad formam incorruptibilem, elementorũ uero ad corruptibilem. Sed hæc ſtare non poſſunt, quia ſicut in actu puro non poteſt eſſe eſſentialis diſtinctio, ut ꝙ ſint duo actus puri eſſentialiter differẽtes ſic nec in pura potentia poteſt eſſe eſſentialis diſtinctio, ut ꝙ ſint ibi duæ puræ potentiæ eſſentialiter differẽtes, ſi ergo eſt alia materia ſupercęleſtium & inferiorum, oportet ꝙ altera earũ non ſit pura potentia, & per conſequens non ſit materia, tenemus itaq; uiam mediam, ꝙ non ſpiritualium & corporalium, nec quorũdam corporalium, & quorũdam nõ, ſed omnium corporalium ſit una & eadem materia per eſſentiam. Difficultates autem tactas circa iſtam materiam intendimus in ſequenti capitulo declarare.

Alia impugnatio cõtra Auer. & di. Th.

Quòd materia exiſtens ſub forma elemẽti non appetit eſſe ſub forma cœli, nec econuerſo, non obſtante, ꝙ materia ſecundum nudam eſſentiam non differat hæc ab illa. Cap. V.

De materia quidem poteſt eſſe duplex modus loquẽdi, unus quantum ad ueritatem, & alius quantum ad unitatem, & licet ille duplex modus apud doctores gentiles, & apud philoſophos non fuerit reputatus niſi unus, quia in quibuſcunq; poſuerunt ueram materiam, dixerunt ipſam eſſe unam, & ecõuerſo. Quidam tamen Theologi nõ eodem modo locuti ſunt de ueritate & unitate materiæ, poſuerunt enim in aliquibus ueram materiam, & tamẽ negauerunt ipſam eſſe unam. Dixerũt quidam, ꝙ in iſtis inferioribus, & in ſupercęleſtibus eſt uera materia, non tamen ſecundum eos eſt una, quia illa materia & iſta ſecundũ ipſos abſoluit ab omni forma, non eſt ea-

D. Th. ubi ſupra, & pleriq; ſcolaſtici hoc idẽ ſẽtiũt, & huic dicto, occurrunt.

Impugnatio contra diuũ Tho. dem ſecundum eſſentiam, ſed eſſentialiter differt una ab alia. Et hoc fuit mirabile opinari, ꝙ uera materia, & perconſequens uere pura & ſumma potentialitas poſſit eſſentialem habere differentiam, cum illud quod per ſuperabundantiam dicitur, uni ſoli conueniat, ut in *Tex. cõ. 5.* 10. Meta. declaratur, ꝙ pura inquam potẽtia, & per conſequens ſumma potentialitas poſſit habere eſſentialem diſtinctionem eſt ualde mirabile, quia pari ratione ſummus, & purus actus realem differentiam habere poſſet. Deus enim, qui eſt actus purus, eſt eſſentialiter unus, quia eſt unus Deus, & pater omnium entium. ſic & materia omnino nuda, quia eſt potentia pura eſt una, non omniũ entium, ſed omnium materialium rerum. Eſt enim Deus omnino in eſſe ſupremo continẽs in ſe omne eſſe, quia eſſe omniũ eſt ſuper eſſe diuinitatis, ut uult Dionyſius in de cœleſti hierarchia. *Cap. 4.* Et materia penitus informis eſt omnino in infimo carens omni eſſe, ut plane innuebant uerba Auguſt. 12. *Cap. 3.* cõfeſſionũ. Propter iſtum itaq; uarium opinandi modum apud philoſophos, & apud doctores beatos, & apud Theologos, dicere poſſumus, ꝙ apud opiniones gentilium, & philoſophorum fuerunt duo extrema, tam de ueritate materiæ, q̃ etiam de unitate. Sed apud Theologos inuenimus duo extrema de unitate, non autem de ueritate. Auicebron quidem, & ſequaces eius in lib. ſuo circa finem, cui impoſuit titulum uocans ipſum de fonte uitæ, cũ tamen totus ſit plenus erroribus, & quaſi nullum accepit fundamentũ de ueritate & unitate materiæ, poſuit opinionem extremam quãtum ad ampliationem, quia ſic opinatus eſt ampliationem unitatis, & ueritatis materiæ, ꝙ in omnibus creaturis tam corporalibus, q̃ ſpiritualibus dicit eſſe unam & ueram materiã, quam opinionem in præcedenti cap. credimus ſufficiẽter improbaſſe, & in queſtionibus noſtris ſuper. 2. ſentent. uiis uariis conati ſumus eadem improbare, etiam in pluribus aliis noſtris editionibus improbauimus opinionẽ præfatam. Aliud autem extremũ ſecundum reſtrictionem quantũ ad unitatem & ueritatẽ materiæ tenuit Cõment. ut patet ex. 8. Meta. & in trac. ſuo de ſubſtantia orbis, qui nec in omnibus entibus corporalibus & ſpiritualibus, nec etiã in omnibus corporibus poſuit, nec unam, nec ueram materiam. Voluit quidem, ꝙ in corporibus cœleſtibus non eſſet uera materia, eo ꝙ ibi eſſet pura potẽtia. In iſtis autem inferioribus poſuit uerã materiam & puram potẽtiam, & dicit eam eſſe cõpoſitã ex materia & forma. In ſupercœleſtibus uero corporibus non poſuit ueram materiã, nec aliquam puram potentiam, ut ſupra tetigimus. Dicit enim eam non eſſe cõpoſitam ex mate-

Liber uitæ Auicebrõ per antiphraſim dictus, cũ ſit potius mortis, & erroris, quàm uite diſt. 3. q. 1. in. 1. parte diſt. diſt. et 12. q. 13. 14 & 15 Cõ. 12. 2. et 3. c. de ſub ſtã. orbis. Opi. Aue. d materia cœli.

ria & forma,ſed ex corpore & forma,ita ꝙ corpus cęleſte ſecūdū eum non eſt niſi quædam corporalis forma cum quantitate ſine materia, quæ corporalis forma ſe habet ſicut materia ad intelligētiam mouentem,ita ꝙ in cęlo ipſum corpus cęleſte ſe habet ſicut materia,& intelligentia mouens ſecundū opinionem eius ſe habet ſicut forma, & huic opinioni innixus dixit cęlum non eſſe compoſitum ex materia & forma,ſed ex corpore & forma. Opinabatur quidem nihil eſſe in cœlo, quod eſſet uera materia,ſed ponere celum eſſe quādam formam corporarem extenſam per quantitatem ſine materia, quod eſt ridiculum dicere,& deuiat a uia philoſophi,qui ait in.7.Meta ꝙ forma non diuiditur,& per conſequens non extenditur niſi per materiam.Sic ergo extrema fuerunt apud opiniones aliorum doctorum, tam de ueritate materiæ,q̄ etiam de unitate. Sed apud Theologos inuenimus extrema de unitate materiæ,non autem de ueritate,nullæ quidem opiniones Theologorum ad nos peruenerunt negantium non eſſe ueram materiam in omnibus corporibus, ſed licet non negauerint ueritatem materiæ ab omnibus corporibus, negauerunt tamen aliqui unitatem, ut ex hoc de unitate materiæ ſint extremæ opiniones inter Theologos. Nam quidam acceperunt unum extremum de unitate materiæ quantum ad ampliationem, ſic ampliantes eam,ut dicerent materiam eſſe unam in omnibus creaturis ſpiritualibus, & corporalibus, ſed ꝙ ſpiritualis ſubſtantia innitatur alicuius materiæ fundamento eſt in præcedenti capitulo improbatum. Alii uero Theologi circa unitatem materiæ poſuerunt aliud extremum quantum ad reſtrictionem, ſic reſtringentes huiuſmodi unitatem, ut etiam negarent in omnibus corporibus materiam eſſe unam, accipientes pro fundamento, ꝙ ſi eſſet una materia omnium corporum ſupercęleſtium & inferiorum,materia elementi appeteret eſſe ſub forma cęli,& econuerſo. In præſenti itaque capitulo opinionem hanc intendimus improbare. Accipiunt quidem ſic opinantes duo fundamenta, unum ad deſtruendum opinionem diuerſam, ꝙ ſit una materia ſuper cœleſtium corporum & inferiorum. Et aliud ad confirmādum opinionem propriam, quo utroque fundamento deſtructo declarata erunt,quæ in titulo huius capituli continentur Eſt enim unum fundamentum eorum, ꝙ materia non ſit una hæc & illa, quia, ut diximus, ſi eſſet una appeteret eſſe ſub forma cœli, & econuerſo. Dicunt quidam,ꝙ materia ſecundū ſuam eſſentiam eſt in potentia ad formā, ergo non poteſt tolli a materia ſi eſt una & eadem omnium corpo-

Contra Auer. Tex.com. 36. & .60.

Opi. Theologorū de materia cœli quantum ad ueritatem,et unitatem.

Aliorum fundamenta contra doctorem.

Primum fundamentum cū ratione.

rum quin ſit in potentia ad omnem corporalem formam, ſi ergo hæc potentialitas, & hic appetitus ſequitur ipſam eſſentiam materiæ, uel competit materiæ per ſuam eſſentiam, quia materia non poteſt ſeparari a ſua eſſentia, non poterit ſeparari ab huiuſmodi appetitu, ergo ſecundum eos, ut diximus, materiá exiſtẽs ſub forma elementi, uel ſub forma elementali, appetet eſſe ſub forma cœli, & econuerſo, & quia huiuſmodi appetitus non debet poni fruſtra, & otioſus aliquando ex iſtis inferioribus fierent corpora ſupercęleſtia, & ecõuerſo, & quia hoc eſt notorie falſum, falſum eſt, ut aiũnt, eſſe unam materiam hic & ibi, hoc ergo fundamentum accipiunt ad deſtruẽdum opinionem aliam.

Secundum fundamentum. Aliud quidem fundamentum ſumunt ad conſtruendum opinionem propriam, uidelicet, ꝙ materia cęli, & materia horum inferiorum differunt per comparationem ad actum, ſicut uidemus in potentiis ſenſitiuis, quia potentia uiſiua, & auditiua non ſunt una potentia, ſed ſumitur eorum diuerſitas per comparationem ad actum, quia illa ordinatur ad actum uidendi, hæc autem ad actum audiendi, ſic materia cęli, & iſtorum inferiorum differunt ſecundum ordinem ad actum, & ſecundum ordinem ad formam, quia materia cęli habet ordinem ad formam incorruptibilem, materia uero horum inferiorum ad formá corruptibilem.

Impugnatio primi fundamenti. Dicemus ergo contra fundamentum primum, ꝙ materia machinatur ad maleficium, & ad corruptionem, & cum eſt ſub forma una appetit eſſe ſub forma alia, ſed hoc non competit ei per eſſentiam, quia tũc per ſe, & directe appeteret ſuiipſius expoliationem, ſed hoc competit ei per priuationem formæ. Videt enim ſe eſſe turpẽ, & ſe eſſe defectiuam ratione priuationis, quam habet annexam, ideo appetit eſſe ſub illa forma cuius priuationem habet, ſicut appetit turpe bonum, & fęmina uirũ, ut declarari habet in fine. 1. phy. *Tex. com. 80.* Hanc autem quęſtionem directe pertractat philoſophus, quia exiſtẽte quodam diuino, optimo, & appetibili, ideſt, exiſtente ipſa forma, quę eſt quid diuinum inquãtum habet rationem actus, & eſt quid optimum inquantum habet rationem finis, quia forma eſt finis generationis, & ſemper finis habet quandam rationem optimi, & etiam forma eſt quid appetibile inquãtum habet rationem boni, quia ſic diffinitur bonum, ꝙ bonum eſt, quod omnia appetunt, ut dicitur in prin. 1. lib. ethi. Forma ergo eſt quid diuinum, quid optimum, & quid appetibile, forma quidẽ exiſtente tali, materia cum eſt ſub una forma appetit eſſe ſub alia, ſed hoc non eſt ſub eius ratione, ita ꝙ ipſa per ſe, & directe appetat expoliari una forma, & indui alia, ſed hoc eſt ſub ratione priuationis per *Cap. 1. 1. phy. tex. com. 80.*

quam eſt turpis,ideſt,inornata,& informis,& eſt effęminata,ideſt,defectiua.Sed tolle priuationem a materia,tollis ab ea turpitudinē,ſiue informitatem,& tollis ſibi defectum,& effęmineitatem. Hoc ergo poſito non machinabitur ad maleficium,nec ad corruptionem,& nō appetet eſſe ſub alia forma ſicut appetit turpe bonū, & fœmina uirum, quia iam amota eſt ab ea turpitudo,& effęmineitas.His itaq; declaratis dicamus,ꝙ materia conſiderata ſecūdum ſuam nudam eſſentiam cum ſit pura potentia non habet per quid differat ab alia materia,tamen in potentia creatoris eſt ſubiicere eam formæ corporali habenti contrarium,& non habenti contrarium. Et cum ſubiicitur forma habenti contrarium habet annexam priuationem alterius formæ ratione cuius eſt turpis,ideſt,indecora,& eſtęminata, ideſt, defectiua, & ex hoc nō completur totus appetitus eius,ſed cum eſt ſub una forma appetit eſſe ſub alia,ut patet in materia horum inferiorum. Cum uero ſubiicitur formæ non habenti cōtrarium, non habet priuationem annexam,ideo nec habet turpitudinem, nec effęmineitatem, quo poſito nunq̄ machinatur ad maleficiū,& tamen eſt ſub una forma,& nunq̄ competit ei eſſe ſub alia,& talis eſt materia cęli.Eſt itaq; cęlum incorruptibile,& hæc inferiora ſunt corruptibilia,ſed hoc non eſt,ꝙ materia cęli omnino informis,cum ſit pura potentia, differat eſſentialiter a materia elemētorum,ſed quia materia cęli eſt ſubſtracta formæ nō habenti contrarium,& ideo non habet priuationem annexam,qua priuatione ſublata,materia ibi non machinatur ad maleficiū,nec ad corruptionem,& habet ſatiatum appetitum,& exinde cęlum eſt incorruptibile.Elementa uero hąbent materiam ſubſtractam formæ habenti cōtrarium,& exinde habēt priuationem annexam, & machinatur ad maleficium,& corruptionem,ex hoc elementa ſunt corruptibilia, materia ergo exiſtēs ſub una forma appetit eſſe ſub alia ratione priuationis,quæ ſemper eſt reſpectu formæ contrariæ,materia ergo exiſtēs ſub forma elementi,appetit eſſe ſub forma alterius elementi,uel ſub forma elementati ad quam habet aliam contrarietatem,ſed nunq̄ appetit eſſe ſub forma cęli ad quam nullam cōtrarietatem habet,ſic etiam materia exiſtens ſub forma cęli,quæ eſt forma nullum habens contrarium nullam habet annexam priuationē, & ex hoc ſub nulla alia forma appetit eſſe.Secundum quidem fundamentum ipſorum de facili tollitur,quia cum dicunt,ꝙ potentia auditiua habet ordinem ad aliū actum,q̄ potentia uiſiua,& ex hoc ſunt diuerſæ potentiæ,dicemus,ꝙ ut patet neutra iſtarum potentiarum eſt pura potentia, imo quælibet

1.phy.tex. com.80.et 81.

Deſideriū materiæ cœli penes aliam formā euacuatū eſt.

Impugnatio & reſponſio ad ſecundum fundamentū.

eſt quædam perfectio ſui organi. Vt potentia uiſiua eſt perfectio organi uiſiui, & auditiua auditiui, ſed in pura potentialitate nullus poteſt imaginari diſtinctionem, ideo dicitur in. 1. Meta. ꝙ in fundamẽto naturæ, ideſt, in materia, ſiue in pura potentialitate nihil eſt diſtinctum. Si enim una pura potentialitas de ſe ordinaretur ad nobiliorẽ actum, uel ad nobiliorem formam, ꝗ alia, una eſſet nobilior alia, & per conſequens una eſſet magis prope nihil, ꝗ alia, quia in rebus hoc eſſe nobilius, & melius eſt eſſe magis prope actum, & prope Deum. Et hoc eſt eſſe ignobilius, & uilius eſſe magis in potentia, & magis prope nihil. Pura itaq; potentialitas quo nomine intelligimus materiam primam eſt ita prope nihil, ꝙ non poteſt eſſe magis prope, & illa longe a Deo quæ non poteſt eſſe magis longe, ut patet per Auguſt. 12. confeſſion. Tenet ergo locum infimum in genere entium, ut illi nullus gradus eſſe poſſit. Non ergo poteſt eſſe, ꝙ una pura potentialitas ordinetur ad unum actum, uel ad unam formam, & alia ad alium actum, uel ad aliam formam, quia tunc eſſet una pura potentialitas melior alia, ut illa, quæ de ſe ordinaretur ad meliorem formam. Eſſent itaq; in pura potentialitate gradus, quod eſt impoſſibile. Concludamus ergo & dicamus, ꝙ aliquid eſt in cęlo unde factum eſt cęlum, quod eſt uera materia, quod omnes Theologi concedunt, & per conſequens illa uera per ſe eſt pura potentialitas. Et aliquid eſt in iſtis inferioribus unde facta ſunt hæc inferiora, quod eſt etiam huiuſmodi, quod ſic acceptum hoc & illud non habent per quid differant, nec de ſe habent ordinem ad alium & alium actum, ſed ex uoluntate creatoris ſic factum eſt, ꝙ materia cęli ſubiiceretur formæ cęli non habenti contrarium, & materia horum inferiorum, quæ ſecundum ſe abſtracta ab omni forma non differt a materia cęli, ſubiiceretur formæ habenti contrarium, & ꝙ materia exiſtens ſub forma non habente contrarium, ut patet per habita, non appetit eſſe ſub alia forma, exiſtens uero ſub forma habente contrarium appetit, conſequens eſt, ꝙ materia ſub forma elementi appetit eſſe ſub forma alterius elementi, uel ſub forma alia, quæ eſt contraria ſuæ formæ cuius priuationem habet, non autem appetit eſſe ſub forma cęli, quæ nulli eſt contraria, & exiſtens ſub forma cęli non appetit eſſe ſub forma elementi, non obſtante, ꝙ eadem eſt materia hæc & illa, ut in titulo huius capituli dicebatur. Si autem quæratur quare forma cęli non habet contrarium, & forma elementi habet contrarium. Dicemus, ꝙ motus ſequitur formam, & ſicut loquimur de motu ſic loquemur de forma. Cum ergo formam cęli ſe-

Tex. com. 17.

2. Meta. tex. com. 4

Cap. 8

Pura potẽtia nullũ habet gradum.

Pura potẽtia non habet ordinẽ ad aliã & aliam formam, niſi ex uolũtate creatoris.

Dubitatio

Solutio.

idẽ dicit. 2 ſen. diſt. 12 q. 13.

quatur motus circularis, qui, ut probatur in de cęlo & mundo, non *1.de cœlo.*
habet contrarium,ſed quia formam iſtorum inferiorum ſequitur mo *tex.cõ.24.*
tus rectus,qui eſt motus habens contrarium,ideo formam iſtorum in
feriorum dicimus habere contrarium, mouentur enim hæc inferiora
motu recto,quia mouentur a medio,ut leuia,uel ad medium, ut gra-
uia,cęlum aũt mouetur motu circulari,quia mouetur circa mediũ. *1.de cœlo. tex.cõ.25. & 30.*

Quòd materia, quæ ſubiicitur formæ cęli, ſecundum ſe conſiderata eſt pura potentia, ſicut eſt materia omnium inferiorum. Cap. VI.

VIDETVR forte aliquibus in cęlo non eſſe ueram materi- *Cõ Auer,*
am,nam tranſmutatio fecit ſcire materiam,ſicut & actus for- *1.phy.tex.*
mam,qa enim uidemus res agere,ideo dicimus in eis eſſę for- *cõ.60.61.*
mas aliquas a quibus procedunt huiuſmodi actiones, a. nam nihil *62. 2.phy.*
agit,niſi ſecundum ꝙ eſt in actu, b. & nihil eſt in actu,niſi per formã. *text. cõ 3.*
Ratio ergo quare aliquid agit eſt forma eius per quam eſt in actu *2.d ani 24*
propter quod bene dictum eſt,ꝙ actio fecit ſcire formam. Sed ſi quæ *2. phy.37.*
ratur quid eſt illud, quod fecit ſcire materiam, dicemus, ꝙ tranſmu- *5.meta.20*
tatio, nam quia uidemus aquam rarefieri, & generari inde aerem, *a. 1.meta.*
& rurſus uidemus aerem condenſari, & fieri inde aquam, ideo cogi- *in proœ.*
mur ponere aliud tertium,quod ſubiiciebatur formæ aeris, nunc aũt *b. 2. phy.*
formæ aquæ, hoc autem ſubiectum tertium, quod nunc ſubiicitur *tex. cõ.28.*
uni formæ contrariæ, & nunc alteri formę uocamus materiam, ſi er- *et.2 de ani*
go non eſſet tranſmutatio, eſſet ignota natura materiæ, ſicut ſi non *ma tex.cõ*
eſſet actio eſſet ignota natura formæ. Ex quo uidetur ſequi, ꝙ ſicut *men.37*
uidemus aliqua tranſmutari ſic ponimus ibi ſubiectum. Videmus au- *diuerſitas*
tem aliqua tranſmutari quantum ad ubi tantum,ſicut corpora ſuper *motus ha*
cęleſtia, quibus ſolis conuenit motus localis,aliqua autem tranſmu- *becur.*
tantur ſecundum eſſe,& hoc uel ſecundum eſſe accidentale, quod fit *3.phy.tex.*
per alteratione͂ per quam acquiritur accidentali forma,uel ſecundũ eſ *com 6.*
ſe ſubſtantiale,quod fit per generatione͂ & corruptionem,ſecundũ que͂ *5.phy tex.*
modũ materia expoliatur una ſubſtantiali forma,& induitur alia. In *com.8*
motu autem locali ſubiicitur corpus,quia corpus eſt illud quod nunc *1.phy tex.*
eſt in uno loco, nunc in alio. In alteratione uero ſubiicitur ens in *com.80.*
actu, quia materia ſubiecta cum forma eſt cauſa omnium acciden-
tium, quæ fiunt in ea, forma ergo accidentalis eſt compoſitioni
contingens, eo ꝙ aduenit rei compoſitæ ex materia & forma, opor-

tet quidem ꝙ totum cōpoſitum ex materia, & forma ſubiiciatur formæ accidētali,& ꝙ utraqꝫ materia,ſcilicet & forma, & per conſequēs ipſum compoſitum ſit cauſa accidentium,quæ fiunt in eo.Sed in generatione & corruptione ſubiicitur ipſa materia,quia, ut dicitur in.1.de generatione,yle,ideſt,materia prima eſt maxime ſubiectum generationis,illud enim quod immediate ſubiicitur ſubſtantiali formæ non eſt accidens,cum accidentis debeat eſſe fundamentum ſubſtantia, ſed illud quod immediate ſubiicitur ſubſtātiali formæ eſt ipſa materia.Ex his omnibus uidetur ſequi,ꝙ ſicut loquimur de tranſmutatione,ſic loquendum ſit de ſubiecto,& ſicut in aliquibus reperitur tranſmutatio ſi quæratur ibi ſubiectum,ut ibi inueniatur ſola tranſmutatio localis, ut uidetur,non debet ibi quęri aliud ſubiectum,niſi quod ſubiicitur illi tranſmutationi,huiuſmodi autem ſubiectum eſt corpus,quod nunc eſt in uno loco,nunc in alio,nunc acquirit unum ubi,nunc aliud.Corpus itaqꝫ cęleſte,quod nō eſt generabile,nec corruptibile,quia eſt perpetuum non eſt alterabile,quia eſt primum alterās, ſed eſt ſolum mobile localiter. Vt uidetur non oportet ibi quærere tale aliquid quale ſubiicitur in alteratione, quia dicitur eſſe compoſitum ex materia & forma,nec tale aliquid quale ſubiicitur in generatione & corruptione,quod dicitur eſſe ipſa materia, ſed ſufficit ibi quærere tale aliquid quod ſubiicitur motui,& huiuſmodi eſt corpus mobile. Verum quia omne quod mouetur ab alio mouetur,ut dicitur in.7.phy.Ideo oportet rem motam habere motorem. Et ſi ſit aliquid quod moueatur ex ſe,oportet,ꝙ ſit diuiſibile in talia duo,quorū unum eſt per ſe mouēs, & aliud eſt per ſe motum.In cęleſtibus igitur illud quod eſt per ſe motum,eſt corpus cęleſte,id quod eſt per ſe mouens eſt ipſa intelligentia, a. quæ eſt motor appropriatus, b. ex qua intelligentia dicitur cęlū uiuere.Non ꝙ dicatur uiuere,prout uiuere uiuentibus eſt eſſe,eo ꝙ non ſit unum ſecundum eſſe ex motore cęli & cęlo,ſed dicitur cęlum uiuere per intelligentiam,prout intelligētia influit ſibi motum,qui motus eſt quoddam opus uitæ,ſicut dicuntur aquæ uiuæ,quæ fluunt & mouentur,dicūtur mortuæ,quæ ſtant & ſunt immobiles.Aliquo autem modo ſit unum ex corpore cęleſti,& intelligētia, non ꝙ fiat inde unū ſecundum eſſe,ſed ſecundum operationem,prout intelligentia operatur circa cęlū,& influit ſibi motum,& quantum ad hoc dicitur quaſi

Tex.com. 23.& 24.

Differētia motus arguit diſcrimen ſubiecti.

6.phy. te. com.32

2.de cœlo. tex. com.3 8. phy.cō. 37. 2.cœl. 42.

Tex. cō.1.

a 8. phy. tex.cō.78. & 79.

b Cœlū intelligentia uiuit,quia mouetur, et eiꝰ uita eſt eiꝰ motus,intātum q. operatio uita ab Ariſt.appellatur,pro hoc uide Ariſt.9.ethy. ca.10.et.10.ethi.ca. 9.& .10.2.de anima.37.5.meta.23.9.meta.16.8.phy.tex.com.1.

anima

anima cœli. Et licet mouēs lapidem non dicatur anima lapidis, quia poteſt mouere lapidem, qui nō eſt motor appropriatus eius, motor tamen cœli poteſt dici quaſi anima eius, quia eſt motor appropriatus ipſius, ut ſicut anima habet ſuum proprium corpus quod mouet, ſic quia iſti intelligentiæ commiſſum eſt ſibi, ꝙ moueat ſpecialiter tale cœlum, & aliæ intelligentię commiſſum eſt, ꝙ moueat aliud cœlum, ideo hoc cęleſte eſt proprium huius motoris, & quia proprius motor corporum is eſt quaſi anima eius, ideo quilibet motor appropriatus dicitur eſſe quaſi anima eius. Eſt ergo ibi cōpoſitio ex corpore moto, & anima mouente, & quia anima eſt forma coporum is poteſt ibi dici compoſitio ex corpore & forma. Cōcludamus ergo, & dicamus, ꝙ ſi in cœlo non inuenimus generationem & corruptionem, non oportet, ut uidetur, ꝙ ponamus ibi materiā. Rurſus, quia non inuenimus ibi alterationem non oportet ut uidetur, ꝙ ponamus ibi rem compoſitam ex materia & forma, ſed inuenimus ibi localem motionem, oportet, ꝙ ibi ſit compoſitio ex corpore moto & ſuo motore, qui modo, quo diximus, poteſt dici eius forma. Erit ergo ibi compoſitio ex corpore & forma, & illa eſt poſitio commenti, quamdiu uenatur in de ſubſtantia orbis, ubi inueſtigans ex quibus naturis cōponatur cœlum, uult ꝙ non componatur ex materia & forma ſicut componuntur generabilia & corruptibilia, uel ſicut componuntur alterabilia, ſed ſolum componatur ex corpore & forma ſicut componuntur ſecundum locum mobilia. Nam ſi nullam aliam tranſmutationem uidemus in cœlo, niſi localem, ſufficit, ut uidetur, ꝙ ponatur ibi quod ſubiicitur motui locali, huiuſmodi eſt corpus. Ideo in cœlo nullam poſuit materiam, ſed uoluit ipſum cœlum eſſe quaſi quoddam corpus ſimplex, & quędam corporalis forma ſine materia, quod corpus ſimplex, & quę corporalis forma reſpectu ſuę animę mouentis habet ſe ſicut materia, ideo uoluit, ꝙ equiuoce diceretur forma & materia in ſupercęleſtibus, & in iſtis inferioribus, quia in iſtis inferioribus materia dicit aliquid quod de ſe eſt pura potētia, & quod ſubiicitur generationi, & ut adepta eſt ſubſtantialem formam, ſubiicitur alterationi. In cęlo autē ſecundum Comēt. nihil eſt tale, ſed loco materiæ eſt ibi corporalis forma ſiue ipſum corpus, loco autem formæ eſt ibi intelligētia mouens. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt, nam licet ſi non fuiſſet tranſmutatio ſecundum ſubſtantialem formam, non fuiſſet plene cognita natura materie, tamen poſtquam nobis eſt cognita natura materię cogimur rationabiliter etiam ponere ueram materiam. Vbi non eſt tranſmuta-

Quare mouēs cœlum eius anima dicatur, non autem mōuens lapidem.

In omnib' capitibus ipſius lib.

Sicut forma equiuoca dicitur de cœleſte et de aliis formis, ita & materia Auer. in de ſubſtan. orbis ubique.

Cōtra Auer.

tio ſecundum ſubſtantialem formam, & etiam cogimur hoc ponere ubi non eſt generatio, nec alteratio, etiam dato, ꝙ non eſſet ibi localis mutatio, ſed ſolum eſſet ibi quantitatiua extenſio, propter quod, dato ꝙ cęlum ſtaret & eſſet immobile, tamen quia eſt quantum, & extenſum, oportet, ꝙ de compoſitione eius ſit uera materia, & ꝙ ſit compoſitum ex materia, & forma. Quæremus enim a Comment. quomodo quantitas cęli comparatur ad ſuam formam, aut eſt enim fundamentum formæ cęli, & eſt illud in quo recipitur huiuſmodi forma, & tūc accidens per ſe origine & natura præcederet ſubſtantiam, quod ponendo oblitus fuit doctrinam Ariſtotel. magiſtri ſui dicentis in .7. Meta. ꝙ ſubſtantia eſt prior omni accidente cognitione, & diffinitione, & tempore. Si autem quantitas non intelligitur ut precedēs & ut fundamentum illius formæ, ſed ut aliquid adueniens ſibi, hoc etiam eſſet ridiculum dicere, quia formæ immateriali ſecundum ꝙ forma, & ſecundum ꝙ huiuſmodi non poteſt aduenire quantitas, dicēte philoſopho in .7. Meta. ꝙ forma non diuiditur, niſi per materiam. Diuiſio ergo & etiam quæcunq; extenſio non accidunt formæ, niſi per materiam. Eſt autem & alia ratio quare in cęlo eſt materia, & nō eſt corpus ſimplex ſine materia, ſicut poſuit Comment. quod declarari poteſt non ſolum ratione extenſionis, & quantitatis, quas uidemus in cœlo, & quæ non poſſunt competere formæ, niſi per materiam, ſed etiam ratione qualitatum, quas uidemus in cęlo, quia ibi uidemus rarum & denſum, uidemus ibi ſtellam, & orbem. Eſt enim ſtella denſior pars ſui orbis, ut dicitur in de cęlo & mundo. Rarum autem & denſum ſunt differentiæ materiales, ideo oportet in cęlo ponere materiam, ergo ſi cœlum non moueretur, attamen ratione quantitatis quæ nunquam ſeparatur naturaliter a materia, & ratione raritatis & dēſitatis, quæ ſunt differentiæ circūcernentes materiam, ſufficienter probari poſſet cœlum in ſe habere materiam. Verum quia cęlum mouetur localiter, ideo poteſt ſumi tertia ratio ſumpta ex huiuſmodi motu, quia, ut dicitur in .2. Meta. oportet imaginari materiam in re mota. Sed dicet aliquis forte in cœlo eſſe materiam, ſed illa materia non eſt potentia pura ſicut eſt materia iſtorum inferiorum, nam materia illa abſoluta ab omni forma differt eſſentialiter ab hac materia ratione cuius poteſt habere de ſe ordinem ad alium actum, & ad aliam formam, quod uidemus ſenſibiliter eſſe uerum, quia materia illa eſt ſub actu & ſub forma incorruptibili & inſeparabili ab ipſa, hæc autem materia eſt ſub forma corruptibili, uel ſub forma ſeparabili ab ipſa. Sciendum ergo, ꝙ nunq̃

Prima rō contra Auer. — *Tex. cō. 5.* — *Tex. cō. 37 & .60* — *Secūda ratio.* — *2. de cœlo tex. cō. 41 & cō. 49.* — *Rarum et dēſum sūt differētie, cōſequuntur materiā.* — *Tertia rō Tex. cō. 12* — *Dubitatio* — *Solutio.*

ex duobus in actu fit unum per ſe & ſimpliciter,ſed ſecundum quid & per accidens,ideo forma accidentalis quia aduenit enti in actu cũ ſuo ſubiecto facit unum per accidens,& ſecundum quid, forma uero ſubſtantialis,quia fundatur in ipſa materia ſecundum ſe,quæ de ſe eſt potentia pura,facit unum per ſe & ſubſtantialiter cum ipſa, ut quicquid poſtea ei aduenıat dicetur eſſe accidens,itaq; ſi materia cęli ſecundum ſe diceret aliquid in actu,forma cęli eſſet accidens, & fieret unum per accidens,& ſecundum quid ex materia cęli & eius forma,Concludamus igitur & dicamus, ꝙ in ipſa materia ſecundum ſe non poſſunt eſſe gradus,tamen ſi poſſent ibi eſſe gradus non minus imo magis deberet poni materia cęli eſſe in pura potentia, q̃ materia iſtorum inferiorum,cum non minus imo magis fiat unum per ſe ex cœli,ſcilicet, materia & eius forma,q̃ in iſtis inferioribus,ſed in pura potentia gradus eſſe non poſſunt,hoc enim dicit pura potentia, ꝙ ita eſt in potentia,ꝙ plus non habet eſſe in potentia, & ꝙ eſſentiale eſt ei eſſe in potentia,ideo dicitur in de ſubſtantia orbis,ꝙ eſſe in potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ. Si enim materiæ competeret aliquis actus non eſſet potentia differentia ſubſtantialis eius,ſed reponeretur materia per illum actum in ſuo actu ſpecifico. Nunc autem eo modo, quo poſſumus loqui de ſuo eſſe ſpecifico per carentiam cuiuslibet ſpeciei. Et carere omni ſpecie hoc eſt ſibi pro ſpecie, ideſt, pro ſua ſubſtantiali differentia,quia per hoc ſubſtantialiter differt ab omnibus aliis, quia eſt potentia tantum,cui ſecundum ſe nullus admixtus eſt actus. Patet ergo per habita,ꝙ in cęlo eſt materia,& illa materia eſt pura potentia ſicut materia horum inferiorum,& per cõſequens ſecundum ſe eſt indifferens ab hac materia. Quod autem materia iſta eſt ſub forma corruptibili illa ſub incorruptibili, hoc eſt, ex actione primi agentis, qui uoluit illi materiæ imprimere formam non habentem contrarium, nec priuationem annexam,ratione cuius eſt generatio & corruptio in entibus.In hac autem materia impreſſit formam habentem contrariũ & priuationem annexam, ratione cuius machinatur ad maleficiũ & ad corruptionem,ut poteſt eſſe per habita manifeſtum.

7. Meta. te.cõ.ulti. — *Quicquid aduenit ēt in actu eſt accidens.* — *Cap. I.* — *Proprietas ſubſtãtialis materiæ ē carere omni forma.* — *I.ph.text. com.80.*

Quòd ſi in cœlo non eſſet uera materia, cœlum non eſſet corpus,ideſt,eſſet ibi accidens ſine ſubiecto. Cap. VII.

QVONIAM poſitio commenti, ꝙ cęlum non habet materiam,& non eſt compoſitum ex materia & forma,ita ꝙ ipſum cęlum ſe habet ibi, ut corpus,intelligētia mouens ut forma,eſt falſa & irrationabilis,ideo,ut directe improbemus,eam uolumus decclarare,ꝙ ſi cęlum non haberet ueram materiam cęlum non eſſet corpus,& ex hoc non poſſet dici compoſitum ex corpore & forma,& eſſet ibi accidens ſine ſubiecto. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ ad hoc,ꝙ forma extendatur extenſione materiæ non ſufficit,ꝙ ſit pfectio materiæ,ſed ꝙ ſit educta de potentia materiæ, uel ꝙ ſit inſeparabilis a materia,& ꝙ ſit forma ſimplex materialis non excedens materiam. Nam anima humana perfectio eſt materiæ, quia eſt perfectio corporis,tamen quia non educitur de potentia materiæ,nec de potentia corporis, non extenditur extenſione corporis,ſed eſt tota in toto corpore,& tota in qualibet parte, ut uult Auguſt. 6. de trinitate. Inuenimus autem in formis tres differentias, quartam autem differentiam inuenire non poſſumus,ſunt enim aliquæ formæ,quæ nec ſunt perfectiones materiæ,nec eductæ de potentia materiæ. Vt intelligētiæ, aliquæ uero ſunt formæ omnino oppoſitæ,quæ ſunt perfectiones materiæ,& eductæ de potentia materiæ,ut formæ materiales non excedentes ſuam materiam. Tertio uero ſunt formæ mediæ, quæ ſunt perfectiones materiæ,non tamen ſunt eductæ de potentia materiæ ,ut animæ rationales. Quartum autem membrum , ſiue quartam differentiam inuenire eſt impoſſibile, uidelicet, ꝙ ſint aliquæ formę eductæ de potentia materiæ & tamen non ſint perfectiones materiæ,quia formæ eductæ de potentia materiæ penitus ſunt materiales non excedentes ſuam materiam,& ſunt inſeparabiles a materia,ſed formas inſeparabiles a materia non perficere materiam eſt oppoſitum in adiecto. Oportet itaq; ꝙ ſit eductum de potentia materiæ & ꝙ ſit inſeparabile a materia , quod extenditur extenſione quantitatis , ſi ergo in cęlo non eſſet materia nihil eſſet ibi eductum de potētia materiæ, & nihil eſſet ibi inſeparabile a materia, imo quicquid eſſet ibi,eſſet ſeparatū a materia,forma ergo cęli ſe haberet ad quantitatem,quam uidemus in cęlo , ſicut ſe habet anima noſtra ad quantitatem noſtram,& ſicut anima rationalis non extenditur ad quantitatem corporis,ſed eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ut patuit per Auguſt. ſic forma ſubſtantialis cęli circunſcripto motore non eſſet quid extenſum, ſed eſſet tota in toto, & tota in qualibet parte,imo ſi uera eſſet poſitio Commenti multo fortius forma ſubſtantialis cęli non eſſet quid extēſum,

Si cœlū careret materia,nec eſt corpus, et eſt ibi accidēs ſine ſubiecto.

2.d̃ anima tex.com.7

2.phy.tex.com.26.

Cap.9

Formarū triplex differētia.

Omnis forma educta de potentia materiæ ē pfectio materiæ.

6.de trin. cap.8.

Ariſt.2.de ani.tex.cōmen.20.

nec quid ſituale, quã anima rationalis. Nam huiuſmodi anima, licet non ſit educta de potentia materiæ, tamen perficit materiam, & licet ſit ſeparabilis a materia, tamen non eſt actus ſeparatus a materia, imo quamdiu eſt in corpore eſt actus coniunctus materiæ, ſed ſi in cęlo nõ eſſet materia forma cęli non ſolum non eſſet educta de potentia materiæ, ſed etiam non eſſet perfectio materiæ, & non ſolum eſſet ſeparabilis a materia, ſed etiam eſſet actus ſeparatus a materia, plus ergo haberet de immaterialitate, ꝙ anima rationalis, ſi ergo anima rationalis ratione ſuæ immaterialitatis, ut quia non eſt educta de potentia materiæ, uel qꝛ eſt ſeparabilis a materia, ideo nõ eſt quid ſituale, nec quid extẽſum, ſed ubiq; eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, cõſequẽs ẽ, ꝙ multo magis hęc cõpetãt formę cęli. Et hoc forte uoluerũt dicere quidam magni, ꝙ ſi uera eſſet poſitio cõmenti, & ſi in cęlo non eſſet alia materia, forma cęli eſſet quid intellectum in actu, & ex conſequenti cęlum nõ eſſet quid ſenſibile, ſed quid intelligibile, imo hoc poſito, forma cęli eſſet quædam ſubſtantia ſpiritualis, & eſſet quid intelligens. Nam omnis forma ſubſtantialis, quæ non eſt ſitualis, & non eſt extenſa extenſione materiæ, de neceſſitate eſt quædam ſubſtãtia ſpiritualis, & eſt quid intelligẽs, hoc eſt enim proprium ſoli ſpirituali ſubſtantiæ, ꝙ ubicũq; eſt, ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, & quia forma cęli eſſet huiuſmodi, ſi in cęlo non eſſet materia bene dictum eſt, ꝙ hoc poſito forma cęli eſſet quædam ſpiritualis ſubſtantia, imo hac hipotheſi ſtante, magis eſſet ſubſtantia ſpiritualis forma cęli, quã anima humana. Nam ex immaterialitate alicuius ſubſtantiæ contingit, ꝙ ipſa ſit ſpiritualis, & intellectualis ſubſtantia, & ꝙ intelligat, ꝙ patet ex ipſo actu intelligendi. Nam in intelligendo fit abſtractio a materia, & ex hoc concludimus, ꝙ ſubſtantia illa cui competit intelligere eſt immaterialis. Inuenimus quidem duplicem immaterialitatem in formis, quia quędam formę ſunt immateriales, quia ſunt actu ſeparatę a materia, ut intelligentiæ. Quędam autem ſunt immateriales, quia ſunt ſeparabiles a materia, ut animæ humanæ. a. Iſte autẽ eſt infimus gradus immaterialitatis, ꝙ aliquid dicatur immateriale, quia licet ſit perfectio materiæ, eſt tamẽ ſeparabile a materia, ideo anima in genere intelligibilium tenet infimum gradum, & eſt quaſi materia in genere entium. Itaq; ſi in cęlo nõ eſſet materia, forma cęli eſſet immaterialis, quia eſſet actus ſeparatus a materia, inter ſubſtantias itaq; ſpirituales forma cęli teneret altiorem locum, ꝙ anima humana, bene ergo dictum eſt, ꝙ ſtante hac hipotheſi, ꝙ in cęlo nõ eſſet materia,

Ratio iſta eſt di. Th. in. 1. parte ſum. q. 66. arti. 2.

Omnis forma ſubſtantialis inextenſa eſt ſubſtantia ſpũalis & intelligens.

Duplex forma ſeparata. 8. phy. 78. & 79 a. 2. phi. 26

Forma humana media eſt inter abſtracta, & materialia.

forma cęli eſſet magis ſpiritualis ſubſtãtia,ꝙ anima humana.His itaqꝫ
Anima hu mana ab ſtractior, quàm for mã dãs eſſe cœlo prælibatis uolumus declarare,quæ in titulo huius capituli ponebantur,uidelicet,ꝙ ſi in cęlo non eſſet materia, cęlum non eſſet corpus, & eſſet ibi accidens ſine ſubiecto.Stante itaqꝫ hac hypotheſi nulla ſubſtantia eſt ibi,quæ poſſit dici corpus,nam, ut habetur in.2.de anima, non eſt niſi triplex ſubſtantia,materia,forma,& compoſitum,nulla ergo ſubſtantia eſt in cęlo,quæ poſſit dici corpus,quia non materia,cum
Tex.cõ.2. 11ĩ,7.me. tex.com.7 et.12.me'. 12. ibi negetur materia,non forma,quia,ut declaratum eſt,ſi in cęlo non eſſet materia forma eius eſſet quædam ſpiritualis ſubſtantia, non igitur eſſet corpus.Nec etiam dicere poſſumus,ꝙ in cęlo dicatur eſſe corpus aliquod compoſitum ex materia & forma,cum ibi talis negetur compoſitio,& negetur ibi materia,iuxta poſitionem Commen.& quia cęlum non dicit accidens, ſed dicit aliquid quod eſt ſubſtantia, ueritatem habet,quod dicebatur,ꝙ ſi in cęlo nõ eſſet materia, cęlum
Dubitatio non eſſet corpus.Sed dices,ꝙ ipſa trina dimẽſio meretur dici corpus.
In princi. cap.quan. titatis. Iuxta illud philoſophi in in prædicamentis, ꝙ continua quantitas eſt linea,ſuperficies,& corpus.Ibi enim prima dimẽſiointelligitur, quod habet unam dimenſionem tantum,ut puta longitudinem quod dici
Solutio. tur linea.Quod autem habet duas,longitudinem & latitudinem,dicitur ſuperficies.Quod uero habet omnes tres, longitudinem, latitudinem, & profunditatem,dicitur corpus, ſed huiuſmodi corpus non eſt in genere ſubſtantiæ,neqꝫ eſt ſubſtantia,ſed eſt in genere quantitatis,& eſt quantitas.Cum igitur cœlum dicat aliquid quod eſt ſubſtantia,qa nulla eſt ibi ſubſtantia quę ſit corpus,ſuppoſita poſitione Commenti, bene dictum eſt ꝙ ſi in cęlo nõ eſſet materia, cęlum non eſſet corpus, quod nullus ſanæ mentis diceret, cogimur ergo ponere, ꝙ in cœlo ſit materia,& ꝙ ibi ſit compoſitio ex materia & forma,& ſi eſt ibi materia,eſt ibi uera materia,quia aliter non fieret uere unum ex illa materia & ſua forma.Declaratum eſt ergo primum,quod in præſenti capitulo ponebatur, ꝙ ſi in cęlo non eſſet uera materia, cęlum ut eſt ſubſtantia non eſſet corpus,hoc enim poſito nõ eſſet in cęlo corpus quod eſt ſubſtantia,licet forte eſſet ibi corpus quod eſt quantitas.Reſtat ergo
Secũda ra tio contra Auer. declarare ſecundum, uidelicet,ꝙ hoc poſito eſſet ibi accidens ſine ſubiecto.Quæremus enim de quantitate cęli, & de trina dimẽſione eius in quo ſit tanquam in ſubiecto?Non autem dici poteſt ꝙ ſit in materia,ſi ibi negetur materia, Nec poterit dici,ꝙ ſit in ipſa forma cęli tan quam in ſubiecto, cum probatum ſit, ꝙ ſi in cęlo non eſſet materia, forma cęli eſſet quædam ſpiritualis ſubſtantia.Conſtat autem,ꝙ nul

la ſpiritualis ſubſtantia poteſt eſſe ſubiectum quantitatis molis, ſiue quantitatis extenſæ cuiuſmodi eſt quantitas quam uidemus in cęlo, licet poſſit eſſe ſubiectum quantitatis uirtutis. Erit ergo quantitas cęli ſine ſubiecto, imo nullum accidens corporale poteſt fundari in ſimplici eſſe tanquã in ſubiecto, ſed omne tale accidens fundatur in compoſito, quia, ut ſupra diximus, forma accidentalis, loquendo de accidentibus corporalibus, eſt forma cõpoſitioni contingens id eſt, rei compoſitæ aduenięns, quia, ut prædiximus, materia ſubiecta cum forma eſt cauſa omnium accidẽtium quæ fiunt in ea, ut totum compoſitum ſit ſubiectum talium accidentium. Et quia in celo ſunt accidentia corporalia, quia ſunt ibi accidentia ſenſibilia quæ ſentiuntur ſenſu uiſus, ſi ibi non eſt aliquid compoſitum ex materia & forma, cogimur ibi ponere, ꝙ ſit accidens ſine ſubiecto. Quod autem hæc ſit poſitio Cõmenti, ꝙ in celo non ſit materia patet ex tractatu ſuo in de ſubſtantia orbis, & ex uerbis ſuis in primo cęli & mundi, uult enim ꝙ materia cęli ſit aliquid in actu, & forma eius ſit intelligentia, unde ait, ꝙ debemus intelligere de corpore cęleſti ipſum eſſe neutrum ad hanc naturam, quæ eſt materia, Intelligimus enim non ꝙ ſit aliquid habens formam & materiam cęlum, ergo ſecundum ipſum eſt neutrum, eſt & remotum ab hac natura, ſcilicet, a natura materiæ, & ipſum corpus cęleſte eſt ſubiectum intelligentiæ, id eſt, habet ſe ſicut materia reſpectu intelligentiæ, & intelligentia ſe habet ſicut forma reſpectu eius, ut intelligentia & corpus cęleſte faciant aliquid unum ſicut materia & forma, proprie tamen ſecundum ipſum non eſt celum compoſitum ex materia & forma, ſed ex corpore & forma, ſed, ut diximus, ſi in cęlo non eſſet materia, cęlum non eſſet corpus, ergo non poſſet ibi eſſe compoſitio ex corpore & forma loquendo de corpore quod eſt ſubſtantia, & ſi eſt ibi corpus, quod eſt quantitas, quod eſt trina dimenſio, illud non poteſt pertinere ad ſubſtantiam celi, ut faciat ſubſtantialem compoſitionem in ipſo, imo ſtante poſitione commenti illa quantitas eſſet ſine ſubiecto. Hæc ergo & alia inconuenientia ſequuntur ſi in cęlo non ponatur uera materia. Commentator tamen dicitur uelle, ꝙ ſi in cęlo eſſet materia, ꝙ cęlum eſſet graue aut leue, ideo dicit ipſum eſſe neutrum ad hanc naturam, ꝙ neque graue, neq; leue, cum nec moueatur a medio, nec ad medium, ſed circa medium ſe habeat, differentiam uero corporis cęleſtis ad hęc inferiora non accipiemus ex materia, ſed ex eius forma. Dicemus quidem ꝙ hæc inferiora ſunt forma in materia, & cęlũ eſt forma in ma-

Subiectũ accidentis non eſt forma, ſed cõpoſitum.

1. phy. tex. com. 80

Idem dicit Gilb. por. 12. lib. 6. princip. in prin.

Cap. 3. & 1. de cælo cõ. 9.

1. & 2. ca. de ſubſtã. orbis.

teria,aliter tamen & aliter,quia hæc inferiora,ut diximus,habent materiam ſubiectam formæ habenti contrarium,& habent priuationem annexam,ideo ſunt grauia,uel leuia,& habent motus contrarios,materia uero cęli non eſt ſubiecta formæ habenti contrarium, nec habet priuationem annexam, & motus cęli non eſt motus habẽs contrariũ, ideo cęlum eſt neutrum ad hanc naturam,uidelicet,grauitatis,& leuitatis,ut nec moueatur a medio,nec ad medium.

Quòd cęlum & quęlibet pars cęli conſtat ex tota ſua materia. Cap. IX.

Tex.cõ.93 PHILOSOPHVS in primo cęli & mundi,uolens probare non eſſe niſi unum mundum,& unũ uniuerſum dicit,ipſum conſtare ex tota materia ſua,nihil eſt enim ĩ uniuerſo quod nõ comprehendatur in ipſo, nulla eſt ergo materia quæ non comprehendatur in uniuerſo,ſi enim Aurum eſſet materia anuli,& nõ fieret anulus niſi ex auro,ſi aliquis anulus conſtaret ex toto auro,non eſſet niſi unus anulus in ſpecie anuli,ideo non ſunt diuerſi anuli,quia ex alio et ex alio auro fit alius & alius anulus. Non ergo poſſunt eſſe plures mundi uel plura uniuerſa, quia tũc ex alia et alia materia fieret alius & alius mundus uel fieret aliud & aliud uniuerſum, ſed cum unus mundus totam materiam comprehẽdat, & unum uniuerſum totum in ſe contineat,non erit niſi unus mundus,& unum uniuerſum. Oſtendebatur quidem prius omniũ corporum eſſe unam materiam, quod quomodo uerum ſit in ſequenti capitulo patefiet, ubi diſtinguemus diuerſos modos unitatis materiæ. Nam aliquo modo poteſt accipi unitas materiæ,ꝙ omnium corporum tam ſupercęleſtium, quàm inferiorũ eſt una materia. Alio uero modo poteſt accipi huiuſmodi unitas, ꝙ celeſtia cum inferioribus non conueniunt in materia, & taliter poſſet accipi præfata unitas,ꝙ etiam ipſa cęleſtia non conuenirent in materia,ergo ſi omnia corpora habent unam materiam,quælibet materia poteſt dici cuiuslibet corporis,ita ꝙ nihil poteſt conſtare ex tota materia ſua,niſi in ſe comprehendat omnem materiam, ſecundum quem modum nec terreſtria cõſtant ex tota materia ſua,nec etiam cęleſtia,quia neutra iſtorum in ſe totam materiam comprehendet, ſed totus mundus,uel totum uniuerſum cõſtat ex tota materia ſua, quia nihil de materia eſt extra ipſum. Alio quidẽ modo poteſt dici aliqua conſtare ex tota materia ſua,ut ſi etiam eſſent plura talia, quodlibet

eorum

eorum poſſet dici conſtare ex tota materia ſua. Nam ſi eſſent plures ſoles quilibet eorũ poſſet dici cõſtare ex tota materia ſua. Accipiemus enim unitatem materiæ ſecundum ꝙ accipit philoſophus in de generatione, ut ſolũ illa dicantur habere materiã unã quę habent ad ſeinuicem trãſmutationẽ, ſed ut patet ſi eſſent plures ſoles, uel plures lunę, qlibet eorũ eſſet quid incorruptibile. Quod ergo eſſet ſub forma unius non poſſet eſſe ſub forma alterius, quia incorruptibilia non habent tranſmutationem nec ad ſeinuicem, nec cum aliis. Quolibet ergo incorruptibile cõſtat ex tota materia ſua, quia ſecundum philoſophum in.3.phy. In perpetuis non differt eſſe & poſſe. Perpetua quidem ut perpetua ſunt, & quælibet incorruptibilia ut incorruptibilia ſunt non differunt quantum ad eſſe, & poſſe quicquid poteſt ibi eſſe, totum ibi eſt actu, quia ſi aliquid poſſent habere quod actu nõ haberẽt, quãtum ad illud non eſſent perpetua ſed corruptibilia. Cœlum enim uel partes cœli poſſunt habere aliud ubi quod non habent, ut hæc pars cęli quæ nunc eſt in oriente, poteſt eſſe in occidente, itaq; quantum ad ubi differt ibi eſſe & poſſe, itaq; non quælibet pars cęli habet omne ubi ꝙ habere poteſt, ſed ſuceſiue nunc eſt in uno ubi nunc in alio. Sed quãtum ad eſſe non differt ibi eſſe & poſſe, quia cęlum & quælibet pars cęli habet omne eſſe quod poteſt habere, ideo communiter dicimus, ꝙ in cœlo non eſt tranſmutatio quantum ad eſſe ſed ſolum quantum ad ubi. Cœlum ergo & quælibet pars cœli cõſtat ex tota materia ſua, quia nihil poteſt eſſe ſub forma cœli, uel ſub forma cuiuslibet partis eius quod non ſit ſub huiuſmodi forma. Aliter enim ibi eſſet generatio & corruptio, & eſſet ibi tranſmutatio quantum ad eſſe & quãtum ad formam, cuius contrarium uidemus ad ſenſum. Ideo ut dicebamus, dato, ꝙ eſſent duo ſoles, de quolibet dici poſſet, ꝙ conſtaret ex tota materia ſua, quia cum ibi non ſit tranſmutatio, nec quantum ad formam, nec quantum ad eſſe, tota illa materia quæ poſſet eſſe ſub forma huius ſolis non ſub forma illius tota ibi actu eſſet, nam quantum ad hoc non differt ibi eſſe & poſſe, uel non differt ibi actu habere & poſſe habere. Quilibet ergo huiuſmodi ſoles haberẽt actu totam materiam quam poſſent habere, propter quod merito dici poſſet, ꝙ conſtaret ex tota materia ſua. Aduertẽdum tamen, ꝙ philoſophus, ut patet in fine de generatione, in rebus incorruptibilibus non poſuit niſi unum indiuiduũ ſub una ſpecie, Nam res corruptibiles, quia non poſſunt ſe perpetuare in uno indiuiduo, ideo ſecundum philoſophum reliquo modo compleuit Deus continuam faciens in eis generationem

Lib.1.tex. com.22

Tex.cõ.32

In æternis nõ differt eſſe & poſſe penes actum primũ, nõ penes actũ ſecundum.

Not.

Te. cõ.70

eterna ſub propria ſpẽ unicũ retinẽt indiuiduum.

& corruptionem, ut ſpecies quæ non poteſt ſe perpetuare in uno indiuiduo, per generationem & corruptionem perpetuet ſe in multis, ſed incorruptibilia, quia in uno et eodem indiuiduo ſe perpetuari poſſũt, ideo ponitur unum tale in una ſpecie, & unus ſol in ſpecie ſolis, & una luna in ſpecie lunæ, quia ſi multa ſunt talia, hoc eſt, quia ſunt partes eiuſdem ut multæ ſtellæ fixæ in uno orbe poſſunt dici partes illius orbis. Reuertamur ergo ad propoſitum, et dicamus, ꝙ quodlibet incorruptibile cõſtat ex tota materia ſua, quia habet in ſe actu totam illam materiam quam poteſt habere, & quia cœlum & quælibet pars cœli eſt quid icorruptibile, bene dictũ eſt, ꝙ in titulo huius capituli dicebatur, uidelicet, ꝙ cœlũ & quælibet pars eius cõſtat ex tota ſua materia.

Quod tribus modis poteſt accipi unitas materiæ, et ſecundum alium, & alium unitatis modum, corpora aliqua poſſunt conuenire in materia & differre. Cap. IX.

QVONIAM aliquando diximus omnium corporum eſſe unam materiam. Aliquando uero diximus corpus aliquod, ut puta cœlum, & quam libet partem cœli conſtare ex tota materia ſua, merito cogimur diſtinguere de unitate materiæ. Nam eo modo quo omnium corporum eſt una materia, nihil poteſt conſtare ex tota materia ſua, niſi in ſe comprehenderet omnem materiã, quod ſolum de toto mũdo uel de toto uniuerſo ueritatem habet. Aduertendum ergo, ꝙ tribus modis poſſumus loqui de unitate materiæ, ut uno modo dicatur materia una per indifferrentiã, quia non habet per quid differat ab alia materia, ſecundum quem modum loquitur commentator de unitate materiæ in. 12. meta. ꝙ materia non dicitur una numero per aliquam formam indiuidualem, ſed per indifferentiam, & per carentiam omnis formæ ut ſi hæc materia abſolueretur ab omni forma, uel conſideraretur ut abſtracta ab omni forma, & alia quæcunq; materia conſideraretur hoc modo, nõ haberet per quid differret una ab alia, & hoc modo eſſet idem per eſſẽtiam una cum alia ſecundũ quem modũ unitatis materiæ omniũ corporũ eſt una materia. Probabatur enim ſupra ꝙ materia quæ eſt ſub forma cęli eſt pura potentia, nam ſi eſſet de ſe aliquid in actu, non fieret uere unũ ex materia cęli & eius forma, uel ſi ſic fieret unum per accidens, & forma cęli eſſet forma accidẽtalis. Nam ideo dicimus, ꝙ cæteræ aliæ formæ ſũt

Not. Vnitaſ materiæ triplex. prim. gradus. Vnitatis materiæ. com. 11.

accidentia, quia ſola forma ſubſtantialis coniungitur ipſi materiæ immediate, itaq; illa ſola forma coniungitur materiæ quæ de ſe eſt pura potentia. Cœteræ autem formæ coniunguntur enti in actu, quia cõiunguntur materiæ iam facte in actu per formam ſubſtantialem, & dicuntur eſſe accidẽtia, ideo philoſophus in de generatione ait ꝙ yle maxime eſt ſubiectum in generatione, Nam in generatione eſt trãſmutatio ad fotmam ſubſtantialem, quæ coniungitur ipſi materiæ ſecundum ſe. Reuertamur ergo ad propoſitum, ꝙ materia celi ſecundum ſe eſt pura potentia, & materia iſtorum inferiorum ſecũdum ſe eſt potentia pura, quia, ut dicitur in .2. meta. In fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum. Ipſa ergo materia quę dicitur fundamentũ naturæ nullam diſtinctionem, nullam actualitatem habet, ſed eſt pura potentia pura autem potentia a pura potentia differre non poteſt, quia, ut dicitur in. 7. meta. Actus eſt qui diſtinguit. Inpotentia autem pura non poteſt aliqua eſſe diſtinctio ex parte actus quem habet, quia nullum actum habet nec ex parte actus ad quẽ ordinatur, quia una potentia pura quantũ eſt de ſe nõ magis ordinatur ad alium actum eſſentialiter, q̃ alia, quia non ſunt duo actus eſſentialiter differentes quin unus ſit nobilior alio, quia actus eſſentiales & formę, ut patet ex. 8. meta. ſe habẽt ſicut numeri. Ideo nõ ſunt duo numeri ſpecie & æqualiter differẽtes quin unus ſit altior alio, & magis diſtans ab unitate, ita non ſunt duo actus, & duæ formæ eſſentialiter differentes quin una ſit altior et nobilior alia, & propinquior primo enti, q̃ alia. Differentia eſt tamen inter numeros & formas quia maior numerus magis diſtat ab unitate, ſed in formis q̃to forma eſt nobilior tanto habet rationem maioris numeri, quia plura in ſe uirtualiter continet, & huiuſmodi forma nobilior habens rationẽ maioris numeri ex hoc non magis diſtat ab unitate, ideſt, a deo primo, ſed eſt deo ꝓpinquior, qui eſt unus & ſimplex a quo procedunt omnia alia, ſicut omnes numeri procedunt ab unitate. Et exinde eſt, ꝙ omnis multitudo, & omnis numerus participat aliqualiter uno, ut uult Dioniſius in de diuinis nominibus. Et ut uult ꝓclus in ſua elementatione theologica, quia omnes creaturæ ſe habent ut numeri, & participant primo ente, quod ſe habet ut unitas Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus, ꝙ licet econuerſo in formis ſit & numeris quantum ad elongationem, & appropinquationẽ ad unitatẽ, cõueniũt tamen numeri & formæ, quia ſicut nõ ſũt duo nũs eſſẽtialiter differẽtes qn ũus habeat plures unitates, q̃ alius, ita nõ ſũt duo actus nec duę formę eſſẽtialiter differẽteſ qn una habeat

Sola forma ſubſtãtialis iũgitur materię inmediate.

1. lib. tex. com. 23. & 24.

Tex. com. 17.

Tex. com. 49.

Tex. cõ. x.

Forma q̃to nobilior tanto plura cõtinet in uirtute et ꝓpinquior eſt unitati.

Omnis numerus participat unitate.

Cap. 13.

In prima propoſitione.

plures nobilitates, q̃ alia. Si ergo duæ potentię puræ ex hoc eſſentialiter differrēt, quia una de ſe ordinaretur ad alium actum eſſentialiter magis q̃ alia, quia duo actus eſſentialiter differentes non ſunt æque nobiles, conſequens eſſet, ꝙ una huiuſmodi potentia ordinaretur de ſe, ut ſupra tetigimus, ad nobiliorem actum, q̃ alia, & eſſet de ſe nobilior q̃ alia, & per conſequens eſſet magis prope Deum, & minus prope nihil, q̃ alia, & per conſequens non eſſet potentia pura ſicut alia. Quia ergo eſſe non poteſt, ꝙ una potētia ſit propinquior actui, q̃ alia, quin ſit magis in actu, q̃ alia, cum ergo Deus ſit actus purus cui non admiſcetur aliquid de potentia, illa potētia, quæ eſſet nobilior, & quę eſſet propinquior Deo, & per conſequens propinquior actui non eſſet potentia pura ſicut alia. Imaginari itaq; gradus, & differentiam, ſeu diſtinctionem in pura potentia eſt impoſſibile, materia ergo ſecundum hunc unitatis modum, prout materia per carentiam omnis formæ, & prout eſt potentia pura, ſecundum quem modum non poteſt habere differentiam & diſtinctionem, eſt una in omnibus corporibus tam cęleſtibus, q̃ inferioribus. Secundo modo poteſt accipi unitas materiæ ſecundum unam & eandem rationem ſuſcipiēdi formam, & ſic non eſt eadem materia in omnibus corporibus, imo ſupercęleſtia differunt in materia ab iſtis inferioribus, quia materia hic & ibi non ſecūdum eandem rōnem ſuſcipit formā, quia in iſtis inferioribus materia ſuſcipit formam ſecundum rationem non complentem totum appetitum materiæ. In ſupercęleſtibus uero fit ſuſceptio formæ ſecundum rationem complentem huiuſmodi appetitum, propter quod dicere poſſumus, ꝙ ſupercęleſtia ad iſta inferiora ſuo modo ſe habent ſicut intelligentię ad animas noſtras, quia intelligentiæ ſunt plenæ formis. Iuxta illud in de cauſis, Omnis intelligentia eſt plena formis, ita ut non poſſit ſuſcipere ulteriorem formā, nec ulteriorem ſpeciē. Sed anima noſtra nō eſt plena formis, ſed ſemper eſt in potentia ad ulteriorē formam, ſic corpora ſupercęleſtia ſunt plena formis, ut materia ibi non ſit in potentia ad ulteriorem formā. Iſta autem inferiora non ſunt plena formis, ſed materia in eis ſemper eſt in potentia ad aliam formam. Quod ſi quæratur quare forma cęli ſatiat appetitum ſuæ materiæ, & nō in iſtis inferioribus. Eſt per habita manifeſtum, quia, ut ſupra dicebatur, priuatio eſt cauſa, ꝙ appetat materia aliam formam ſicut turpe bonum, & fęmina uirum, & quia forma cęli, quæ non habet contrarium, non habet priuationem annexam, ideo materia ibi non machinatur ad maleficium, nec appetit ultiorem formam. In iſtis aūt inferioribus ratione

Aug. 5. & 6. de trini.

Imagina tio diſtinctionis in pura potē tia eſt impoſſibilis.

Secundus gradus unitatis materiæ.

Propoſi. x

Quæſitū.

I. phy. tex. com. 81.

Solutio.

priuationis annexæ,& ratione formæ contrariæ cui ſubiicitur materia eſt machinatio ad maleficium,& appetitus ad aliam formam. Quod ſi quæratur ulterius unde hoc competit materiæ cęli, ꝙ ſuſcipiat formam non habentem contrarium & complentem totum appetitũ,cuius contrarium accidit in iſtis inferioribus. Dicemus, ꝙ hoc eſt ex uoluntate creatoris,qui uoluit in materia cęleſtiũ imprimere talem formam complentem totum appetitum,& in iſtis inferioribus imprimere formam non complẽtem.Potuiſſet enim,ſi uoluiſſet, & adhuc poſſet,ſi uellet,materiæ horum inferiorum imprimere formam cęli & in materia cęli imprimere has formas inferiores. Nam cum dicimus,ꝙ materia cęli non eſt in potentia ad aliam formam, intelligendum eſt hoc ſecundum rationes ſeminales,prout materia ſubiicitur agentibus naturalibus.Non eſt autem hoc intelligendum ſecũdum rationes obedientiales,prout materia ſubiicitur agenti diuino.Concludamus ergo & dicamus,ꝙ ſi accipiatur unitas materię ſecundum eundem modũ, uel rationem ſuſcipiendi formam,ſic in omnibus inferioribus eſt una materia,quia in illis omnibus ſuſcipitur forma ſecundum hanc rationem,prout eſt forma contrarium habens, prout habet priuationẽ annexam,& prout non complet totum appetitum materiæ,& in omnibus ſupercęleſtibus eſt una materia, quia in omnibus ſuſcipitur forma non contraria,non habẽs priuationem annexam, & prout complet totum appetitum materiæ,ſupercęleſtia autem & hæc inferiora non habent hoc modo unam materiam,quia non ſecundum unam rationem ſuſcipiunt formam. Ex hoc autem patere poteſt, ꝙ etſi materia in ſupercęleſtibus,& in iſtis inferioribus dicitur equiuoce, non eſt hoc q nõ ſit eadem materia hic,& ibi per eſſentiam,uel q non ſit eadem per indifferentiam,nam materia hic & ibi abſoluta ab omni forma,non habent per quid differant.Hoc tamen non obſtante,materia hic & ibi dicitur equiuoce, quia equiuocatio ſumitur ex alia & alia diffinitione, ſiue ex alia & alia ratione,& quia omnes partes poſitæ in diffinitione ſunt formæ,ut dicitur in 7.Meta.propter quod ipſa materia,ut potentia in diffinitione trahitur ad modum formæ,quia non eſt intelligibilis niſi per analogiam ad formam,& quia ſecundum aliam rationem ſuſcipitur forma hic & ibi,ſecundum huiuſmodi aliam rationẽ quandam equiuocationem contrahit materia hic & ibi. Dicemus enim de cœlo & de iſtis inferioribus, ſicut dicimus de Leone uiuo, & de Leone mortuo.Nam equiuoce dicitur Leo hic & ille,non ꝙ non ſit eadẽ materia per eſſentiam in Leone mortuo,quæ erat in Leone uiuo,ſed prop-

Secũdum quæſitum

Solutio.

Tota rõ facti eſt facientis uoluntas.

Quæ ſit rõ ſeminalis,et quæ obedẽtialis conſule iſtũ doc.1. ſentẽ. diſt. 42. q.2. 2. part.& in 2.ſen.diſt. 18. q. ulti. circa finẽ.

Quõ materia in iſtis inferiorib' & in cœlo uniuoce dicatur, & equiuoce.

Tex.cõ.35 Idẽ.2.ſen. diſ.37.q.1. 1.phy.tex. cõ.69.

ptet aliam formam, ut propter formam mortui & formam uiui, Leo dicitur equiuoce de Leone mortuo & uiuo. Sic etiam in iſtis inferioribus & ſuper cęleſtibus in quibus non ſolum eſt alia & alia forma, ſed etiam in eis non eſt materia ſecundum eandem rationem ſuſcipiendi formam, ideo merito quæcunquæ ſunt hic & ibi equiuoce nūcupantur. Nam ſi materia non diffinitur nec cognoſcitur niſi per analogiam & proportionem ad formam, dicuntur equiuoce nuncupari.

terti. gradus unitatis mater. Tertio modo poteſt accipi unitas materiæ non per indifferentiam tantum, nec ſecundum eandem rationem ſuſcipiendi formam tantum, ſed ſecundum tranſmutationem ad formam, ut illa dicantur habere eandem materiam, quorum unum poteſt tranſmutari ad formam alterius, ſecundum quem modum loqtur philoſophus in primo de generatione, ꝙ una eſt materia omnium habētium ad inuicem tranſmutationem. Et ſolum in rebus corruptibilibus eſt una materia, in ſuper cęleſtibus autem non eſt hoc modo una materia, quia ad ſeinuicem tranſmutari non poſſunt ſecundum quem modum cęlum & quælibet pars cęli conſtat ex tota materia ſua, quia ſecunndum hunc modum nulla pars cęli habet eandem materiam cum alia. Hoc ergo modo non habet ſtella eandem materiam cum orbe, nec conuerſo, quia non poteſt ex ſtella fieri orbis, nec cōuerſo. Aduertendū tamen ꝙ cū dicimus, ꝙ ſecundum unitatem tranſmutationis adinuicem ſtella nō habet eandem materiam cum orbe nec e conuerſo, Intelligendum eſt hoc prout talia ſubiiciūtur agentibus naturalibus, uel agētibus ſecundis, non autem prout ſubiiciuntur agenti diuino, uel agēti primo, poſſet enim deus, ſi uellet, ex ſtella facere orbem & conuerſo.

Tex. cō. 22 *que poſuē adinuicem tranſmutari habent eādem materiā eſſe autem diuerſum.*

Quod materia illa informis ex qua facta sūt alia uſꝗ ad cęlū empyreum pertingebat, & totum huiuſmodi ſpacium occupabat. Cap. X.

Diſt. 12. NE uideamur enarraſſe nouā opinionem, cum diximus, ꝙ materia illa informis ex qua facta ſunt alia uſꝗ ad cęlum empyreum pertingebat. Adducemus uerba Magiſtri. 2. ſenti. querentis ubi erat huiuſmodi informis materia, & quantum ſe in altum porrigebat. Cuius reſponſio quantum ad primam partem quæſiti in hoc conſiſtit, ꝙ illa prima rerum omnium moles, id eſt, illa informis materia quando condita eſt ibidem eſſe uidetur ubi nunc ſub forma conſiſtit. Vbi eſt ergo modo illa materia ex qua formata ſunt alia

ibidem erat cum erat informis. Ad ſecūdam uero partem quæſiti quā tum ſe in altum porrigebat illa informis materia habetur eiuſdem reſ ponſio, ꝙ tantum porrigebatur quouſq; nunc ſummitas naturæ corporeæ contingit. Oportet autem hic accipere naturam corpoream, to tam naturam corporalem mutabilem quæ pertingit uſq; ad cœlum empyreum, quia illud cęlum eſt ab omni uolubilitate ſemotum, & ideo magiſter uolens magis ſuam mentem exprimere ait, ꝙ (ſicut quibusdam uidetur) illa moles, ideſt, illa informis materia extendebatur extra locum firmamenti ultra cęlum ſydereum. Nam ultra huius modi cęlum eſt quoddam corpus uolubile, quod ab Aſtronomis dictum eſt ultimum mobile, & a ſanctis uocatum eſt cęlū criſtalinum. Quicquid eſt ergo infra cęlum empyreum totum eſt mobile, ideo in ſuo primordio totum dicebatur quędam indigeſta moles & quędam informis materia. Vnde Auguſt. 2. ſuper Gene. ad literam uult, ꝙ in ipſa mutabilitate rerum dabatur intelligi īformitas materiæ, & quia totum eſt mutabile quicquid eſt infra cęlum empyreum congrue dici poteſt, ꝙ totum pertingebat ad informem materiam, ut ex hoc uerificetur, quod in principio diximus, ꝙ illa informis materia uſq; ad cęlum empyreum pertingebat, & totū huiusmodi ſpacium occupabat uerum quia ut Auguſt. ait. 2. ſuper Gene. ꝙ maior eſt huius ſcripturę autoritas, q̄ omnis humani ingenii perſpicacitas, ideo ex uerbis ſcripturæ ſacræ uolumus hanc ueritatem oſtendere, ꝙ illa informis materia ultra firmamētū, ſiue ultra cęlum ſydereum, & uſq; ad cęlū empyreū pertingebat, quod tripliciter poſſumus declarare, primo ex eo quod in prīcipio Gene. ſcribitur, ꝙ in principio creauit deus cęlum & terrā. 2. ex eo quod ibidē habetur, ꝙ dixit quoq; deus fiat firmamentū in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Tertio ex eo q̄d ibidem ſcribitur, ꝙ tenebrę erant ſuper faciem abysſi. Propter primum ſciendum, ꝙ cū dicitur in principio creauit deus & c. multiplex a ſāctis datur expoſitio. Nam Auguſt. 12. cōfeſ. uno modo nomine cęli & terrę ait, ꝙ detur intelligi omnis creatura intelligibilis & ſenſibilis, ſpiritualis & corporalis. Vnde ait cum in principio fecit deus cęlum & terram, ideſt, in uerbo ſuo ſibi coeterno fecit deus intelligibilem, atq; ſenſibilem ſpiritualem, atq; corporalem creaturā, ſed ꝙ nomine cęli intelligatur ſpiritualis creatura, hoc eſt, per quandam extenſionem, prout ſimul cum cęlo & in cęlo, & potisſime in cęlo empireo producti ſunt omnes Angeli, ideo nomine cęli intelligūtur Angeli, q produ cti fuerunt cum cęlo & in cęlo. Cęlum tamen & terra ſecundū ſe cor-

Cœlū ēpyreum ex ꝑs omnis motus.

Vlti. mobile cœlū eſt criſtallinū

Cap. 11.

Cap. 9.

Not.

Ratio. 1.

Cap. 7. 13. 15. 17. & 20.

Angeli. ſimul cū cœlo in cœlo creati.

pora quædam nominant,ideo prætermiſſo hoc modo dicamus, ꝙ in eodem libro tangit Auguſt.alium modum exponēdi dicens,ꝙ in principio fecit Deus cęlum & terram,ideſt, in uerbo ſuo ſibi coeterno, fecit Deus informem materiam creaturæ ſpiritualis, & corporalis, ubi confuſum adhuc erat cęlum & terra. Vel ſi uolumus per principium accipere ipſum initium temporum,uel exordium faciendi & operandi,dicemus,ut idem Auguſt.ibidem dicit,ꝙ in principio fecit Deus cęlum,& terram,ideſt,in ipſo exordio faciēdi,& operandi,fecit Deus informem materiam confuſe habētem cęlum,& terram cum omnibus quæ in eis ſunt,ſi ergo per cęlum uolumus intelligere totum iſtud cęlum uolubile,quod factum eſt ex informi materia, cum omnes cœli uoluantur excepto cęlo empyreo,bene dictum eſt,ꝙ illa informis materia uſque ad cęlum empyreum pertingebat. Sed ſi per cęlum uolumus intelligere cęlum empyreum,& per terram totam informē materiam,ut etiam ipſi cęli, qui ſunt infra cœlum empyreum ſecundum communem opinionem ſanctorum facti fuerint informes, & poſtea fuerint formati,ſecundum hunc modum loquēdi dicemus,ꝙ in principio,ideſt,in ſuo uerbo coeterno,qui eſt principiū de principio. Nam pater eſt principium ſine principio, filius eſt principium de principio, non tamen duo principia,ſed unum principium. In principio ergo,id eſt,in filio. Vel in principio,ideſt,in initio temporis fecit Deus cęlum, ſcilicet,empyreum,& terram, ideſt,totam aliam informē materiam, quæ uſqꝫ ad cęlum empyreum pertingebat, nomine enim terræ tota informis materia poteſt ſignificari,ut ipſi cęli uolubiles inquātum conſiderantur informes ad informem materiam pertinebant. Cęlum autem,quod dicitur,factū in principio non ad ipſos cęlos uolubiles, ſed ad ipſum cęlum empyreū hoc loquendi genere referatur. Vnde Beda, ut habetur ſuper Gene.ait,ꝙ cęlum,quod in principio cum terra factū eſt,eſt cęlum illud ſuperius, quod a uolubilitate mundi ſecretum eſt, quod mox ut creatum eſt, ſanctis angelis eſt repletum. Et Strabus in quadam gloſa ſuper Gene. exponens illud, In principio creauit Deus cęlum & terram,ait,ꝙ cęlum non eſt cęlum uiſibile firmamentū,ſed empyreum,nomine ergo cęli,quod factum eſt in principio, cum terra ſecūdum Strabum, & Bedam intelligitur cęlum empyreum,ergo nomine terræ oportet,ꝙ intelligatur tota illa informis materia, quæ eſt infra cęlum empyreum,quare bene dictum eſt, ꝙ illa informis materia extendebatur uſqꝫ ad cęlum empyreum. Quod autem nomine terræ ſignificari poſſit tota informis materia,unde facti ſunt cęli & terra

ſatis

Cap.20.

Cap.20.

Oēs. cœli rotant,empyreo exceptuato.

Fili' principium de principio ſapientia de ſapientia, lumen de lumine appellatur 7. d ri.c.1

Be. in gloſa marginali.

Strabus.

Liranus hunc citat & illum.

ſatis ratio perſuadet. Nam nihil eſt tam informitati propinquum ſicut terra, & quia nõ poſſumus ipſam informem materiam nominare nec intelligere, niſi per analogiam ad formã, ideo bene ſe habet ꝙ nominetur ſub inferiori forma, hæc autem eſt forma terræ, ideo Auguſt. 12. confeſ. loquens Deo ait, ꝙ quia in omnibus mundi partibus reperiri non poteſt aliud magis propinquum omnimode inferioritati, uel omnimode informitati ꝗ terra, ideo nomine terræ uocata eſt illa informis materia. Igitur ſi nomine cœli, quod primum factum eſſe dicitur ſecundum communem ſanctorum expoſitionẽ intelligitur cœlum empyreum, & nomine terræ intelligitur totum aliud quod eſt infra huiuſmodi cęlum, quod totum uocatum eſt terra ratione informitatis, bene dictum eſt, ꝙ per hoc quod dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram, haberi poteſt, ꝙ illa informis materia uſq; ad cęlũ empyreum pertingebat, & totum huiuſmodi ſpatium occupabat. Secunda uia ad hoc idem haberi poteſt ex alio uerbo ſacræ ſcripturæ, cum Deus dixit fiat firmamẽtum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, diuiſitq; aquas quę erant ſuper firmamentum ab his quæ erant ſub firmamento. Ad cuius intelligẽtiam ſciendum, ꝙ ſecundum communem opinionem ſanctorum ſicut nomine terræ ſignificatur tota illa informis materia, ſic etiam nomine aquæ ſignificata eſt tota illa informis materia, ut tota huiuſmodi materia dicatur terra ratione informitatis. Nam inter omnia elemẽta terra plus habet de materia, & minus de forma, quia eſt magis compacta, & magis denſa, quanto enim res plus occupat de loco, & eſt magis rara tanto plus habet de forma & minus de materia, ideo uult Auer. ꝙ generans quantum dat rei de loco tantum dat ei de forma, & quia terra inter omnia elementa minus occupat de loco, ideo dicitur magis informis, & minus habere de forma, ideo ratione informitatis tota illa materia poterat dici terra, ratione autem fluxibilitatis, quia adhuc non erat ſtabilis, ſed acceptura erat precioſiorem formam poterat dici aqua. Poſſemus tamẽ dicere ſi uellemus, ꝙ licet tota illa materia poſſet dici terra ratione informitatis, & tota poſſet dici aqua ratione fluxibilitatis, tamen quodam ſpeciali nomine tota illa materia, quæ erat ſupra terram uocabatur aqua eo ꝙ terra plus habet de informitate, & nõ ita mouetur ſicut mouetur aqua, ideo dicitur Eccleſiaſt. ꝙ terra autem in æternum ſtat nam aqua fluit & refluit, quia ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant, & ſpiritus, id eſt aer & ignis in circuitu pergit, quia totus ignis, & totus aer, excepta

1. phi. tex. com. 69
Cap. 4
Nomine terræ informis materia ſignificatur.
Secũda uia
Gen. 1.
Not.
8. phi. 52. et. 3. de cœlo. 28
Cap. 1.

F

illa parte aeris,quæ clauditur intra montes,circumuoluitur cum cœ-
Cap.I. lo ut habet declarari alibi & ut ſatis innuitur Eccleſi. & etiam ipſum
cœlum circulariter uoluitur,quia oritur ſol & occidit & ad locum ſu-
um reuertitur,omnia ergo alia a terra,excepto aere, qui clauditur ītra
montes,qui quaſi clauditur intra terram,quandam fluxibilitatem et
quendam motum habent,ut ex hoc ſola terra dicatur eſſe ſenſibiliter
ſtabilis,& dicatur in æternum ſtare.Ex quibus liquet ꝙ licet tam nomi
ne terræ q̄ nomine aquæ poſſit ſignificari tota illa informis materia,
ſpecialiter tamē nomine aquæ ſignificatur tota informis materia alia
a terra quæ ideo nuncupata eſt aqua, quia non eſt ita immobilis ſicut
terra,hæc autem aqua,& hæc tota informis materia alia a terra per-
In glo.marginali. tingebat a terra uſq; ad cęlum empyreum,unde Beda in gloſa ſuper
Gene.ait ꝙ aquæ totam ſuperficiem terræ tanta altitudine tegebant,
ut ad illos uſq; locos pertingeret,ut ſuper firmamentum partim reſi-
derent,ergo aquæ ita eleuabantur ſuper terram,ut eſſent ſuper firma
mentum, ſed nomine firmamēti ſecundum communem opinionem
Beda in gloſa. ſanctorum intelligitur ſydereum,in quo fixa ſunt ſydera. Vnde Beda
exponens illud fiat firmametum, ait, ꝙ in hoc uerbo cœli deſcribitur
in quo fixa ſunt ſydera,ſi ergo aquæ protendebantur ſupra firmamen
tum,oportet,ꝙ pertingerent uſq; ad cœlum Empyreum, quia ſupra
firmamentum,ideſt,ſupra cęlum ſydereum non eſt niſi cęlum criſtal-
linum quod poteſt dici cęlum aquæum, non a frigiditate, ſed a dya-
phaneitate,ſicut enim dicitur cęlum eſt empyreū,ideſt, igneum non
a calore, ſed a ſplendore.Erit ergo ſenſus ſecundum communem opi-
nionem ſanctorum,cum dicit Deus,fiat firmamētum in medio aqua
rum & diuidat aquas ab aquis,ideſt,diſtinguantur celi,& fiat firma-
mentum,ideſt,cęlum ſydereum,& diuidat aquas ab aquis,ideſt, diui
dat inter cęlum criſtallinum quod eſt ſuper cęlum ſydereum, & alios
cęlos,qui ſunt infra huiuſmodi cęlum,qui omnes celi,quia ſūt ſic mo
biles ratione motus poſſunt dici labiles aquæ nomine deſignātur. Si
ergo ipſum cęlum criſtallinum ſignificatur nomine aquarum. Iuxta
In cantico triū puerorū. Dan.3. illud,Benedicite aquæ quæ ſuper cęlos ſunt domino, cum cęlum cri-
ſtallinum pertingat uſq; ad cęlum empyreum, bene dictum eſt, ꝙ il-
la informis materia quæ poteſt ſignificari nomine aquæ uſq; ad cęlū
empyreum pertingebat, ſequendo quidem commune ſanctorum di-
ctum,ꝙ informis materia non ſolum origine,ſed etiam tempore præ
ceſſit ſuam formolitatem,dicemus,ꝙ cęlum criſtallinū, & cęlum ſy-
dereum,& omnes alii ſeptem cęli ubi ſunt ſeptem planetæ quandam

informitatem habebant, & quandã quaſi indiſtinctionẽ. Et quando di
xit Deus fiat firmamẽtũ, ideſt, cęlum empyreũ, & diuidat inter aquas
quæ ſunt ſuper firmamentũ, & alias aquas, ideſt, diuidat inter cęlum
criſtallinũ & alios cęlos, tunc oẽs cęli facti ſunt diſtincti, & quandam
ſormitatẽ acceperũt, ipſum inquã cęlum criſtallinũ, quod philoſophi
noĩare neſcientes uocauerunt ultimũ mobile, quandã formoſitatẽ ac
cepit, cũ dixit Deus, fiat firmamentũ, &c. Vtrum autem hmõi cęlum,
& alia quæ Deus creauit, præceſſerint tp̃e, ut ſentit cõis ſanctorũ opi- Vt Hiero.
nio, uel pręceſſerint ſolũ origine, ut innuit Auguſt. 1. ſuper Gen. & 11. Greg. Beda.
de ciuitate Dei. & in q̃õnibus ad Oroſium, inferius tractabitur, quãuis
hmõi opinionẽ, q̃ ad diſtinctionem rerum creatarum non fuerit ordo Cap. 4.
tp̃is, ſed originis, Aug. non pertinaciter afferat, ſed ſub quodam dubio Cap. 6. & 33.
hoc dimittat. Reuertamur ergo ad propoſitũ, & dicamus, q̃ ſiue tp̃e,
ſiue origine materia præceſſerit ſuam formã cum eo ipſo, q̃ cũ Deus
dixit fiat firmamentũ, &c. ex iſto Dei uerbo cœlũ criſtallinum accipit
aliquã formoſitatẽ, cogimur dicere, q̃ ipſum cęlum criſtallinũ ad in-
formem materiã pertinebat, & quia cęlũ criſtallinũ pertingit uſq; ad
cęlũ empyreum, quia cęlũ criſtallinum eſt ultimũ mobile, & imme-
diate ſupra hmõi cęlum eſt cęlũ empyreum, quod non mouetur, ſed
eſt locus beatorũ, bene dictum eſt, q̃ illa informis materia uſq; ad cœ
lum empyreũ pertingebat. Tertio hoc idem patet ex illo uerbo ſacræ Gen. 1.
ſcripturæ, q̃ tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi. Nam ſicut nomine terrę Tertia rõ.
& etiam nomine aquæ poteſt ſignificari tota illa materia informis,
ita etiã ſignificari poteſt nomine abyſſi. Vnde & Aug. 12. confeſ. uult Cap. 4.
q̃ nomine terræ & nomine abyſſi ſignificetur tota illa informis mate
ria, quia ſecundum eum nihil eſt tam propinquum informitati ſicut
terra & abyſſus, cum ergo dicitur, q̃ tenebræ erant ſuper faciem abyſ
ſi poſſumus intelligere, q̃ nullum corpus lucidum adhuc formatum
erat in illa informi materia, quod corpus lucidum tunc formatũ fuit
quando dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, tunc enim in iſta informi Gen. 1.
materia dicitur fuiſſe factum quoddam corpus lucidum, & quia ſi
ue tempore, ſiue origine in primordio creationis cęli & terræ non erat
ibi lucidum niſi ſolum cœlum empyreum, quod empyreũ, ſiue igne-
um a luce, ſiue a ſplendore dicitur, etſi nomine abyſſi ſecundũ ſancto
rum expoſitionẽ intelligere poſſumus illam informẽ materiam tene-
broſam, quia tenebræ erant in hmõi abyſſo, oportet q̃ uſq; ad illũ cœ
lum aſcẽderet illa informis materia ubi non inueniebatur corpus luci
dum, hoc autem erat uſque ad cœlum empyreum, quia ſolum illud

corpus fuit lucidum in prima creatione rerum. Vtrum autem ex illo cęlo empyreo reſultaret aliquis ſplendor in illa informi materia non eſt pręſentis ſpeculationis, ſufficit autem ꝙ tota illa materia diceretur tenebroſa, quia non continebat in ſe aliquod corpus lucidum.

Quòd cum in primordio triplex fuerit opus diuinum creationis, diſtinctionis, & ornatus, opus creationis ante omnem diem eſt perpetratum. Cap. XI.

In principio creauit Deus, ornauit, diſtinxit. COGIMVR quidem ponere, ꝙ Deus primo creauit res, poſtea diſtinxit, & ultimo ornauit, ita ꝙ in primordio triplex fuit opus diuinum creationis, diſtinctionis, & ornatus. Vtrum autem huiuſmodi prius & poſterius fuerint ſimul origine, uel etiam tempore quantum ad aliqua conuenit Aug. cum aliis ſanctis, & quantum ad aliqua differt. Voluerunt enim cōmuniter ſancti, ꝙ ſimul fuerint res creatæ, & aliqualiter diſtincte, ſed non perfectę, Auguſt. autem licet hoc non aſſerat pertinaciter, in hanc tamen partem declinare uidetur ꝙ ſimul tempore fuerint res creatæ, & perfecte diſtinctæ, ita ꝙ quantum ad creationem, & diſtinctionem non tempore, ſed ſolū origine informe præceſſit formatum, ſicut accidit de ſono & cātu. Eſt enim
Quid cantus. cantus quædam modulatio, & quædam perfectio ſoni, ita ꝙ ſonus de ſe eſſet informis niſi eſſet modulatus per cantum, ille tamen qui cantat ſimul tempore emittit ſonum & cantum, non tamen ſimul origine, uel non ſimul natura, quia cum ſonus ſit quaſi quoddam materiale reſpectu cantus, & cantus non ſit aliquid, niſi modulatio ſoni, oportet ꝙ ſonus ſit quoddam fundamentum illius modulationis, & quia ſemper fundamentum origine & natura præcedit illud cuius eſt fundamentum, ideo concludit Auguſt. in. 12. confeſ. ꝙ cantum præcedit
Cap. 29. ſonus origine non tempore. Sed ſecundum hunc modum ſecundum ipſum in creatione & diſtinctione rerū informe præceſſit formatum. Simul tamen tempore omnia iſta elementa, quæ uidemus, & omnes
Hierony. Greg. & alii. cęli fuerunt creata & diſtincta. Alii tamen ſancti uoluerunt, ꝙ per interualla temporum fuerit facta elementorum, & cęlorum creatio, & eorum perfecta diſtinctio, quod magis uidetur ſonare illud, quod habetur in principio Gene. ubi dicitur, ꝙ terra erat inanis & uacua, uel,
Gen. 1. ut habet alia litera, erat inuiſibilis, & incompoſita, & tenebræ erāt ſuper faciem abyſſi, prout enim hæc uerba ſonare uidentur hæc elementa cum fuerint creata, non fuerunt perfecte diſtincta, etiam ipſi cęli in

illo primordio cum fuerunt creati non fuerunt perfecte diſtincti,ut ui detur ſonare tex.Gene.ſed tunc fuerunt perfecte diſtincti quando dixit Deus,fiat firmamētum in medio aquarū,& diuidat aquas ab aquis, Tunc enim factum fuit cęlum ſydereum,ut exponunt ſancti,& diuiſit aquas,quæ erant ſuper firmamentum,ideſt,quę erant ſuper cęlum ſydereum,ab aquis,quæ erant ſub firmamento, ideſt, ſecundū unum modum exponendi,ab alijs cęlis, qui ſunt ſub cęlo ſydereo. Cœlum enim ſydereum eſt inter cęlum criſtallinum (quod poteſt quaſi dici cęlum glaciale,ſiue cęlum aqueum) & alios cęlos planetarum, qui poſſunt dici cęli aquei propter eorum motum & fluxibilitatem.Non enim intendimus reprobare opinionem Auguſt.de perfecta diſtinctione rerum,etiam in ſuo primordio,uidelicet,ꝙ ſimul res fuerunt creatæ & diſtinctæ,ſed intendimus dicere,ꝙ tex.Gene.ut prima facie appa ret,cęli non fuerint ſimul creati & perfecte diſtincti, ſed tunc fuit hoc factum quando dixit Deus fiat firmamentum,&c.nec etiam elementa fuerunt ſimul creata & perfecte diſtincta, ſed tunc hoc factum fuit quando dixit Deus,congregentur aquæ in locum unum,& appareat arida,ideſt terra. Differt ergo opinio Auguſt.ab opinione aliorum ſanctorum quātum ad diſtinctionem rerum,quia ſecundum ipſum creatio & diſtinctio cęlorum,& creatio & diſtinctio elementorum fuit ſimul tempore facta,& in talibus informe præceſſit formatū non tempore,ſed origine tantum, ſed ſecundum alios ſanctos perfecta diſtinctio cęlorum & elementorum etiam per interualla temporum fuit facta,quia prima die fuit diſtincta lux a tenebris quādo dixit Deus, fiat lux & facta eſt lux.Secunda die fuit facta cęlorum diſtinctio,quando fuit factum firmamentum,ideſt,cęlum ſydereum, quod diuidit inter aquas ſuperiores & inferiores.Tertia quidem die facta fuit diſtinctio elementorum quando congregatæ ſunt aquæ in locum unum & apparuit arida,ideſt,terra. Aduertendum tamen,ꝙ per aquas,quæ ſunt ſuper firmamentum,ideſt,ſuper cęlum ſydereum,poſſumus intelligere cęlum criſtallinum,ſiue cœlum aqueum, ut ſicut Deus ad tempus ligat aquas in nubibus,ſic in ſempiternum & in perpetuum ſolidauit aquas illas in quadam ſoliditate glaciali & criſtallina.Vnde Beda in quadam gloſa ſuper Gene.dicit,ꝙ Deus, qui infra cęlum ligat aquas ad tempus uaporibus nubium retentas poteſt ſuper cęlum ſydereum non uaporali tenuitate,ſed glaciali ſoliditate,aquas ſuſpēdere. Aduertendum etiam,ꝙ aliter dicūtur aquæ,quæ ad tempus ligantur in nubibus,ꝙ illæ quæ in perpetuum ſuper cęlum ſydereum ſolidantur.

In quo differat opi. Auguſt.ab aliorū opinione de creatione, & diſtinctione rerum.

Not.

Beda in gloſa marginali.

Not.

quia aquæ uaporales infra cęlum dicuntur aquæ a frigiditate, quia ſunt frigidæ naturæ, & ſunt uere aquæ, & ſunt naturæ aqueæ, ſed aquę quæ ſunt ſupra firmamentum dicuntur aquæ non a frigiditate, ſed a dyaphaneitate, quia habent quandam dyaphaneitatem criſtallinam, ideo dicimus, ꝙ ſupra cęlum eſt cęlum criſtallinum, & ſupra cęlum criſtallinum eſt cęlum empyreum, ſupra quod nõ eſt aliud cęlum, ſed ille eſt locus Angelorum & beatorum. Aduertendum etiam, ꝙ cum diximus per aquas quæ ſunt ſupra cęlum ſiue ſupra firmamentum, quod dicitur cęlum ſydereum, poſſumus intelligere cęlum criſtallinum, ſed per aquas quæ ſunt ſub firmamento poſſumus intelligere cęlos ſeptem planetarum patet ſic eſſe. Nam cęlum ſydereum eſt medium inter cęlum criſtallinum & cęlos ſeptem planetarum, qui cęli ſeptem planetarum poſſunt dici aquæ ratione ſui motus & ratione ſuę fluxibilitatis, quia ſecundum motum ſuum proprium ſemper mouentur & fluunt ab occidente in oriens, licet raptu firmamenti moueãtur econuerſo. Intelligendo ergo per aquas ſupra firmamentum cęlum criſtallinum, & per aquas ſub firmamẽto cęlos planetarũ, factum eſt firmamentum in medio aquarũ, quia factum eſt cęlũ ſydereum inter cęlum criſtallinũ & cęlos planetarum. Poſſumus tamen ſi uolumus per aquas ſub firmamento intelligere has aquas labiles, quæ fluunt ſuper terram, & etiam aquas uaporabiles, quæ ad tempus ligantur in nubibus, & ſecundũ hoc factum eſt firmamentũ, ideſt cęlum ſydereũ inter aquas & aquas, quia factũ eſt ſydereum inter cęlũ criſtallinum, quod eſt ſupra ipſum, & has aquas fluxibiles ſuper terra & aquas uaporabiles, quæ ſunt ſub ipſo. Aduertendum etiam ꝙ differt opinio Auguſt. ut diximus quãtum ad rerum creationem & diſtinctionem ab opinione aliorum ſanctorum. Differt etiam eius opinio ab opinione aliorum ſanctorum non ſolum quantum ad creationem & diſtinctionem, ſed etiam quantum ad ornatum cęlorũ, quia ſecundum ipſum cęli ſimul fuerunt creati & diſtincti, & ſole & luna & aliis ſyderibus ornati, ſed ſecundũ aliquos ſanctos non fuerũt cęli ornati in ſuo primordio, ſed quarta die producta ſunt luminaria cęli, cum dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cęli, & cum fecit dominus duo luminaria magna, uidelicet, ſolem & lunam, & etiam ſtellas, ſed de opinione Aug. faciemus in ſequentibus per ſe capitulũ, nunc aũt uolumus tractare quæ tractanda ſunt in hoc capitulo per communem ſanctorum ſententiam ſecundum quam dicimus, ꝙ ante omnem diem fuerunt res creatæ, & aliqualiter diſtinctæ. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ

Aquæ ſup cęlos dyaphanæ, non autem frigidæ.

Not.

Not.

Differt opinio Augu. ab aliorũ opi. etiã in ornatu rerũ creatarum.

Op. creationis, alterationis, & gnõnis diſtinctum.

aliter ſit opus creationis, & aliter alterationis, & naturalis generationis, nam in operæ creationis prius imprimitur forma ſubſtantialis, q̃ accidentalis. Eſt enim creatio ſimplex defluxus rerum a primo, nam in creatione circa res ſimul producitur, quia non ex materia præiacente, ſed ex nihilo dicitur eſſe creatio. Vnde Magiſter. 2. ſententiarum dicit, creator enim eſt, qui de nihilo aliquid facit, & creare proprie eſt aliquid de nihilo facere. Cum ergo forma accidentalis non ſit apta nata inhærere materiæ ſine forma ſubſtantiali in creatione in qua producitur totum ſimul prius intelligitur introduci forma ſubſtantialis in materiam, q̃ accidentalis non tempore, quia totum fit in inſtanti, ſed natura & origine, quia naturali origine ſubſtantia præcedit accidens. Sed in alteratione ſecundum q̃ huiuſmodi non eſt motus ad formam ſubſtantialem, ſed ad accidentalem. Et in generatione naturali, id eſt, in generatione, quam poſſunt facere agentia naturalia, prius introducitur forma ſubſtantialis, ut ſi ignis agens in aerem conuertit ipſum ad ſe & generat ex hac materia ignem, oportet q calefaciat aerem, & quando eſt in tantum calefactus, q non poteſt ibi ſtare forma aeris, introducitur ibi forma ignis, generatio itaq; ignis eſt terminus motus, quia eſt terminus alterationis, ſiue calefactionis. Omnis ergo actio agentium naturalium, accipiendo actionem large, ut etiam ipſa generatio dicatur actio, uel motus, uel mutatio, quod eſt terminus motus. Nam per actionem agentium naturalium non acquiritur niſi triplex forma accidentalis, quia uel acquiritur ex hoc quantitas, & ſecundum hoc eſt motus in quantitate, quia uel eſt motus ad quantitatem maiorem, & dicitur augmentum, uel ad quantitatem minorem, & eſt diminutio. Si autem per talem motum non acquiritur quantitas, ſed qualitas, ſic eſt alteratio. Si uero acquiratur ubi, ſic eſt motus localis, itaq; in tribus generibus eſt motus in quantitate, qualitate, & ubi, ut declarari habet in phyſicis, ergo actio agentium naturalium per quam acquiritur forma accidentalis poteſt dici motus, ſed huiuſmodi actio per quam acquiritur forma ſubſtantialis non eſt motus cum hoc fiat in inſtanti, ſed eſt mutatio, id eſt, terminus motus, eſt enim terminus alterationis, quia agens naturale prius alterat, poſtea generat & corrumpit, ſic eſt ergo de actione agentium naturalium, q uel eſt motus uel eſt mutatio, ſed creatio quæ proprie non poteſt competere, niſi Deo, nec eſt motus, nec mutatio. Motus quidẽ non eſt, quia cum non fiat ex materia præiacente non præcedit ibi aliquid quod ſupponitur

circa principium.

Quid ſit creare.

Forma accidentalis nõ inheret materiæ ſine ſubſtantiali.

Generatio eſt terminus motus

In action: agentis naturalis triplex acquiritur forma accidẽtalis.

Ariſ. 5. ph. tex. cõ. 18.

Ariſ. 5. ph. text. cõ. 7. & 8.

Creatio nec motus nec mutatio.

motui, nec eſt mutatio, quia cum mutatio ſit terminus motus, & nullus motus præcedat creationem, creatio non erit terminus motus, & per conſequens, proprie loquendo, non erit mutatio, quæ eſt terminus

Dubitatio motus. Sed quæres quare agens naturale non poteſt introducere formam ſubſtantialem, niſi prius introducat accidentalem, deus autem in creando & ſi non tempore, natura & origine prius introducit for-

Solutio. mam ſubſtantialem, q̃ accidentalē. Ad quod dici poteſt, ꝙ omnis uirtus agentium naturaliū eſt aliquod accidens, quia, ut probat Cōmen-

Com.31. tator in.7.met.nulla actio poteſt immediate egredi a forma ſubſtan-

Conſule hunc doct. 5. quodlib. q.1. tiali, ut in igne nulla eſt uirtus actiua, niſi calor, & ideo cum agens aſſimilet ſibi paſſum, ſi agens naturale non agit niſi per aliquam formā accidentalem & alteret, & hoc modo introducat formam ſubſtantialem & generet. Deus autem, qui immediate agit, per ſuā ſubſtantiam poteſt prius introducere formam ſubſtantialem, q̃ accidentalem, nec oportet, ꝙ Deus ſic aſtringatur in ſua actione, ꝙ non poſſit aliter agere, & ꝙ non poſſit prius introducere formam accidentalem, q̃ ſubſtantialem, quia cum ſubſtantia Dei non determinetur ad aliquod prædi

Deus non determinatur ad aliquod prædicamētū. camentum, ſed in ſe contineat omnia prædicamenta, non determinabitur Deus ad aliquem modum agendi, ſed ſicut uolet agere ſic aget, Quicquid tamen de actione Dei, prout agit rebus iam productis. In ipſa tamen creatione, & in ipſa prima productione rerum ordo naturæ requirit, ꝙ prius fuerit introducta in materia forma ſubſtantialis,

Idē.1.ſen. diſt.8.q.3. 2.partis. q̃ accidentalis. Sed de his clarius infra dicetur in.33.cap.2.partis. Erit itaq; rerum creatio hoc modo, ꝙ cum prius fuerint nihil, inceperunt eſſe aliquid, itaq; inter nihil & aliquid nullum fuit ibi medium. Illud ergo inſtans in quo res inceperunt eſſe aliquid nullum præceſſit tempus, quia cum ante illud inſtans res fuerint nihil, tempus illud fuiſſet fundatum in nihilo. Et ideo creatio de neceſſitate fit in inſtāti, cum ipſum nihil quod precedit creationem nō poſſit eſſe ſubiectum motus, & ideo bene dictum eſt, ꝙ creatio non eſt motus cum fiat ī inſtāti, nec eſt mutatio, quia creationem, ut patet per habita, non poteſt præcede-

creatio facta ante oē tempus. re aliquis motus. His uiſis dicamus, ꝙ creatio proprie loquendo non fuit facta in tempore, ſed fuit facta ante omne tempus, & per conſequens ante omnem diem, cum ipſa dies ſit tempus, uel pars temporis,

Fieri in tē pore dicitur pluribus modis. & quælibet pars temporis ſit tempus. Propter quod ſciendum, ꝙ aliquid fieri in tempore proprie dicitur, ꝙ illud fieri manifeſtetur tempore, & etiam aliqualiter poteſt dici fieri in tempore quando, illa factio cōtinetur a tempore, ſed ſi uellemus ualde large extēdere fieri in tempore,

tempore, diceremus aliquid ſic fieri quando factio eius nec manifeſtaretur tempore, nec cōtineretur a tempore, ſed eſſet in initio temporis, & quia initium temporis eſt āte omne tempus, & ante omnem diem, bene dictum eſt, ꝙ opus creationis, & ꝙ res fuerunt creatæ ante omne tempus & āte omnem diem. Non autem dici poteſt, ꝙ creatio fuiſſet facta in tempore quod manifeſtaretur tempore, cum de neceſſitate facta fuerit in inſtanti, nec etiam dicere poſſumus, ꝙ creatio fuit facta in tempore, quia contineatur a tempore, a quia illud cōtinetur a tempore, quod tempus præcedit & ſequitur, ſed inſtans illud in quo facta fuit creatio rerum nullum tempus præceſſit, niſi forte tempus imaginatum, nam cūm ante creationem nulla res eſſet, conſequēs eſt ꝙ nullum tempus naturale erat āte creationem itaq; rerum creationem ſic ſequutum eſt tempus ꝙ nullum præceſſit tempus, & inſtans illud in quo fuerunt res create ſic fuit initium futuri, ꝙ non fuit finis præteriti, & ſic fuit principium temporis, ꝙ non fuit finis temporis, propter quod creatio non fuit inter duo tempora, uidelicet, inter præteritum & futurum, ſed fuit ante omne tempus, quia ante creationem nullum fuit tempus, ſed ſola æternitas, ergo non dicetur creatio facta in tēpore, primo modo, quia manifeſtaretur tempore, nec ſecūdo modo, quia contineretur a tempore, ut ꝙ ante creationem, & poſt creationem fuerit tempus, ſed ſi dicitur facta in tempore, hoc eſt, ſolum tertio modo, quia facta fuit in principio temporis ante quod nullum tempus fuit. Vnde cum dicitur, ꝙ in principio creauit Deus cęlum & terram, licet ſit unus modus exponendi, ꝙ in principio, ideſt, in filio, per quem fecit omnia, fecit Deus cęlum & terram. Exponitur etiam communiter a ſanctis alio modo, ꝙ in principio, ideſt, in initio temporis, & ante omnia tempora creauit Deus cęlum & terrā. Vnde Auguſt. 12. cōfeſ. ait, ꝙ hanc informem materiam fecit Deus ante omnem diē, & idem ibidem dicit iam enim fecerat cęlum & terram ante omnē diem, & idem ibidem ait, ꝙ cum Moyſes commemorat feciſſe in principio cęlum & terram, tacet de temporibus, ſilet de diebus, per quod innuit, ꝙ creatio cęli & terræ facta eſt in principio, ideſt, facta eſt ante omne tempus, & ante omnem diem, quod declarare uolebamus.

Tempus præcedit id quod cōtinetur à tempore, & ſequitur.

Primū inſtans temporis fuit initium futuri, nō āt finis præteriti.

Modus exponendi August. et Orige.

Cap.12

Cap.13

Quod non ſolum opus creationis, ſed etiam multiplicis diſtinctionis ſecundum cōmunem ſanctorum ſententiam ante omnem diem dicitur eſſe factum. Cap. XII.

SI uellemus ſequi Auguſt.ſententiam,non ſolũ in principio ante omnem die ſimul cum operæ creationis factũ fuit opus aliqualis diſtinctionis,ſed etiam perfectæ diſtinctionis,quia ſecundum eum omnia corpora cęleſtia,& elementa ſimul fuerunt creata,& perfecte diſtincta,& illa interualla dierũ,quę narrantur in diſtinctione rerum ſecundum Auguſt.ſententiã referenda ſunt ad cognitiones angelicas non ad res ipſas,ſecundum tamen cõmunem ſanctorum ſententiã res fuerunt omnes creatæ ſimul,& non perfectæ,ſed aliqualiter diſtinctæ,fuerunt enim oẽs ſimul creatæ ſecundũ materiã,ſed non fuerũt ſimul diſtinctæ ſecundũ formam.Vnde Grego.& habetur in glo.ſuper Gene.ait quomodo Deus ſimul cuncta condidit; ut dicitur in Eccle. dum idem Moyſes ex dierũ mutatione diſtincte creata deſcribit, & reſpondet,ꝙ rerũ materia ſimul creata eſt,ſimul uero per ſpecies formata non eſt.Et ſubdit,ꝙ ſi ſimul extitit per ſubſtantiã materiæ,nõ ſimul apparuit per ſpeciẽ formæ,ergo quantum ad ſubſtantiam materię omnia ſimul ſunt creata,ſed per ſpecie formæ non ſimul omnia ſunt diſtincta,quod intelligendũ eſt de diſtinctione perfecta,quia ſicut ſimul corpora celeſtia,& elementa fuerunt creata, ita ſecundum cõmunem ſanctorum ſententiam,& ſecundum ꝙ ſonat tex.Gene. fuerunt ſimul aliqualiter diſtincta.Volumus ergo nunc ſequi cõmunem ſanctorum ſententiam,& illud quod uidetur ſonare tex.Gene.quomodo fuerunt corpora cęleſtia,& elementa ſimul creata, & aliqualiter diſtincta. Ad cuius euidentiam ſciendũ, ꝙ in principio Gene. anteq̃ fiat mentio de diebus,ideſt,ante omnẽ diem,triplex diſtinctio tangitur,uidelicet,cęli a terra,& hoc cum dicitur,In principio creauit Deus cęlum & terram. Secunda diſtinctio tangitur tenebrarũ a facie abyſſi,& hoc cum dicitur.Et tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi.Tertia diſtinctio tangitur ipſarum aquarũ a cęlo,& terra,& hoc cum ſubinfertur.Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Hæc enim omnia fuerunt ante omnẽ diem anteq̃ fiat mẽtio de diebus, anteq̃ factum fuerit ueſpere & mane dies unus,ideſt,primus.Eſt ergo ſenſus,ꝙ in principio, ideſt in filio,& per filium,qui eſt principium de principio. Vel in principio, ideſt, in primo inſtanti,quod fuit principium, & initium temporum & dierum, & quod fuit ante omnia tempora,& ante omnes dies,in illo itaq; primo inſtanti omnia iſta fuerunt ſimul facta & creata, quia fuerunt facta cœlum & terra,fuerunt tenebræ & facies abyſſi, & fuerunt aquæ mediæ inter cœlum & terram,ſuper quas aquas ferebatur ſpiritus domini ſicut fertur mens artificis ſuper materia operis condendi. Vnde

In queſtionibus ad Oroſ.11.de ciuit.Dei. 1.ſup Gen. ad literam ubi ſupra. In Moral. Cap.18.

In princi. Gene. ante oẽm diem triplex diſtinctio ponitur.

& gloſa ibidem ait, q̄ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quia ſicut dominus & conditor confuſæ materiæ, ut eam diſtingueret quando uellet. Vel, ut uidetur ſonare litera hebraica, q̄ ſpiritus domini incumbebat ſuper aquas ſicut auis incumbit ſuper oua ſua ut foueat ea, oportet quidē, q̄ per hæc materialia uerba operationes diuinæ nobis innoteſcant, certū eſt quidem, q̄ dominus, ſiue ſpiritus domini, ideſt, ſpiritusſanctus, qui eſt unus Deus cum patre, & filio, curā habebat de illis aquis, ideſt, de illa materia confuſa, & ideo dicitur ferri ſuper eas ſicut mens artificis fertur ſuper opus ſuū, ſicut etiam dicitur cubare ſuper eas, & fouere eas propter quandam ſpecialem curam, quam habebat de eis. Has aūt tres diſtinctiones dicemus eſſe, quia ubicūq; eſt dare extrema, & media, ibi eſt ergo triplex diſtinctio aſſignāda, una extremorum, alia medioꝝ, tertia eſt horum ad illa, ſcilicet, mediorum ad extrema. In ipſa enim prima creatione rerū fuerunt aliqualiter diſtincta extrema abinuicē, & media abinuicē, & media ab extremis. Cum ergo tangitur diſtinctio cęli a terra, & cum dicitur, q̄ in principio creauit Deus cęlū & terram, tangitur diſtinctio extremorum uidelicet, cœli & terræ. Nam cęlū eſt unum extremum, quod eſt illud ſupra quod nullū eſt corpus, & terra eſt aliud extremum, quia eſt illud infra quod nullum eſt corpus, cęlū enim eſt ſurſum, & terra deorſum, cætera aūt ſunt in medio. Nam cum dicitur cęlū & terra primo facta, non intelligitur de cęlo, ut patuit per Bedam, & Strabū, de firmamēto, quod eſt cęlū ſydereum, quod factum eſt ſecunda die, quia illud non eſt cęlum extremū, & non eſt cęlum omnium ſurſum, ſed ſupra illud cœlū ſunt alii cęli, ſed intelligitur de cęlo empyreo, quod eſt cęlum, quod eſt omnino ſurſum, ſupra quod cęlū non eſt aliud cęlū. Erit ergo ſenſus, q̄ in principio creauit Deus cęlum, & terram, ideſt, in principio creauit Deus materiā illam confuſam, quæ non fuit ita confuſa etiā in principio ſuę creationis, quia eſſet ibi aliqualis diſtinctio, quia erat ibi diſtinctio cęli & terræ, & erat ibi diſtinctio extremoꝝ, quæ per cęlum empyreum, quod eſt omnino ſurſum. & terrā, quæ eſt omnino deorſum recte intelliguntur, fuit itaq; prima diſtinctio extremorū per cęlum, & terrā ſignificata. Secūda fuit diſtīctio mediorū per tenebras & abyſſi faciem figurata, ut dicamus, q̄ illa prima creatione rerū non ſolum fuit cęlū a terra diſtinctū, quæ ſunt extrema, ſed etiam facies abyſſi fuit diſtincta a tenebris, quæ ſunt media. Facies enim abyſſi, ſiue ipſa abyſſus & tenebrę, ideſt, corpora illa tenebroſa media inter cęlum & terrā ſignificabat. Erat quidē hic ordo, q̄ terra erat omnino deorſum

Alius tex. & ſp̄us domini mouebat ſe, cald. interpretatur, flabat, ſed rectius, inquit Muſterus, ſentiunt, qui dicunt ſp̄ūm ſanctū incubaſſe cō fuſis corporib' celi et terræ ſicut gallina incubat ouis, ut illa calore ſuo calefaciat et animet.

Beda in gl. Strabus.

& ſuper terram erat abyſſus, & ſuper faciē abyſſi, idest, ſuper ſupremum abyſſi erant tenebræ, ideſt, erant corpora tenebroſa, quia adhuc lux non erat creata, ita ꝙ tota illa materia, quæ dicebatur confuſa habebat aliqualem diſtinctionem ſecūdum quatuor partes, quia erat ibi terra, & abyſſus, & tenebræ, & cęlum, ſcilicet, empyreum. Aduertendum tamen, ꝙ tenebræ non ſunt, niſi abſentia lucis, & ideo deridendi ſunt illi, ſicut Beda dixit, qui dixerunt, ꝙ Deus creauit prius tenebras, q̃ lucem. Nam cum tenebræ dicant priuationem quandam, & ipſa priuatio ſecundū ſe non poſſit cadere ſub factione, conſequens eſt, ꝙ tenebræ ſecundum ſe ſub factione non cadent, ſed fecit Deus a principio quædam corpora, quæ nondū erant decorata per lucem, ideo illa corpora dicuntur tenebræ, quia erant tenebroſa propter carentiā lucis. Ad intelligendū autem hanc diſtinctionem mediorum dicemus, ꝙ inter celum empyreū, quod eſt omnino ſurſum, & omnino ſtabile, quia eſt locus beatorū ab omni motu & mutatione ſemotum, & hanc terram, quæ eſt etiam immobilis, & ſtabilis, quia terra in æternū ſtat, ſunt in medio aqua, aer, ignis, & omnes iſti cœli mobiles, per abyſſum ergo poſſumus intelligere aquam, & aerem Nam in primordio aqua non erat ſic ſpiſſa, ut nunc eſt, ſed erat quaſi uaporoſa totū hunc aerem inficiens, ut quaſi aer ſic infectus per aquas totum poſſet dici aqua, ut ex hoc illa duo elemēta nomine abyſſi poſſent ſignificari, & propter hoc terra diceretur inuiſibilis, quia ubi nos habemus, ꝙ terra erat inanis, & uacua, alia litera habet, ꝙ erat inuiſibilis, & incompoſita, inuiſibilis quidem erat, quia propter has nebulas tegentes eam apparere non poterat. Incompoſita autem erat, quia, ut ſupra tetigimus, non erat plantis & arboribus perornata, ipſe enim plantæ, & arbores adhærentes terræ quandam cōpoſitionem faciunt cum terra. De hac autem permixtione aquę cum aere loquitur Strabus ſuper Gene. dicēs, ꝙ in principio elementa erant cōmixta & confuſa, & totum hoc aeris ſpatium erat aquis plenū non quales nunc ſunt, ſed ſicut nebulæ tenues, totus ergo aer erat plenus aquis nebuloſis, & aquæ tunc propter eius raritatem totū huiuſmodi ſpatium occupabant, ut terra uideri non poſſet. Ideo quando dixit Deus congregentur aquæ in locū unum & appareat arida, fuerunt aquæ condenſatæ ſecundū ſuam naturam, & occupauerunt minorē locum, ut poſſint omnes huiuſmodi aquæ recipi in concauitatibus terræ, & ex hoc apparuit arida, ideſt, facta eſt terra uiſibilis, quia & terra fuit tunc diſcooperta aquis, ut poſſet uideri, & aer eſt ita purificatus, ut per ipſum tāq̃ per mediū poſſemus eam uidere.

Not.

Priuatio factiōi nō ſubeſt.

Aqua in principio magis rara et quaſi uaporoſa.

Strabus in gloſa.

In illo itaq; primordio quando aqua per modum cuiuſdam nebulæ erat ſic cõmixta cum aere, illa duo elementa aer & aqua ſic commixta abyſſus poterant nuncupari, quia non erat tunc aer ſic cõmixtus plene receptiuus lucis. Per tenebras uero poſſumus intelligere elemẽtũ ignis, & omnes hos celos mobiles, qui cum eſſent ſic cõmixti nebulis, anteq̃ fuiſſet lux fuiſſent tamen receptiui illius & quia tenebra eſt carentia lucis. Vel tenebra eſt, quod eſt aptum natũ illuminari, ideo per tenebras ignẽ, & hos cęlos mobiles poſſumus intelligere. Erant itaq; extrema terra & cęlum empyreũ, & erant media abyſſus, ideſt, aer immixtus aquis, & tenebræ, ideſt, ignis, & hi cœli mobiles, qui nondum erant illuminati, ſed erant ſuſceptiui lucis. Bene itaq; dictũ eſt, q cum dicitur, in principio creauit Deus cęlum & terrã, denotatur diſtinctio extremorũ, ſed cum ſubditur, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, deſcribitur diſtinctio mediorũ. Aduertendum tamen, q facies eſt ſuprema pars hominis, ideo facies abysſi poteſt intelligi prima pars ipſius aeris ſic cõmixti & nebuloſi, & quia elementum ignis, & hi cęli mobiles collocati ſuper totũ aerem, & ſuper ſupremam partem aeris, ideo bene dictũ eſt, q tenebræ, ideſt, elementum ignis, & hi cœli mobiles, qui erant apti ad illuminandũ, ſed non erant illuminati, ſed adhuc tenebroſi, erant ſuper faciẽ abysſi, quia erant ſuper totum aerem ſic nubiloſum, & per conſequens erant ſuper ſupremam partem aeris, quæ abysſi facies poterat nuncupari. Verum quia non ſufficit diſtinguere extrema abinuicem, & media abinuicem, niſi diſtinguantur media ab extremis, ideo poſtq̃ fuit facta mentio de cœlo & terra tanq̃ de extremis, & de abyſſo, & tenebris tanq̃ de mediis, ſubditur ibi, q ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, ut poſtq̃ diſtinxerat extrema abinuicẽ, quia cęlum a terra, & media abinuicẽ, quia abyſſum a tenebris, diſtinguit media ab extremis in eo, q ſpũs domini ferebatur ſuper aquas. Ad cuius euidentiã ſciendũ, q inter extrema omnia ſunt labilia, ideſt, omnia ſunt mobilia. Motu enim ultimi mobilis, quod a Theologis dictum eſt cęlũ criſtallinum, omnes alii cęli, uidelicet, cęlum ſydereũ, & ſeptem cęli planetarum, & elementũ ignis, & aeris circũuoluuntur cũm ultimo mobili, excepta illa parte aeris, quæ clauditur intra montes quæ ratione montiũ non poteſt ſic circũuolui. Ipſa etiam aqua labitur, & quaſi circũuoluitur, quia redit ad mare ut iterũ fluat. Ipſum etiam mare habet quandam circũuolutionem, quod apparet ex ſuo fluxu, & refluxu. Eſt ergo hæc differentia inter extrema & media, quia extrema, ideſt, cęlum empyreũ, & terra, non ſunt mobilia, nec labilia,

Not.

Not.

Idẽ ſentiunt & phi lo. op. i. 12 meta. Auer. 41. cœlũ mouetur a duplici moto re.

ſed ſtabilia,omnia autem media ſunt labilia,ideſt,mobilia,ipſe etiam aer,qui clauditur inter montes, licet non circũuoluatur motu firmamenti,tamen uentis agitatur & mouetur.Nomine ergo aquarũ poſſumus intelligere omnia media,quæ ſunt inter cęlum empyreũ, & terram,quæ ratione labilitatis,ideſt,mobilitatis aquarũ nomine nuncupantur.Quod,ut magis appareat,aduertendũ,ꝙ labi & ferri &c.talia non competunt Deo ſecundum affectum,ſed ſecundum effectum,ut tunc dicatur ſpiritus domini ferri, & moueri quando facit effectus labiles & mobiles,& quia nomine aquarũ poſſunt intelligi omnia media in eo,ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas quia fecit aquas labiles,& mobiles,quia fecit omnia media labilia & mobilia datur differentia mediorum ab extremis,quia extrema ſunt ſtabilia & immobilia, igitur ſi in ipſo principio in illo primo inſtanti temporum anteq̃ fiat mentio de diebus fuerunt diſtincta extrema abinuicé,quia cęlum a terra,& media abinuicé,quia abyſſus a tenebris,& media ab extremis, quia media erant aquæ labiles,ideſt, erant labilia & mobilia, extrema etiam erant ſtabilia & immobilia, bene dictum eſt, quod in titulo huius capituli dicebatur, ꝙ non ſolum opus creationis, ſed aliqualis imo multiplicis diſtinctionis ante omnem diem dicitur eſſe factum.

Sub appellatiõe aquarũ deſignãtur media omnia que inter terrã mediãt et ẽpyreũ. Nũcsco gnoui,ꝙ times Deum, ſp̃us interpellat pro nobis gentib' ipſũ ſpœ itum feciſſe hominẽ effectũ,in alio dicit nõ affectionẽ in Deo.

Quòd ille triplex diſtinctionis modus, qui ante omnem diem, & ante omne tempus dicitur eſſe factus poteſt multipliciter adaptari. Cap. XIII.

DICEBATVR ſupra in pręcedenti capitulo,ꝙ ante omné diem ſimul cum operæ creationis factum fuit opus aliqualis & etiam multiplicis diſtinctionis ſecundũ quidem Auguſt.ſimul cum operæ creationis factũ fuit opus non perfecte, ſed aliqualis, & multiplicis diſtinctionis, quia ſecundum illam aliqualé diſtinctionem inerat differẽtia,differebãt extrema ab extremis media a mediis, & media ab extremis,quæ tria adaptantur ad illa tria de quibus agitur anteq̃ fiat mẽtio de diebus.Sed poſſumus has differentias aſſignatas reſpectu extremorum,mediorum,& utrorũq; multipliciter aliter adaptare ſecundũ ꝙ tangit titulus præſentis capituli, ſecundũ quam expoſitioné per terram intelligemus elementum terræ ſicut prius, ſed per cęlũ non ſolum intelligemus cęlum empyreum, ſed etiam oés cęlos,itaq; nomine cęli intelligemus a globo lunari ſupra,quod cœlum

quantum ad aliquid factū fuit ſecundum ſpeciem formæ, uidelicet, quantū ad cęlum empyreum ubi poſtq̄ fuit creatum nihil fuit ibi ſecū dum ſe poſtea immutatū. Quantum uero ad alia intelligemus facta ſecundū ſubſtātiam materiæ, quia tam in orbibus planetarū, q̄ etiam in cęlo ſydereo, uel etiā in cęlo criſtallino poteſt dici aliquid immutatum, ut infra patebit. Erit ergo ſecundū hunc modum exponendi terra unum extremū, & cęlum, ideſt, totum cęlum, & omnes cęli a globo lunari ſupra aliud extremū Erit ergo ſenſus, q: in principio temporū, ideſt ante tempora, Deus fecit cęlum, ideſt, a globo lunari ſupra, & terram, ideſt, elementum terræ. Aliter ergo accipitur cęlum hic, q̄ ſupra, ſic etiam aliter accipientur tenebræ hic, q̄ ſupra, quia ſupra per tenebras exponebamus tam elementū ignis, q̄ etiam cęlos, qui ſunt infra cęlum empyreū, ſed nunc per tenebras intelligemus ſolum elementū ignis, qui non erat illuminatus, quia nondum erat facta lux, ſed erat aptus natus illuminari, & ideo tenebrę dici poterant. Vel elementum ignis poteſt dici tenebræ, quia ignis in propria ſphera propter nimiam ſuam raritatem non lucet. Cum enim ſecundum hunc modum exponendi per cœlum intelligamus a globo lunari ſupra, & per abyſſum poſſumus intelligere totum aerem infectum aquis nebuloſis, oportet q: per tenebras intelligamus elementum ignis. Illa ergo quatuor de quibus fit mentio, In principio, uidelicet, cęlum & terra. Abyſſus & tenebræ ſecundum hūc modum, quem incepimus proſequi, ſic poterūt exponi, ut per terram intelligatur elementū terræ, per abyſſum intelligantur duo elementa, aer, & aqua, quæ ideo uno nomine nuncupantur, quia erant ſimul cōmixta, ſed aquæ nebuloſæ ſic erant commixtæ aeri, ut quaſi totū uideretur aqua, & ex hoc ambo illa elementa uocarentur abyſſus, ut expreſſe ſonant gloſæ ſuper Gene. per tenebras uero intelligimus quartū elementum, uidelicet, elementū ignis, per cœlum aūt intelligimus a globo lunari ſupra. Erat ergo terra in infimo, ſuper terrā erat abyſſus, ideſt, erat aqua immixta, ſuper abyſſum erant tenebræ, ideſt, elementum ignis, ſupra tenebras autem erat cœlum, ideſt, erat orbis in quo facta fuit luna cum omnibus orbibus ſuperioribus, quæ omnia cęli nomine poterant nuncupari, per aquas uero labiles, ſupra quas dicebatur ferri ſpiritus domini, intelligebamus omnia media, quæ ſunt inter cœlum empyreū & terram, quia omnia talia ſunt labilia, ideſt, mobilia. Sed nunc per huiuſmodi aquas poſſumus intelligere ipſum elementū aque. a, ut eodem modo accipiantur aquę, cū dicitur, Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, & cum poſtea dicitur

Nomine terræ purum elemẽtū terreū ſignificari pōt, p cœlū uero oēs ſpheræ cœleſtes denotantur.

4. de cœlo Auer. 34. raritas ē in cā, quòd ignis in propꝛia ſphera nō luceat.

Nomine abyſſi duo poſſūt deſignari elementa.

a Sub appellatiōe aque nubes intelliguntur, quæ eodem ſtatu, et in loco unum redacte ſacte ſunt maria.

congregentur aquæ in locum unum & appareat arida. Nam ibi per aquas intelligitur elementum aquæ, quæ prius nebuloſæ inficientes aerem non permittebãt apparere terram, poſtea congregatæ & inſpiſſatæ fecerunt elementum per ſe, & occupauerunt maiorem locum, ita ut arida, ideſt, terra apparere poſſet, ideo poſtea ſubditur, ꝙ congregationes aquarum appellauit maria, conſtat, ꝙ per maria intelligitur ipſa aqua, uel elementum aquæ, ergo ſi accipiuntur ſic aquæ, cum dicitur, ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, ſicut accipiuntur aquæ, cum poſtea ſubditur, cõgregentur aquæ in locum unum &c. per quas intelligemus ipſas aquas, uel elementum aquæ. His itaq; prælibatis dicamus, ꝙ ante ꝙ̃ fiat mentio de diebus, & anteꝙ̃ fieret lux, quę facta eſt prima die de tribus, ideſt de triplici deſtinctione agitur in Gene. uidelicet, de cęlo & terra, quæ erat tunc inuiſibilis, & incompoſita & de tenebris ſuper faciem abyſſi, & de aquis ſuper quas ferebatur ſpiritus domini, itaq; hoc quod dicitur, In principio, ad omnia hæc debet referri, & erit ſenſus, ꝙ in principio, ideſt, in huiuſmodi inſtanti, ante omne tempus, ante omnem diem, Deus fecit cęlum & terram quæ terra tũc erat inuiſibilis & incompoſita. Et in illo eodem inſtanti, ſiue in illo eodem principio, tenebrę erant ſuper faciem abyſſi, itaq; in illo primo inſtanti non ſolum fuerunt producta cęlum & terra, ſed etiam abyſſus, & tenebræ, & in illo iam eodem inſtanti ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quia produxerat etiam aquas, quę erant de ſe labiles & mobiles, ergo in uno & eodem inſtanti in uno & eodem principio & primordio temporum Deus fecit terram, & cęlum, fecit aquas, fecit abyſſum, ideſt fecit aquam immixtam aeri per modum cuiusdam nebulę, quæ ambo ſic permixta poterant uocari abyſſus, & fecit etiam tenebras, ideſt, ignis elementum, fuerunt enim hæc omnia ſimul facta, quę non poterunt eſſe ſimul dicta, potuit enim Deus hæc omnia ſimul facere quę nõ potuit famulus ſuus Moyſes ſic dicere. Aduertendum quidem, ꝙ exponendo per cœlum, ut nunc expoſitum eſt, a globo lunari ſupra oportet, ꝙ per tenebras ĩtelligatur ſolum elemẽtum ignis, nam per tenebras non poterat intelligi cœlum de quo iam eſt facta mẽtio, Intelligetur ergo per tenebras aliquod elementum, uel aliqua elementa, quia tenebra nõ eſt per ſe aliquid exiſtens. nam cum tenebra ſit priuatio, & priuatio ſit negatio in ſubiecto, ut dicitur in. 4. Meta. oportet, ꝙ intelligamus aliquid ſubiici tenebris, & per tenebras oportet intelligere ſubiectum aliquod tenebroſum, quod tũc in primordio de nullo elemento aliquo uerificari poterat, ꝙ̃ de igne, nam tenebra opponitur

Quæ ſimul Deus facere potuit, nõ ualuit Moſes ſimul exprimere.

Tex cõ. 4

Tenebræ ſubiectum ſignificat tenebroſũ

tur luci, & oppoſita ſunt apta nata fieri circa idem, ergo erit tenebra, uel erit ſubiectũ tenebroſum, quod poteſt eſſe luciduũ, & quod poteſt eſſe ſubiectum lucis, hoc a utē non eſt terra, quæ in ſe & in ſuo profundo non illuminatur, ſed illuminatur ſolum in ſuperficie quatenus perfunditur aere luminoſo, non etiam in primordio aqua, uel aer poterant dici hoc modo tenebræ, quia aer tunc in primordio erat ſic permixtus nebulis, & erat ſic groſſus & ſpiſſus, ut in ſui profundo lucē non poſſet ſuſcipere, & ex hoc illa duo elementa ſic permixta propter ſui confuſionē uocabantur abyſſus, ergo ſolum elementum ignis per tenebras dabatur intelligi, quia ignis etiā tunc in primordio erat ſuſceptiuus lucis, ſed quia nondũ lux facta erat, poterat per tenebras nuncupari. In principio igitur erat triplex modus diſtinctionis, quia cęlũ diſtinguebatur a terra, aquæ labiles ſuper quas ferebatur ſpiritus domini, diſtinguebantur etiam a terra, & tenebræ, quæ erant ſuper faciē abyſſi diſtinguebantur ab abyſſo. Ex his autem dictis poſſemus accipere triplicē diſtinctionis modũ præter ea quæ ſunt ſuperius aſſignata, ut per cęlum diſtinctũ a terra accipiatur diſtinctio per materiam per aquas labiles, uel, quod idē eſt, per aquas ſuper quas ferebatur ſpiritus domini diſtinctus etiā a terra, quæ de ſe non eſt mobilis nec labilis, ſed ſtabilis accipiatur diſtinctio ſecundũ formam, per tenebras exiſtentes ſuper faciē abyſſi diſtinctas ab abyſſo accipiatur diſtinctio ſecundũ accidentia ſequentia formam, uel materiam. Vel per cęlum diſtinctũ a terra accipiatur diſtinctio ſecundum genus, per aquas diſtinctas a terra accipiatur diſtinctio ſecundum ſpeciem; per tenebras exiſtentes ſuper faciē abyſſi accipiatur diſtinctio ſecundum accidentia quæ ſequuntur & formam generis, & formam ſpeciei. Vel ſecundum cęlum diſtinctũ a terra accipiatur diſtinctio ſecũdum totam eſſentiā, per aquas diſtinctas a terra accipiatur diſtinctio ſecundum partē eſſentiæ, per tenebras ſuper faciē abyſſi accipiatur diſtinctio per accidētia, quæ non ſunt eſſentia, nec pars eſſentiæ. Propter primum ſciēdum, ꝙ eo quod dicitur, In principio creauit Deus cęlũ & terram datur intelligi, ꝙ in ipſo primordio in ipſa prima rerũ creatione fuit diſtinctio cęli & terræ, quæ diſtinctio poteſt dici ſecundũ materiam, nam cęlum differt a terra ſecundũ materiam, non ſecundum materiam quantum ad nudam eſſentiam, quia ſic eſt una omnium habentiũ eam, ſed differt ſecundũ materiam, prout comparatur ad formam quia materia cœli ſub alia ratione ſuſcipit formam, nam ſuſcipit eam cōplentem totum appetitũ eius, ſed materia terræ nõ ſuſcipit formam, qua compleatur

Ex rerum diſtinctõe facta in principio diſtinct o. põt accipi penes materiã, formã et accidentia, cõſequentia utranque. Diſtinguũtur res tota eſſentia parte eſſentiæ, & numeraliter.

totus appetitus ipſius materiæ. Verum quia etiam in ipſo principio ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quod non eſt intelligendum quantum ad ipſum ſpiritum, q ſecundum ſe poſſit ei competere motus, nec q poſſit ferri, ſed hoc eſt intelligendum ſecundum ſuum effectum, ut hoc modo ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas; q produxit aquas, quæ erãt aptę natę ferri & que erãt de ſe labiles, ergo in illo primordio, ideſt, in illo principio ante oẽm diẽ non ſolũ uit diſtinctio celi a terra, quæ poteſt dici diſtinctio ſecundũ materiam, ſed etiã fuit diſtinctio aquarũ a terra, quæ poteſt dici diſtinctio ſecundũ formam. Aquæ enim non differũt a terra, nec quantũ ad materiam ſecundũ ſe, quia hoc mõdo eſt una omniũ habentiũ eam, ſed nec ẽt differt quantum ad materiam ſecundũ rationem ſuſcipiendi formam, quia ſub eadem rõne ſuſcipit formam materia aquæ & terræ, differt tamẽ hec ab illa ſecundũ illam formam, quia non eſt eadẽ forma aquę & terrę. Sic ẽt dicere poſſumus, q in illo primordio, ideſt, in illo principio ante omnem diẽ, tenebræ, ideſt, ignis, erant ſuper faciẽ abyſſi, ideſt, ſuper illũ aerẽ nebuloſum, & immixtum aquis, qui totus ſic obſcurus, ſic aquoſus poterat dici abyſſus. In quibus uerbis notare poſſumus differẽtiã ſecundũ accidentia ſequentia materiam & formam, & de duobus ac-
4. phyſic. text. com. 8. & 5. cidentibus quaſi ſit hic mẽtio, uidelicet, de ſitu qui cõpetit rei ſecundũ ſuam quantitatem, nam res eſt in loco per ſuam quantitatem, & hmõi ſitus notatur cũ dicitur, q tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, nam ſuper & ſubtus differentias loci ſignificant, & etiam aliqualiter ſit ibi mẽtio de ipſa qualitate per hoc, q ſit ibi mẽtio de abyſſo, quæ quid denſum nominat, & rarũ & denſum qualitatem nominant. Hæc autẽ duo, uidelicet, quantitas ſecundũ quam accipitur ſitus, & qualitas cuius ſpecies ſunt rarũ & denſum ſecundũ quandam generalẽ rationem poſſumus adaptare ad materiam & formam, quia quantitas magis eſt accidens ſequens materiam, & qualitas accidens ſequens formam, ſecundum tamen ſpecialẽ rationem poſſumus facere adaptationẽ econuerſo, & adaptare ſitus ſecũdũ formam & denſitatem ad materiã, ut per hoc q tenebrę erant ſuper faciẽ abyſſi, intelligimus accidentia ſequentia formam, nam q res habeat locũ ſuperiorem, & impleat magnum
4. de cœlo. tex. com. 9 & 10. locum hoc cõpetit ei ratione formæ, iuxta illud philoſophi, q generãs quantũ dat rei de forma tantum dat ei de loco, quia ſemper elemẽta magis formalia implent maiorẽ locum & ſuperiorem locũ, ut ex uno pugillo aquæ fiunt decẽ pugilli aeris, iplebit igitur & occupabit decẽ pugillos, & ſub forma ignis centũ pugillos, ergo per tenebras ſemper

poſſumus intelligere differentiam localē ſequentem formam, ſed per hoc ꝙ erant ſuper abyſſum, ideſt, ſuper rē denſam, poſſumus intelligere accidens, uel differētiam accidentalē ſequentē materiam, nam licet tota qualitas ſecundū quandam rōnem generalē dicatur accidens ſequens formam, ſecundū tamen quandam rōnem ſpecialē pōt dici accidens ſequēs materiam, nam inter ipſas qualitates ſunt aliquę magis formales, & illę quę ſunt minus formales, ꝑut ſpāliter cōparantur ad alias poſſunt dici materiales, & ex hoc rarū & denſum dictæ ſunt differentiæ materiales. & adhuc denſum magis ſe tenet ex parte materię, q̄ rarum, bene itaque dictum eſt, ꝙ ſicut per cœlum differre a terra accipitur differentia ſecundum materiam per aquas differētes a terra accipitur differētia ſecūdū formam, ſic ꝑ tenebras ēe ſup abyſſum accipitur differētia per accidētia ſequētia formam & materiam, ut per eſſe ſup accipiatur accidēs ſequēs formam, & ꝑ eſſe abyſſum. i. ꝑ eſſe dēſum accipiatur accidēs ſequēs materiam. Ergo bene dictū eſt, ꝙ præter differētias aſſignatas in p̄ced. cap. ubi per celū differēs a terra accipiebatur differētia extremorū, per tenebras eſſe ſuꝑ abyſſum differentia mediorū per ſpūm ferri ſuper aquas. i. per eſſe aquas labiles inter celū & terram accipiebatur differentia mediorū ad extrema, ꝑter. n. illas differētias ſuperius aſſignatas poſſunt heę differētiæ, ut patet per hoc capitulū aliter aſſignari. Rurſus poſſumus adhuc aliter has differentias tangere, ut dicamus, ꝙ per celum differre a terra accipiebatur differētia ſecundū genus, per aquas differre a terra differentia ſecūdū ſpeciē, per tenebras eſſe ſuper abyſſum differentia ſecundū accidentia ſequētia genus & ſpēm. Ad cuius euidētiam ſciendū, ꝙ materia in faciendo differētiam ſemper tenet extremū, nam cum differētia ſecundū ſpēm ſit media inter differētiam ſecundū genus, & ſecundū numerū, materia nunq̄ faciet differentiam mediam, quia nunq̄ faciet differentiam ſecūdū ſpēm, quia tūc illa differētia non eſſet materialis, ſed ſpecifica, materia itaq; uel faciet differētiam ſecundū genus, uel faciet differētiā ſecūdū numerū, ideo uult philoſophus in Meta. ſua, ꝙ genus ſe tenet ex pte materię, & ꝙ unitas generis ēq̄ſi unitas materię, ſcdm quēmodū loquēdi differre ſcdm materiam eſt differre ſcdm genus, & tamen cōiter dicimus, ꝙ differre ſcdm numerū eſt differre per materiā. Vnde & idē philoſophus ait, ꝙ aliqd ſit unū ſpē, & plura numero multam hēt materiam. Innuēs ꝙ differentia ſcdm numerū eſt differentia accidentalis materialis. Dicamus ergo ꝙ ſi ex ipſa materia ſit differentia, uel hoc erit, q̄a ſub alia rōne ſuſcipit formam, & hoc modo differt

Qualitas in genere formā ſequitur in particulari interdū materiam.

Triplex differētia, formalis, materialis & accidentalis.

Differētia extremi ad extremū, et extremi ad medium.

Not.

10. Meta. tex. cō. 24.

12. Meta. tex. cō. 49

Q̄uo differentia generica fit

materia-lis, & differētia numeralis ēt materialis appelletur, & differat hec ab illa.

4. Tex. cō. ulti.

Forma ſpeciei & generis eadem.

materiā cęli a materia terræ, & hęc differentia materialis, quæ eſt per aliam rationem ſuſcipiendi formam ſemper facit differentiam ſecūdum genus, ideo dicitur in. 10. Met. a ꝙ corruptibile, & incorruptibile differunt genere, quia materia rei incorruptibilis ſub alia ratione ſuſcipit formam, quia ſuſcipit eam ſub ratione cōplente totum appetitū, ꝗ materia rei corruptibilis ubi non cōpletur totus appetitus materię, ergo ſi ſit differentia materialis propter aliam ratiōe recipiendi formā facit differentiam ſecundū genus, ſed ſi ſit huiuſmodi differentia non propter aliam rationē, ſed propter materiæ extenſionem, ut quia materia eſt extēſa, & in diuerſis partibus materiæ etiam ſecundū eandem ſpeciē poſſunt ſuſcipi diuerſæ formę, talis differentia materiæ facit differētiam ſecundū numerum, ergo per cęlum differre a terra ubi eſt differentia per materiam ſecundum aliam rationē ſuſcipiendi formā eſt differentia ſecundū genus, ſed per aquas differre a terra ubi non eſt differentia ſecundū materiam, ſed ſecundum ipſam formam eſt differentia ſecundūm ſpeciē. Sed per tenebras eſſe ſuper abyſſum, ideſt, ſuper rem denſam, poſſumus intelligere differentiā per accidentia quæ ſequuntur formam ſubſtantialē, uidelicet, formam generis & ſpeciei, nō ꝙ in uno & eodem ſit alia forma generis alia ſpeciei, quia tunc genus non prædicaretur eſſentialiter de ſpecie, ſed eſt una & eadē forma ſecundum aliam & aliam rationē ſumpta, Poſſumus autem adhuc & aliter has differentias adaptare, ut dicamus, ꝙ cœlū differt a terra ſecundum totam eſſentiam, aqua autē differt a terra ſecundum partem eſſentiæ, ſed differre per eſſe ſuper, & per eſſe denſum, ſicut & tenebræ dicuntur eſſe ſuper, & abyſſus dicitur eſſe denſa, eſt differre per accidentia, quæ nec ſunt eſſentia, nec pars eſſentiæ, cęlū enim differt a terra ſecundum totam eſſentiam, ideo cœlum eſt dictum quinta eſſentia, ut ſint quatuor eſſentiæ, quatuor elementorū, & cœlum non ſit de eſſentia alicuius elemēti, ſed faciat quintam eſſentiam per ſe, quia ſecundum totam eſſentiam differt a quolibet elemento. Dicemus enim, ꝙ materia pertinet ad eſſentiā rei, ut cōparatur ad formam, & quia ſub alia ratione materia cęli ſuſcipit formam, ꝗ materia terræ, oportet, ꝙ celum differat a terra ſecundū materiam, prout materia pertinet ad eſſentiam rei, & prout materia cōparatur ad formam, & ſi diſtat hoc modo cęlum a terra per materiam, prout materia comparatur ad formam, multo magis differt ſecundū ipſam formam, ergo differt ſecundum totam eſſentiam, ſecūdū materiam, & etiam formam, ſed aquæ non differūt a terra ſecundū materiam, cum una ſit materia omnium

habentium adinuicem tranſmutationem,ſed differunt ſecundum for mam,ergo ſecundũ hunc modum loquendi accipere differentiam per cęlum differre a terra eſt accipere differentiam ſecundũ totam eſſentiam,ſed accipere differentiam per eſſe ſuper,& eſſe denſum,ſicut dicimus,ꝙ tenebræ erant ſuper abyſſum,quæ eſt quid denſum,eſt accipere differentia per accidentia,quæ,ut patet, nec ſunt eſſentia, nec pars eſſentiæ.

Quod accipiendo firmamentum pro cęlo ſydereo ſecundum commu nem ſanctorum ſententiam, ſicut ante omnem diem factum eſt opus creationis, & aliqualis etiam multiplicis diſtinctionis, ſic in primis tribus diebus factum eſt opus perfecte diſtinctionis. Cap. XIIII.

EST enim per habita manifeſtum,ꝙ ante omnem diem ſimul cum opere creationis ſecundum cõmunem ſanctorum ſententiam factum eſt opus multiplicis diſtinctionis,quia cęli a terra, aquarum a terra,tenebrarum ab abyſſo. Sed iſta multiplex diſtinctio erat aliqualis,nõ erat perfecta,quia res in ſui primordio,ut ſancti communiter ſentiunt,fuerũt diſtinctæ aliqualiter,non perfecte,ideo in hoc capitulo uolumus oſtendere,ꝙ in primis tribus diebus res fuerũt perfecte diſtinctæ,& in aliis tribus diebus ſequentibus fuerunt ornatę,ita ꝙ res ante omnẽ diem fuerunt creatæ.& aliqualiter diſtinctæ,per tres primos dies fuerunt perfecte diſtinctæ,per alios tres dies ſequentes ornatæ.In ſeptimo autẽ die,quia erant res iam creatæ perfecte diſtinctę & ornatæ,dicitur autẽ requieuiſſe ab omni opere, quod patrarat. Verum quia tres primi dies, qui appoſiti fuerunt in rerũ perfecta diſtinctione aliter ſunt accipiendi,prout pro firmamento accipitur celũ ſydereum,& aliter prout pro firmamento accipitur mediũ interſtitium aeris,ideo in hoc capitulo loquemur de his tribus diebus accipiendo pro firmamento cęlum ſydereũ.Ad cuius euidentiam ſciẽdum,ꝙ uniuerſum diſtinguo in duas partes principales,in ſubſtantias ſpirituales & corporales.Rurſus ſubſtantiæ corporales diuiduntur in corpora ſupercęleſtia,quæ ſunt incorruptibilia,& hæc elementa,quæ ſunt corruptibilia.Tres ergo ſunt partes uniuerſi, ſubſtantiæ ſpirituales,ſubſtantiæ corporales cœleſtes, & ſubſtantiæ elementales, mixta autem ſunt elemẽtata,quæ ſunt cõpoſita ex elementis ſub eodem gradu poni poſ ſunt cum ipſis elementis,hæ autẽ tres partes uniuerſi ſic ſunt conexæ,

Entia primo creata ſecundo diſtincta tertio ornata

Not. Vniuerſi diſtinctio.

quia intelligentiæ, ſiue angeli ſunt ſubſtantiæ ſpũales & incorporales, hæc aũt elementa ſunt corporalia, & corruptibilia, itaq; ſunt quaſi omnino ſemota & ſeparata ab intelligẽtiis, quia nec in corporeitate, cũ illæ ſint incorporeæ, nec in perpetuitate, cum elementa ſint corruptibilia conueniunt, ideo oportuit dare corpora cœleſtia media, quæ ſunt corporea & perpetua, quæ quantũ ad corporeitatem conueniũt cum elementis, quantum ad perpetuitatem cum intelligentiis, itaq; non tranſitur de extremo in extremũ ſine medio, nam a rebus ſpũalibus & perpetuis cuiuſmodi ſunt intelligentiæ ad res corporales, & corruptibiles cuiuſmodi ſunt hæc elemẽta tranſitur per res medias, uidelicet, per corpora ſupercęleſtia, quę ſunt res corporales & perpetuę cõnectẽtes extrema & cõuenientes cũ extremis. Vtrum aũt corporeitas accipiatur ęquiuoce hic & ibi, qa nihil uidetur eſſe uniuoce ſumptum in corporibus ſupercęleſtibus, & in iſtis inferioribus, nõ eſt pſentis ſpeculationis. Sufficit enim quantũ ad præſens ſpectat, ꝙ illa ſupercęleſtia ſunt uere corporea, & uere extenſa ſicut & hæc elemẽta ad hoc, ꝙ dicantur conuenire cum eis. His itaq; plibatis dicamus, ꝙ cum ab ipſo primordio tres fuerint partes uniuerſi principales, uidelicet, ipſa ſpũalia, corpora ſupercęleſtia & elemẽta, dicere poſſumus, ꝙ tres dies fuerunt appoſiti in diſtinctione rerũ quia primo die fuerunt diſtincta etiam ſpiritualia quando dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, & quando diſtinxit lucem a tenebris, ideſt, ſubſtantias ſpirituales bonas, ſiue angelos bonos, qui ſignificantur per lucẽ ab angelis malis, qui ſignificantur per tenebras, & factum eſt ueſpere & mane dies unus. Secunda die fuerunt diſtincta corpora ſupercęleſtia quando dixit Deus fiat firmamẽtum, ideſt, fiat cęlum ſydereum, ſecundum unum modũ exponendi, quẽ nunc proſequimur. In medio aquarũ, ideſt, in medio cęlorum, & diuidat aquas ab aquis, ideſt, diuidat cęlum criſtallinũ, quod eſt ſupra cęlum ſydereum ab aliis cęlis, qui ſunt ſub cęlo ſydereo, cuiuſmodi ſunt cœli ſeptẽ planetarũ, ideo ſequitur in litera, ꝙ fecit Deus firmamentũ, ideſt, cęlũ criſtallinũ, quod philoſophi uocant ultimum mobile, ab his, ideſt, ab aquis, quæ erant ſub firmamento, ideſt, a cœlis ſeptẽ planetarũ. Vnde Hugo in lib. 1. de ſacramentis. Per aquas ſub firmamento intelligit cęlum, & per aquas ſupra firmamentũ intelligit etiam cęlum. Nam ſecundum eum a principio non erat niſi cęlum, ſed quando dixit Deus fiat firmamentũ in medio aquarum, tunc factum eſt cęlũ inter cęlum & cęlũ, quia factum eſt cęlum ſydereum inter cęlum criſtallinum, & cęlum ſeptem planetarũ, quod cęlum diuiditur in ſeptem orbes iuxta

Ariſto. 9. de natura animaliũ.

Tres uniuerſi partes principales ab initio.

In primo die diſtinctæ ſunt ſpirituales ſubſtãtiæ.

In ſecũda die diſtincta ſunt corpora cœleſtia.

par. 1. c. 2.

ſeptem planetas,& tunc factũ eſt cęlum inter aquas & aquas, quia cę
lum criſtallinũ poteſt uocari aqua propter ſuam dyaphaneitatē,& pp
ſuam mobilitatē,& labilitatem,& ēt cœli ſeptem planetarũ poſſunt
uocari aquæ,ppter ſuam dyaphaneitatē,quia dyaphani ſunt,& etiam
propter ſuam mobilitatē & labilitatem, quia ſunt in continuo motu,
quare ſi cęlũ criſtallinum poteſt dici aqua, & cęli ſeptē planetarũ poſ
ſunt dici aquæ,cum firmamentũ,ideſt,cęlum ſydereũ ſit mediũ inter
cęlũ criſtallinum,& celos planetarum,cõſequens eſt q̃ ſit mediũ inter
aquas & aquas,& q̃ diuidat aquas ab aqs.& factũ eſt ueſpere & ma
ne dies ſecũdus. Tertio quidē die facta eſt diſtinctio elementorũ, quan Tertia die
do dixit Deus,Congregentur aquæ,quæ ſub celo ſunt in locũ unum, facta ē ele
& appareat arida,& factũ eſt ita. Ad cuius euidentiam ſciendũ,q̃ ſecũ mentorum
dum Hugonē in.1.parte de ſacramentis,uidetur ſentire q̃ tria elemē diſtinctio.
ta erant commixta,uidelicet,aqua,aer,& ignis, quia aqua non erat ſic Not.
groſſa,ut nunc eſt,ſed quaſi rara uaporalis,& nebuloſa,ita ſic faciat aerē Vbi ſupra
& ignē,ut omnia illa tria elementa eſſent cõmixta,& uocarentur abyſ
ſus.Hoc eſt ergo quod dicit Hugo lib.1.q̃ erat itaq; terræ elementum 1.par.c.7.
in medio,& ſubdit,q̃ circũquaq; in modum cuiuſdam nebulæ inuolu
tum erat elementũ terræ ut apparere non poſſet,& ſubdit,q̃ illa tria
elementa,uidelicet,aqua,aer,& ignis,in una adhuc confuſione permi
xta ſiue potius in una remixtione confuſa uſq; ad cœli limitē in illa
nebula,& caligine replebatur. Totum ergo ſpatium, quod eſt inter ce
lum & terram ubi nunc ſunt tria elementa erat quædam caligo nebu
loſa,quæ abyſſus dici poterat,ideo cogebatur ponere Hugo,q̃ ut pa
tet in cap.præaſſignato,per tenebras ſuper faciem abyſſi,intelligere
tur cęlum nam cum omnia illa tria elemēta eſſent ſic nebuloſa,& ſic
extrema non erant ſuſceptiua lucis. Nullum ergo dictorum elemento
rum poterat dici tenebra,cum lux & tenebra ſint apta nata fieri circa
idem,& nullũ dictorum elementorum ſic nebuloſum exiſtens ſit ſu
ſceptiuũ lucis Sed melius eſt,ut per tenebras ſuper faciē abyſſi intelli
gamus elementũ ignis,& per celũ quicquid eſt a globo lunari ſupra.
Si ergo in principio Gene.ſit mentio de celo & terra de abyſſo,& tene
bris,ſicut per abyſſum & tenebras nõ intelligitur terra quia iam facta
erat mentio de terra,ita per abyſſum & tenebras non intelligetur cœ
lum,qa iam facta erat mentio de cęlo. Si enim per cęlũ uellemus in
telligere celũ empyreum,tũc per tenebras poſſumus intelligere alios
celos,ſed ſi per celũ uolumus intelligere oẽ corpus perpetuũ,& totũ
illud quod pertinet ad quintã eſſentiam,quẽ modũ nõ proſequimur,

&etiã Hugó proſequitur tunc per tenebras non intelligetur cęlum, ſed intelligatur elementum ignis quantum ad illam partẽ in qua nõ erat pmixtus nebula. Dicemus enim, ꝙ imaginatio Hugonis non eſt intelligenda, nec poteſt intelligi quantũ ad totum elementum ignis, quia ignis de ſe non patitur peregrinam impreſſionẽ, uel ſaltem non patitur contrariam impreſſionẽ, quia poſſet infrigidari, nec poſſet permiſceri aqua, quin extingueretur ignis. Et ſi dicatur, ꝙ aquæ illæ erant raræ dicemus, ꝙ rarius eſt elementũ ignis, & ꝙ omnino contraria admiſceantur ſine corruptione alterius, non uidetur probabile admiſceri;

Elementa cũ qualitate conuenientia poſſunt admiſceri.

itaq; aquam cũ aere, non eſt inconueniens, cum utrunq; ſit humidum, & humiditatẽ participet, & admiſceri aerem cum igne non uidetur inconueniens, quia utrunq; calidum, & in caliditate cõmunicant, ſed admiſceri aquam cũ igne uidetur omnino inconueniens, cum in nulla qualitate concordent, tanta autẽ eſſet ibi actio, & paſſio, ꝙ alterum corrumperetur, uel corrũperetur utrunq;, & reſultaret tertium, quod in illo primodio non ponimus.

Elementa in principio erant ſecundum ſubſtantiã diſtincta quãuis percipi non poſſent.

Dicimus quidẽ in illo primordio, ꝙ diſtincta erant elementa ſecundũ ſuam ſubſtantiam, quia elemẽtum terræ habebat ſuam ſubſtantiam diſtinctam ab aliis, licet uideri non poſſet & aqua habebat ſuam ſubſtantiam diſtinctam ab aere, licet eſſet permixta aeri ſicut & nunc permiſcetur, cum eleuantur uapores, & nebulæ, per quam eleuatione non tollitur ſubſtantia aeris, licet ſit permixta uaporibus nebuloſis. Ignis etiam habebat ſuam ſubſtantiam diſtinctam ab aliis elementis, ꝙ permiſceri non poterant aquis ſine corruptione alterius elementi, uel utriusq; nam ſi aqua groſſa & denſa non compatitur ſecum ignem denſum & groſſum, cuiuſmodi eſt ignis carbo, uel ignis flamma, nec aqua quantumcunq; uaporoſa non compatitur ſecum ignem rarum cuiuſmodi eſt ignis elementum, uel ignis in ſphera ſua. Reuertamur ergo ad propoſitum, et dicamus, ꝙ in illo primordio totus aer erat permixtus nebulis, ut uidentur ſonare dicta ſanctorum Poſſumus etiam dicere, ꝙ cum etiam nunc aer quantum ad aliquam partẽ ſit permixtus igni, quia ubi coniunguntur aer & ignis nec eſt aer ibi purus, nec ignis purus, ſic dicere poſſumus, ut ſaluentur ea quæ ſonare uidentur dicta ſanctorum, ꝙ quantum ad illam partẽ, quæ erat mixta aeri ignis erat permixtus nebulis non ratione ſui, ſed ratione elementi aeris participabat, & ꝙ huiuſmodi conuenientiam cum aquis, inficiebat ergo aquæ totum elemeutum aeris, & inficiebãt illam partem ignis, quæ erat permixta aeri ubi non erat ignis purus, ſed erat aer multum calefactus, quia ratione alicuius humiditatis,

quia

quia nō erat omnino ſiccus compatiebatur ſecum admixtionē aquæ. Cum ergo dixit Deus, Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida, tunc illæ aquæ nebuloſæ, & raræ congregatæ, & factæ denſæ occupauerunt paruum locum, & receptæ fuerūt in concauitatibus terræ ubi nunc eſt mare, uel ubi ſunt flumina, quæ omnia intrant mare. Aqua ergo ſic congregata tria bona fecit, quia purificauit totū aerē, & purificauit illam partem ignis, quę erat infecta aere, & diſcooperuit terram non totam, ſed quantum ad aliquam partem, quæ ſufficeret habitationi hominum & animalium, quo facto fuerūt omnia elementa diſtincta, quia terra apparuit uiſibilis, & diſtincta ab aliis, aer etiam fuit diſtinctus & ſeparatus ab aquis, ut non eſſet ſic infectus, ut prius erat. Illa ergo pars ignis, quæ erat immixta aeri, & adhuc eſt immixta propter coniunctionem, quam habet cum aere nō fuit ulterius admixta nebulis, & ſic factum eſt ueſpere & mane dies tertius, ut in primis tribus diebus omnia eſſent perfecte diſtincta ſicut & modo ſunt. Accipiendo ergo pro firmamento cęlum ſydereum dicemus, ꝙ prima die facta fuit diſtinctio Angelorum, cum diuiſa fuit lux a tenebris, idest, Angeli boni a malis, & factum fuit ueſpere & mane dies unus, ideſt, dies primus Secunda die fuit facta diſtinctio cœlorum quando fuit factum firmamentum inter aquas & aquas, ideſt, factum fuit cęlum ſydereum inter cęlum criſtallinum & celos planetarum, & factum fuit ueſpere & mane dies ſecundus. Tertia autem die facta fuit diſtinctio elementorum quando congregatæ ſunt aquæ in locum unum, & apparuit arida, & etiam apparuerunt omnia elemēta diſtincta, ut eſt per habita manifeſtum Et factum fuit ueſpere & mane dies tertius. Sed de his omnibus in ſequēti capitulo pertractabimus, ubi ſi qua ſunt hic obmiſſa, ibi plenius reſeruentur. Ex his autem apparere poteſt, ꝙ cum in principio Gene fiat mētio de cęlo, terra, de tenebris, & abyſſo, ſicut diſtincte iſta quatuor nominantur, ita oportet, ꝙ diſtincte iſta quatuor accipiantur, ita ꝙ terra poterit accipi pro elemento, ſcilicet, terræ, et ſi cęlum accipiatur pro toto eo, quod eſt de quinta eſſentia, accipietur tunc pro abyſſo totum elementum aeris immixtum aquis, etiam illa modica pars ignis immixta aeri, quæ poterat eſſe nebuloſa, pro tenebris, ergo accipietur totum reliquum elementum ignis, quod non erat ſic nebuloſum, & quod poterat eſſe ſuſceptiuum lucis, quod propter abſentiam lucis, quia nondum lux creata erat, poterat tenebræ nuncupari, ut in præcedenti capitulo dicebatur.

Aquarum congregatio in principio tria attulit bona.

Quod ſi pro firmamento accipiatur medium interſtitium aeris, ſal uare poterimus, ꝙ etiam primis tribus diebus perfecta rerum diſtinctio facta fuit. Cap. XV.

QVONIAM in prima creatione rerū tres fuerunt partes uniuerſi principales, uidelicet, entia ſpiritualia, ſiue angeli, corpora ſupercęleſtia, & elementa, ſecundū quæ tria in tribus diebus perfecta rerum diſtinctio dicitur eſſe facta; ut in præcedenti capitulo tangebatur. Ideo eſt diligenter aduertendum, ꝙ illa tria, uel diſtinctio illorum trium poteſt aliter & aliter accipi, ſicut firmamentū aliter & aliter ſumi poteſt, quia ſi pro firmamento accipiatur cęlū ſydereum tunc primam diē uendicant ſibi diſtinctio angelorum, ſecundam cęlorum, tertiam elementorū, ut eſt per habita manifeſtum, ſed ſi pro firmamēto accipiatur mediū interſtitium aeris, tunc omnia perpetua, uidelicet tam angeli, ꝙ cęli fuerūt diſtincta prima die, quo poſito uno, & eodem die non fuerunt diſtincta omnia elementa, ſecundum quem modum exponendi dicemus, ꝙ primo die fuerunt diſtincti angeli, & cęli, ſecundo die fuerunt diſtincta elementa ſuperiora, ſed die tertio fuerunt diſtincta elementa inferiora. Et ſi uolumus diſtinctionem referre ad ornatum, iſta expoſitio ſatis concordat literæ Gene. Nam ille ſenarius dierum in quo res ſunt diſtinctæ ſic eſt accipiendus, quia ille ſenarius dierum habuit duos ternarios, in primo ternario, ſiue in primis tribus diebus res fuerunt diſtinctæ, ſed in alio ternario, ſiue in aliis tribus diebus fuerunt res ornatæ. Primus itaque ternarius reſpicit rerum diſtinctionem, ſecundus rerum ornatum & decorem, ſed in primo die ſecundi ternarii fuerunt ornati cœli. In aliis autem duobus diebus ſequentibus fuerunt ornata elementa, pari itaque modo per quandam congruentiam dicere poſſumus, ꝙ ſicut in primo die ſecundi ternarii fuerunt cęli ornati, & aliis duobus diebus fuerunt ornata elementa, ſic in primo die primi ternarii fuerunt diſtincti cęli & in aliis duobus diebus fuerunt diſtincta elementa. Hoc ergo ordine procedemus in hoc capitulo, quia primo oſtendemus quomodo fuit facta diſtinctio angelorum, ſecundo quomodo cęlorum, tertio quomodo elementorum, quarto quomodo firmamentum poteſt ſumi pro cęlo ſydereo, & pro medio interſtitio aeris, quinto & ultimo declarabimus quomodo aliter & aliter accipiendo firmamentum aliter & aliter ad tres primas dies eſt rerum diſtinctio adaptanda. Propter primum ſciendum, ꝙ Moyſes, ut ſancti tradūt, rudi populo loquebatur,

No.

Duplex primorum dierū ternarius.

unde & Auguſt. 1. ſuper Gene. uult, ꝙ ſic loquatur Moyſes, quia loquebatur hominibus tardioribus, erant enim illi homines, quibus loquebatur Moyſes tardi & groſſi ingenii, & inde dicere poſſumus, ꝙ in principio Gene. ubi agitur de productione & diſtinctione rerum nulla fit mentio de creatura ſpirituali quomodo ſit condita, & quomodo ſit diſtincta, quia hoc ille populus rudis nō potuiſſet capere, quia non potuiſſet tranſcendere imaginationem ſub qua ſpiritualis creatura non cadit, ideo ſub nomine rerum corporalium, ut ſub conditione cæli intelligitur condita ſpiritualis creatura, ſic ſub diſtinctione rerum corporalium, ut ſub diſtinctione lucis, & tenebrarū intelligitur fuiſſe diſtinctam ſpiritualem creaturam. Vnde cum dicitur, ꝙ in principio creauit Deus cęlum & terram, ibi ponit Strabus, ꝙ illud cęlum in principio creatum non eſt cęlum uiſibile firmamentum, ſed empyreum, uel intellectuale, quod non ab ardore, ſed a ſplendore igneū dicitur, quod ſtatim repletum eſt angelis, iuxta illud Iob. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina. Illud enim cęlum habet pro ornamento hæc aſtra uiſibilia, ſed illud cęlum empyreum habet pro ornamento aſtra matutina, quæ uſitato nomine angelos appellamus. Vere enim factum fuit cœlum aliquod, cum in principio creauit Deus cœlum, & terram, quia factum fuit cęlum empyreum, ſed ſub productione illius cœli intelligitur productio angelorum, quia illud cęlum ſtatim cum fuit factum, ut patet per Strabum mox angelis eſt repletum, Et ſicut dicimus de productione cœli empyrei per quod intelligitur productio angelorum, ſic dicemus de diſtinctione lucis, & tenebræ per quam intelligitur diſtinctio angelorum. Non ergo cum prima die Deus dixit, fiat lux, & facta eſt lux. Facta fuit quædam lux corporalis diſtincta a tenebris corporalibus, ſed debemus intelligere, ꝙ in illa diſtinctione lucis a tenebris corporalibus datur intelligi diſtinctio bonorum angelorum a malis. Vnde Auguſtinus primo ſuper Geneſi, loquens de creatura ſpirituali dicit, ꝙ primo cęlum appellata eſt, cum dictum eſt, In principio fecit Deus cęlum & terram, & ſubdit, ꝙ cum dixit Deus, fiat lux & facta eſt lux, facta eſt conuerſio creaturæ ſpiritualis, & illuminata intelligatur, ergo ſicut ſub conditione cœli intelligitur conditio Angelorum, ſic ſub diſtinctione lucis intelligitur diſtinctio Angelorum, non ꝙ illa ſint uere corporalia, ſed per hæc corporalia intelliguntur illa ſpiritualia, & quantum ad conditionem per cęlum, & quantum ad diſtinctionem per lucem. Aduertendum ergo, ꝙ ſicut primo fuit conditū cęlum, & poſtea

Cap. 7.

Quare nō fit mentio de angelorum creatione.

Spūalis creatura ꝑ ſe ſub imaginatione non cadit.

Cap. 38.

Cap. 3.

Capi. 5. 1. ſup Gene. Creatio lucis conuerſio ſpiritualis creaturæ ad deum.

Angelorũ auerſio a Deo, tenebrarum fuit conditio
Ioan. 8.
Cap. 33. & 34.
a. Parua mora inter cõditionem angelorum ad lapſum.
Motus cœli non põt ſentiri niſi rõne corporis lumino ſi.
Nota.
Res. inter

fuit facta lux, & diſtincta á tenebris, ſic primo fuerunt producti Angeli, poſtea fuerunt diſtincti, quia auerſi a creatore facti fuerunt tenebræ, conuerſi autem facti fuerunt lux. Ideo poſt cõditionem rerum primũ, quod legitur eſſe factũ eſt diſtinctio lucis a tenebris. a. qa modica fuit morula inter creationem angelorum, & eorum lapſus. Dicitur enim de diabolo, ꝙ in ueritate non ſtetit, non dicitur, ꝙ in ueritate nõ fuit, nam in ueritate quidem fuit, ſed in ea non ſtetit, nec manſit, ideo dicitur. 11. ſuper Gen. de diabolo, ꝙ factus cõtinuo a luce ueritatis ſe auertit ſuperbia tumidus, & propriæ poteſtatis delectatione corruptus, & ſicut mali angeli cadentes facti ſunt tenebræ, ſic boni perſiſtentes facti ſunt lux, & diuiſa eſt lux a tenebris, quia diuiſi ſunt boni a malis, primo ergo fuit facta diſtinctio angelorum, ſecundo fuit facta diſtinctio cęlorum. nam in inſtanti nec eſt motus, nec pars motus, ideo nihil de motu adhuc erat in illo inſtanti in quo fuit creatum cęlum & terra, & in quo fuit producta ſpiritualis, & corporalis creatura. Nam omnia tam angeli, ꝗ cęli, & elementa fuerunt ſimul producta, ſed non fuerunt ſimul perfecte diſtincta, nodum enim erant diſtincti angeli, quia nondum erant ſeparati boni a malis. Nondum enim erant perfecte diſtincti cęli, quia cum in illo inſtanti nõdum eſſet aliquid de motu nõ erat perfecte diſtinctum cęlum empyreum, quod dicitur eſſe ſtabile ab aliis cęlis, qui omnes ſunt mobiles. Sed uel ſi huiuſmodi cęli mouebantur a principio, non apparebat motus eorum, cum motus cęli non poſſit percipi, niſi per corpus luminoſum, ſed inceperunt talia apparere cum luce, & hoc modo apparuit diſtinctio cœlorum, quia diſtincti apparuerunt cęli mobiles a cęlo non mobili. Vel ex hoc indiſtincti fuerunt ipſi cęli mobiles inter ſe, quia forte extunc incepit reſultare in cęlis alius & alius motus, ut & ipſa lux primo facta motu primi mobilis pergens uerſus occidentem, & rediens in orientem etiam faceret ueſperam & mane, quæ motu alio ibat ab occidente in oriens, ſicut & nunc uadunt omnes planetæ. Primo ergo fuit facta lux, & diſtincta a tenebris, per quod intelligitur diſtinctio angelorum, & poſtea incepit illa lux moueri, & facere ueſperam & mane, & exinde fuit facta diſtinctio cęlorum. Habito quõmodo fuit facta diſtinctio angelorum, quod proponebatur primo, & oſtenſo quomodo fuit facta diſtinctio cœlorum, quod proponebatur ſecundo, uolumus declarare quomodo fuit facta diſtinctio elementorum, quod proponebatur tertio. Aduertendũ ergo, ꝙ, ut patet ex habitis, aquæ uaporabiles reddebant terram indiſtinctam, quia reddebãt eam inuiſibilem, ut tunc dicatur res eſſe cum

innoteſcit, aquæ igitur uaporabiles ſic permixtæ aeri, & ſic inuoluentes totam terram reddebant eam inuiſibilem, ut non appareret diſtincta ab aliis, ipſæ etiam aquæ ſic uaporabiles, & nebuloſæ, quales ſecundum ſanctorum ſententiam fuerūt in principio, erant indiſtinctę, quia erant permixtæ aeri, & ipſe aer erat indiſtinctus, quia erat permixtus aquis, ignis etiam quantum ad aliquam ſui partem ut quantum ad partem illam ubi non eſt ignis purus, ſed eſt quaſi aer multum calefactus, erat etiam permixtus aquis, ideo dicit Strabus, ꝙ omnia elemēta erant confuſa, quia totum hoc aeris ſpatium erat plenum aquis, ut accipiamus totum aeris ſpatium, etiam illam partem ignis, quę eſt infecta aere, & forte plus inficiebatur, tunc de igne ab aere ſic nebuloſo, quia erat potentior ad inficiendū, q̄ modo inficiatur ab aere puro non immixto nebulis, ſed quando aqua ſic immixta aeri ſeparata fuit diuino imperio ab illa mixtione purificauit illam partem ignis, quæ erat immixta aeri, & purificauit aerem, & diſcooperuit terram, facta fuit diſtinctio elementorum. Vtrum autem facta fuerit talis diſtinctio tota ſimul, uel non, in proſequendo apparebit. His uiſis uolumus declarare quartum, quomodo poteſt accipi firmamētum pro cęlo ſydereo, & pro medio interſtitio aeris. Nā Auguſt. ſuper Gene. ad literā utrūq; modum proſequitur, ꝙ autem ſecundum unum modum exponendi, firmamentum accipiatur pro cęlo ſydereo, patet per Bedam, qui exponens firmamentum dicit hoc etiam, cęlum ſydereum, quod diuidit inter aquas, & aquas, ideſt, diuidit inter cęlum criſtallinum, & alios cęlos ſeptem planetarum. Vel diuidit inter aquas, & aquas, quia diuidit inter cęlum criſtallinum, quod dicitur aqueum, & iſtas aquas inferiores. Eſt enim cęlum ſydereum infra celum criſtallinum, & ſupra cœlos planetarum, & eſt infra cęlum criſtallinum, & ſupra has aquas inferiores, ut utroque modo dicatur eſſe inter aquas & aquas, & diuidere aquas ab aquis. a. Quod etiam firmamentū poſſit accipi pro medio interſtitio aeris patet per Auguſt. 2. ſuper Gene. quia per cęlum inter aquas & aquas, ideſt, firmamētum, exponit aerem, qui eſt inter uapores humidos, unde ſuperius nubila conglobantur, & has aquas inferiores, ſiue hæc materia ſubtus fuſa. His omnibus expeditis, uolumus declarare quintum, uidelicet, ꝙ accipiendo aliter & aliter firmamentū, illi tres primi dies a diſtinctione rerum ſunt aliter & aliter adaptandi, quia ſi accipiatur pro firmamēto cęlum ſydereum, tunc prima die facta fuit diſtinctio cęlorum quando dixit Deus fiat firmamētum, tunc enim factum fuit cęlum ſydereum, & incepit habere motum alium a

dum eē dicitur cum nobis innoteſcit.

Strabus.

2. lib. ferè per omnia capitula.

Beda in gl.

Cap. 1. 2. & 3.

a. Firmamentū poteſt etiā dici medium interſtitiū aeris.

Motus octauæ ſphęræ interdũ idẽ cum motu planetarũ interdũ diſtinctus.

cęlo criſtallino, & a ſpheris planetarum. Notandum, ꝙ aliquando dicimus eundem eſſe motum octauæ ſpheræ, & ſpherarum planetarum, quod uerum eſt, quia dictæ ſpheræ ſe tenent cum octaua ſphera, aliquando uero dicimus eſſe alium & alium motum, quod uerum eſt quantum ad ecentricos & epiciclos, qui ſunt in ſpheris planetarũ propter hunc ergo alium & alium motum dicitur diuidere inter cęlũ criſtallinum, & has aquas inferiores, accipiendo ergo firmamentum pro cęlo ſydereo, & ꝙ diuidat aquas ab aquis, id eſt, cęlum criſtallinũ a cęlis planetarum magis apparet quomodo ſecunda die facta fuit diſtinctio cęlorũ. Tertia autem die facta fuit diſtinctio elementorũ quando congregatæ fuerunt aquæ in locum unum, & apparuit arida. Sic ergo adaptantur tres dies in diſtinctione rerũ ſi pro firmamento accipiatur cęlũ ſydereum. Sed ſi pro firmamento accipiatur mediũ interſtitium aeris, quod diuidit inter nubes, ſiue inter aquas ligatas in nubibus, & iſtas aquas inferiores, dicemus, ꝙ prima die fuit facta diſtinctio angelorum & cęlorum, ſicut ſupra exponebatur, ſecunda die fuit facta diſtinctio illius partis ignis, quæ inficitur ab aere, & etiã totius aeris uſq; ad locum illum ubi nunc fiunt nubes. Nam accipiendo pro firmamẽto illam partẽ aeris, quæ eſt inter aquas nebuloſas & alias aquas, erit ſenſus. Fiat firmamẽtũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quaſi diceret, ꝙ aquę uſq; nunc fuerunt ita rare, & nebuloſæ, ꝙ totum infecerunt aerẽ, & infecerunt illam partẽ ignis, quæ inficitur aere, ſed de cętero non tantũ aſcendat, ſed fiat quoddam firmamẽtũ, & quędã pars aeris ſupra quam aſcendant nubes, & non poſſint ultra aſcendere, & illud firmamẽtũ diuidat inter aquas & aquas, id eſt, inter aquas in nubibus ligatas, & alias aquas, itaq; ſecundũ hoc aquæ fuerunt in ſpiſſatæ, ut prima die inſpiſſatio fuerit, quando dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, ex qua inſpiſſatione purificatur illa pars ignis, quę nunc inficitur aere, & purificatus fuit totus aer uſq; ad partẽ illam ubi nunc fiunt nubes, & quia hoc factũ fuit ſecunda die, ideo dicebamus, ꝙ accipiendo pro firmamento hmôi aerem mediũ, ꝙ ſicut prima die facta fuit diſtinctio elementorũ ſuperiorum, quia fuit purificatus ignis quantũ ad partem illam, quæ inficiebatur aquis, & fuit purificatus aer ſuperior uſq; ad locum illum in quo nunc fiunt nubes, fiunt ergo tunc ſecunda die iuxta hunc modũ exponendi aquæ aliqualiter inſpiſſatę, quia ſe retraxerunt uſq; ad locum illum ubi nunc fuerunt nubes, & tunc factum fuit firmamentũ, & data fuit aquis hęc firma lex, ut naturaliter nõ ulterius poſſent plus aſcendere. Tertia tamẽ

Diuerſa acceptio firmamenti dat diſtinctam interpretationẽ ſcripturæ.

Condenſatio aquæ purificatio ignis, & aeris.

die quando dixit Deus, Congregentur aquæ, &c. tunc fuerunt inſpiſſatæ aquæ in tantum q; purificauerunt iſtam partẽ aeris inferiorem, & diſcooperuerunt terram, itaq; ex tunc apparuit arida, ideſt, terra, quæ tota prius erat cooperta aquis nebuloſis, & raris. *Aquarum cõdenſatio manifeſtatio terræ.*

Quod ſi pro firmamento accipiatur medium interſtitium aeris, & prima die facta fuit cęlorum diſtinctio perfecta, ſed ſi accipiatur cęlum ſydereum facta fuit cęlorum diſtinctio imperfecta. In quo capitulo de omnibus cęlis, & eorum motibus multa dicuntur. Cap. XVI.

DECLARABATVR ſuperius, q; in primis tribus diebus facta fuit perfecta diſtinctio rerũ, declarabatur etiã, q; in illis tribus diebus tria fuerũt diſtincta, angeli, cęli, & elemẽta, ergo ſi angelorũ diſtinctio habuit primum diem quaſi propriũ, & cęlorum diſtinctio ſecundũ, conſequens eſt, q; omnia elemẽta fuerunt diſtincta die tertio. Sed ſi cęli & angeli fuerunt perfecte diſtincti uno & eodem die, conſequens eſt, q; alii duo dies in elementorũ diſtinctione fuerunt appoſiti, ut dicatur, q; ſecunda die fuerunt diſtincta elementa quantũ ad partem ſuperiorem, & die tertia quantũ ad partem inferiorẽ, ut ſupra diffuſius tractabatur, quæ diuerſitas ex hoc accidit, q; firmamentum poteſt aliter & aliter ſumi. Si enim accipiatur firmamentum pro parte aeris, quæ diuidit inter aquas ligatas in nubibus & alias aquas, cum firmamentum fuerit factum. Secunda die, conſequens eſt, q; illa ſecunda die facta fuerit aliqualis diſtinctio elementorum niſi eſſet facta diſtinctio angelorum & cęlorum, quæ ſunt ſuperiora & digniora, q̃ elemẽta rationabiliter comprobatur, q; prima die facta fuerit diſtinctio angelorum & celorũ, ordo enim rationis expoſtulat, q; ſuperiora, & digniora, uel fiant ſimul cum inferioribus, uel ſi ſucceſſiue fiunt, q; precedãt infima, & eo modo quo eſt ibi prioritas ſemper ſuperiora, & digniora dicuntur eſſe priora, & quia poſt factionẽ firmamenti nulla fit mentio de diſtinctiõẽ cęlorũ, ſed ſolum de ornatu quãdo facta fuerunt luminaria magna & ſtellę, ideo ſi pro firmamento accipiatur aer ratio nos dicere cogit, q; in prima die facta fuit cęlorũ diſtinctio perfecta, ſed ſi pro firmamento accipiatur cęlũ ſydereum dici poteſt, q; prima die facta fuit cęlorũ diſtinctio imperfecta, & ſecunda die facta fuit perfecta, & tertia die fuerunt omnia elementa diſtincta. Ad cuius euidentiam ſciendum, q; licet per diſtinctionẽ lucis a tenebris intelligatur diſtinctio bonorũ angelorum a malis, quia cũ fuiſſet modica morula

Magis digna ſunt priora minus dignis.

Nota.

Angeli 1° die
Celi 2°
Elementa 3°

inter creationem malorum angelorum, & eorum lapſum, ſatis eſt ra tionabiliter dictum, ꝙ in ipſa creatione lucis corporalis per cuius crea tionem facta fuit diſtinctio lucis a tenebris, intelligitur tūc fuiſſe facta diſtinctio bonorum angelorū a malis tanq̃ lucis a tenebris. Sed quā uis in ipſa prima die facta fuerit diſtinctio angelorum figurata, & ſi gnificata per creationem lucis ueræ, tamē creata fuit quædam lux cor poralis, quę mota fecit ueſpere & mane, exinde colligitur, ꝙ creata fuit lux illa in meridie, & in medio cęli, ſiue in noſtro arcu meridiano, & quia cum ſol declinat a meridie & uadit uerſus occidentem iam inci pit inclinari dies, & ire uerſus ueſperam, ideo conſequens eſt, ꝙ lux il la ſic fecit ueſperam, ꝙ non fecit mane, uel conſequens, ꝙ prima dies non habuit mane. Si enim lux illa fuiſſet creata in oriente, conſequēs eſſet, ꝙ in prima die feciſſet mane & ueſperam, feciſſet quidem mane eundo a meridie uerſus occidentem, ſed quia creata fuit in medio cę li fecit primo ueſperam eundo a meridie uerſus occidentem, poſtea fecit mane eundo ad orientem, & redeundo ad meridiem ubi creata fuit, ita ꝙ ueſpera primę diei, & mane ſequentis diei fecerunt diē unū, ideo dicitur in Gene. ꝙ factum eſt ueſpere & mane dies unus. Sed quæ rit Auguſt. cum ſemper lux illuminet unam partem, & obtenebret ali am, ſemper facit diem & noctem, ſemper ergo eſt meridies, ſemper eſt mane, ſemper eſt ueſpera, quia cū lux eſt in alia parte cęli, eſt meridies in illa parte terræ, quam reſpicit diametraliter, & eſt mane in illa par te terræ, quam incipit illuminare, & ad quam incipit accedere, & eſt principium noctis in illa parte terræ, quam deſinit illuminare, & quā incipit deſerere, ſed de hoc in ſequentibus tractabitur. Sufficit autem ad præſens ſcire, ꝙ in noſtro meridiano, ſiue in meridiano terræ habi tabilis, uel forte in meridiano ubi creatus fuit homo, uel forte in meri diano mediæ terræ habitabilis, creata fuit illa lux, & ideo prius fecit ueſperam, q̃ mane. His itaq; prælibatis dicamus, ꝙ quantūcunq; acci piatur firmamentum pro cęlo ſydereo, cogimur dicere, ꝙ ante omnem diem facta fuit aliq̃ talis cęlorum diſtinctio quando in principio crea uit Deus cęlum & terram, & poſtea prima die facta fuit maior cęlorū diſtinctio quando dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, & factum eſt ue ſpere & mane dies unus. Sed poſtea ſecunda die quando dixit Deus, fiat firmamentum, &c. accipiendo pro firmamento cęlum ſydereum, facta fuit perfecta diſtinctio omnium cęlorum, ſed non omnium eo rum, quæ ſunt in cęlis. Sed poſtea quarta die quando fuerunt ornati cę li, & quando facta fuerunt duo luminaria magna, & ſtellæ ſupra per fectam

Quare prima dies nō habuit mane.

Prima lux creata in medio cæli.

Dubitatio. 4. ſup Gene. cap. 10

Solutio, uel ſolutionis dilatio

fectam diſtinctionem cęlorum facta fuit diſtinctio omnium eorũ, quę ſunt in cęlis, que omnia ſic declarantur, quia cęli uno modo differũt, primo quidem ſecundum ſubſtantiam, alio modo differunt penes ſtabile & mobile, tertio penes alium & alium motũ, quia alio motu mouetur unum cœlũ, & alio motu aliud. Et ſi uolumus enarrare motus cęlorum, & eorũ quæ ſunt in cęlo dicemus eſſe quatuor motus. Vnus eſt ab oriente in occidentem, & econuerſo ab occidente in oriens, qui motus eſt ultimi mobilis, ſiue eſt ipſius cęli criſtallini, & eſt infra diem & noctem ſolum. Nam ultimum mobile in die mouetur ab oriẽte in occidens, & in nocte ab occidente redit in oriens, & eſt iſte motus ſuper polos mundi, nulla autem ſtella creditur eſſe recte in polo, ſed ſtella nautica, quæ uulgariter dicitur tranſmontana multum appropinquat polo mundi ſuperiori. Alius autem polus eſt in oppoſita parte cęli oppoſitus illi polo, ſecundum hunc modum uoluuntur omnes cęli, & omnes ſtellæ, & omnes planetæ infra diem & noctem ab oriente in occidens, & iterum redeunt ad oriens, ſed iſte motus nõ eſt eis proprius, ſed ſic circumuoluuntur raptu ultimi mobilis, ſiue raptu primi mobilis. Nam cęlum criſtallinum, ſi computamus cęlos mobiles aſcendendo, eſt mobile ultimum, ſed ſi eos computamus deſcendendo eſt mobile primum, cęlum quidem criſtallinum non eſt cęlum primum deſcendendo, nec eſt cęlum ultimum aſcendendo, ſed huiuſmodi cęlum eſt empyreum, quod tenet primatum inter omnes cęlos, ideo dicitur cœlum ultimum cęlum decimum, & cęlum primum, quia ſi incipimus computare a cęlis planetarum, & ſic aſcendendo empyreum erit cęlũ ultimum, & erit cęlum decimum, quia erunt ſeptem cęli ſeptem planetarum, & erit octauum cęlum ſydereum, & erit nonum cęlum criſtallinum, & erit decimum cęlum empyreum Sed ſi uolumus incipere a ſupremo cęlo & computare cęlos deſcendẽdo, ſic primum cęlum erit empyreum, ſed licet cęlum criſtallinum non ſit primum cœlum, nec ultimum cęlum eſt tamen primum mobile, & ultimum mobile, quia cum cęlum empyreum non moueatur, conſequens eſt, ꝙ inter cęlos mobiles criſtallinum obtineat primatũ, ideo ſi uolumus computare cęlos mobiles aſcendendo, criſtallinum erit ultimum mobile, & erit nonum cęlum, ſed ſi uolumus eos computare deſcendendo, & incipere a ſupremo mobili, ſic criſtallinum erit primum mobile, quia eſt ſupremum mobile. Redeamus ergo ad propoſitum, & dicamus, ꝙ unus motus cęlorum eſt ab oriente in occidens, redeundo ad oriens intra diem & noctem ſemel, & huiuſmodi motus eſt proprius cœlo cri-

Cœlorum diſcrimen multiplex.

Motus cœli multiplex.

Cœlorum numerus iuxta ſacrorum interpretum opinionē.

ſtallino,& fit ſuper polis mundi,ſiue ſuper polis circuli æquinoctialis. Alius motus cęlorum eſt ſuper polis Zodiaci,qui diſtant a polis mundi per uiginti tres gradus cum dimidio,& iſte motus eſt cõtrarius primo motui.a. Eſt enim ab occidẽte in oriẽs,& eſt proprius octauę ſpheræ,ſiue cęli ſyderei, & eſt proprius ſpherarum omnium planetarum, quia octaua ſphera,& ſpheræ omnium planetarum uoluuntur ſuper polos Zodiaci ab occidente in oriens motu contrario primi mobilis, & iſte motus eſt multũ lentus,quia ſecundum Ptole. in centum annis eſt per unum gradũ,& cum cęlum habeat.360 gradus,iſte motus ſecundum Ptole.completur in.36.milibus annorũ,& iſte eſt annus,qui uocauit Plato magnum annum, affirens, ꝙ poſt completionem magni anni omnia redibunt ad eundem punctum.Vt ſi Plato tali tempore legebat in his ſcholis,& erat in hac cathedra,& habebat hos ſcholares reuolutis.36.milibus annorum, uel,ꝙ idem eſt, completo magno anno erit idem Plato in eiſdem ſcholis,& in eadem cathedra,& habebit eoſdem ſcholares,& proferet eadem uerba.Sed iſtud eſt magis ſtultum ponere,q̃ ex hoc impoſſibilia cõſiderare,& ideo tanq̃ uaniloquiũ dimittatur.Concludamus ergo,& dicamus,ꝙ non eſt niſi duplex motus cęlorũ,unus ab oriente in occidens ſupra polum mundi,qui eſt proprius cęlo criſtallino,& alius ecõuerſo ab occidente in oriens ſuper polum Zodiaci,qui eſt proprius omniũ aliorum cœlorum.Sed ſunt alii duo motus in cęlis,qui non ſunt proprie celorũ, ſed ſunt eorum, quæ ſunt in cęlis,& iſte eſt motus ecentricorũ & epyciclorum. Nam cœlũ dicitur a celando,non eſt ergo proprie cęlũ,niſi quod celat,& quod inuoluit,& quod totũ circuit.Ecentrici autem,qui ſunt in cęlis quaſi medulla in oſſe,& qui circũuoluunt planetam in ſole epycicliũ in cęteris, & faciunt ipſum pergere ab occidente in oriens,& redire ad occidẽs, & epycicli,qui ſunt in ecentricis quaſi quoddam pomũ, ut puta ſi de ipſa medulla,& in ipſa medulla eſſet quoddam pomũ,quod etiã uolueretur ab occidente in oriens,in quo pomo fixus eſt planeta ſecundũ quem modũ aliquando planeta dicitur directus,aliquando retrogradus,aliquando ſtationarius.Sed in his magis ſe profundare eſſet aſtronomicum non theologicũ,ideo ſufficit ſuperficialiter pertranſire. Dicemus ergo ꝙ ſi ecentrici & epycicli ſunt in cęlis non proprie dicũtur cęli,quia ſic ſe habent ſicut ſi quodam filo circũcinderetur cęlum,ſiue ſupra,ſiue infra,ſiue in medio,& in illo filo eſſet quoddam pomũ,& in illo pomo eſſet fixus planeta,& illud filum,& illud pomũ haberet ſuum motũ,& moueretur planeta,& motu fili,& etiam motu pomi,

Diſtantia polorũ zodiaci a polis mundi. a. Hoc dictũ eſt ſecundũ antiquorũ opi. quãuis moderni aliter ſentiãt preſertim Georg. purbachio in de motu octauæ ſph. Ptol. in Almag. & in 1. lib. de legibus. Plato in timeo.

Duplex motus celorũ

Aliter ſentit in the ori. plane. Geor. purbachio.

Ecentrici, & epycicli non ſunt proprie celi.

illud tamen filũ non diceretur cęlum, quia non celaret, quia non occuparet totam ſuperficié cęli, ſed quaſi linealiter circuiret cęlũ, nec etiam illud pomũ diceretur cęlum, quia non celaret, nec inuolueret iſta inferiora. Duo ſunt motus cęlorũ, ut ſupra tetigimus, & ſunt duo alii motus unus ecentricorũ, & alius epyciclorum. Ex quibus aũt dicere poſſumus, ꝙ accipiendo pro firmamento cęlum ſydereũ quod uidetur magis probabile, & rationabile ſequendo tex. Gene. ubi dicitur, quod uocauit Deus firmamentũ celum. Et ſi dicatur, ꝙ etiam aer dicitur cęlũ, iuxta illud, Volucres cęli, id eſt, uolucres aeris. Dici debet, ꝙ aer non dicitur cęlũ prout accipitur celum in Gene. ubi dicitur, Producant aquę uolatile ſuper terram, ſub firmaméto cęli. Si autem acciperetur ibi cęlum, uel firmamentum, pro aere, non diceremus aues uolatilia ſub firmamento cęli, ſed uolatilia in firmamento cęli. quia uolitãt in ipſo aere.

Pſal.

Sic ergo accipiendo firmamentũ pro cęlo ſydereo ante omné dié fuit diſtinctio cęlorũ quantum ad ſubſtantiam, quia ſtatim in principio cũ fuerunt creati cęli erat diſtinctũ cęlum empyreum ſecundũ ſubſtantiã ab aliis cęlis, ſed poſtea primo die facta fuit diſtinctio cęlorum quantum ad mobilitatem, & ſtabilitatem, quia quando incępit illa lux primo creata facere ueſperam, & mane incepit eſſe motus ab oriẽte in occidens, qui eſt proprius primi mobilis. Cęlum ergo empyreum remanſit ſtabile, & omnes alii celi inceperunt moueri a meridie in occidens, & ire ad orientem, & redire ad meridiem, & facere ueſperam & mane. Sed quando dixit Deus, fiat firmamentum, & factum fuit cęlum, quod dicitur ſydereum, tunc incępit alius motus, qui eſt ab occidente in oriens, & eſt motus proprius octauę ſphęrę, & omnium aliarum ſpherarum, tunc plena facta fuit diſtinctio cęlorum, quia ante omnem diem erat aliqualis diſtinctio cęlorum ſecundum ſubſtantiam, prima auté die facta eſt diſtinctio celorum ſecundũ ſtabile & mobile, Secunda uero die ſecundũ mobile & mobile. Sed dices, ꝙ ante primam dié, & anteq̃ crearetur lux incępit motus primi mobilis, quia primũ mobile ſtatim cum eſt productum, & incępit moueri, & ſtatim tunc incęperunt eſſe motus & tempus, cum tẽpus ponatur unum de quatuor coeuis. Ad quod dici poteſt, ꝙ quantũcunq; motus primi mobilis pręceſſit productionem lucis, tamen motus ille non potuiſſet tunc nobis apparere, quia ſi nullũ eſſet corpus luminoſum in cœlo, nullus poſſet percipere motũ cęli, & quia iſta diſtinctio accipienda eſt ſecundũ ꝙ poterat innoteſcere & apparere, poteſt dici, ꝙ primo facta fuit diſtinctio ſecũdũ ſtabile & mobile, qa in ipſa factiõe lucis inotuit cęlos eé mobiles

Quãdo incepit eſſe motus celi ab oriente in occidẽs.

Quãdo incepit motus ab occidente in oriens.

Dubitatio.

Quãdo inceperit tẽpus & motus.

Solutio.

remanente cœlo empyreo ſtabili. Sed ſecunda die facta fuit diſtinctio cęlorum ſecundũ mobile & mobile, quia cęlum ſydereum incipit contrarie moueri primo mobili. Sed quarta die, ut dicebatur, quando facta fuerunt magna luminaria, & ſtellę fuit facta diſtinctio mobilium, non proprie cęlorum, ſed eorum quæ ſunt in cęlis, quia quando fuerũt producti planetæ, fuerunt facti ecentrici & epycicli, ſecundum quorũ motum mouentur planetæ. Qui, ut patuit, etſi ſunt in cęlo, non ſunt proprie cęli, quia nõ quælibet pars cęli eſt cęlum. Patet igitur ꝙ ſi pro firmamento accipiatur cęlum ſydereum, ſecunda die facta fuit perfecta diſtinctio cęlorum, ſed ſi accipiatur pro aere, tunc prima die facta fuit perfecta diſtinctio cęlorum, itaq; quando incepit moueri lux illa ab oriente in occidens motu primi mobilis circũuoluentis omnes alios cęlos incepit moueri octaua ſphera motu contrario. Aduertendum tamen, ꝙ quamuis aliqui dicãt magis rationabiliter poni, ꝙ pro firmamento accipiatur aer, q̃ cęlum ſydereum attendentes ne detur occaſio infidelibus, quia cęli ſunt ſucceſſiue diſtincti, ſequentes tamen tex. Gene. ut ſupra tetigimus, magis rationabiliter ponitur, ꝙ pro firmamento accipiatur cęlum ſydereum, nec in hoc datur cauſa irriſionis, ſed uitatur cauſa erroris ne nimis demus creaturę, & ut credamus in ipſis cęlis eſſe rationes obedientiales, ut in omnibus obediant creatori, ut ſic fiat de eis, & ſic diſtinguantur ſucceſſiue, ut placuit creatori, tamen ſecundum Auguſt. nihil in hac parte eſt pertinaciter aſſerendũ. Aduertendum etiam, ꝙ ſecundum hunc modum exponendi non ſolũ intelligitur cauſa erroris, ſed etiam datur cauſa rationalis diſputationis, nam cum tres ſint partes uniuerſi, angeli, qui ſunt ſpirituales & incorruptibiles, cęli, qui corporales ſunt, & incorruptibiles, & elementa, quæ ſunt corporalia & corruptibilia, rationale uidetur, ꝙ quodlibet iſtorum habeat ſuum diem diſtinctionis, ut prima die diſtincti ſunt angeli, ſecunda cęli, tertia elementa. Aduertendũ etiam, ꝙ cum diximus, ꝙ motus pirmi mobilis eſt ualde uelox, quia eſt infra diem & noctem ſemel, motus autem octauæ ſpherę, & ſpherarũ planetarum eſt ualde tardus, quia eſt in. 36. milibus annorum, cum ſit in centum annis per unum gradum, hoc eſt ſecundum opinionem Ptolemei, qui poſuit, ꝙ ſecũdum illum motum octaua ſphera totaliter complet curſum ſuũ. Thebit autẽ in quodam ſuo tractatu de acceſſu & receſſu octauæ ſpheræ uult, ꝙ priuſq̃ octaua ſphera reuoluatur ab occidente in oriens, & redeat ad occidens contra uertitur. Vnde imaginatur præfatus Thebit duos paruos circulos, unum ſuper caput Arietis, & alium ſuper caput

Productio ecentricorũ, & epycicl orum.

Non quælibet pars cœli ẽ cœlum.

Not.

Tollenda eſt occaſio irriſionis, et ſcãdali.

2. ſup. Gen. ubi ſupra.

Not.

Not.

Thebit Anglus in de motu octauæ ſpheræ

Libræ ſecundum quos mouetur octaua ſphera, ſecundum autē hunc modum ponendi non oportet apponere tantum temporis in motu octauæ ſpheræ ſicut poſuit Ptolemeus, imo ſi uera eſſet poſitio Ptolemei noſtra terra habitabilis fieret inhabitabilis propter motum augis ſolis. Aduertēdum etiam, ꝙ nos dicimus eſſe in cęlo ecentricos & epyciclos. Alpetragius autem in libro de ſphera mota negat ecentricos, & epyciclos, & conatur ſaluare per incuruationem omnes diuerſitates, quas uidemus in motibus cęleſtibus. Vt quia unus planeta eſt tardior alio. Ideo dicit omnes iſtas diuerſitates eſſe in motibus planetarum. Nos tamen nunq̃ uidimus, ꝙ clare poſſent ſaluari omnes apparentię in motibus planetarum, & eleuationibus, quia aliquādo ſunt in auge ſuperiori, quia magis eleuantur a terra, aliquando in oppoſito augis, quia magis appropinquant terræ, & retrogradationibus, quia aliquando planeta eſt directus, aliquando retrogradus ſine ecentricis & epyciclis, multi tamen conati ſunt hoc improbare, nam Commenta. in 12. Meta. contra hanc poſitionem ſuas rationes adducit, licet non perfecte concludant. Simplicius uero uidetur uelle, ꝙ etſi aliæ apparentię poſſint ſaluari ſine ecentricis, iſta tamen apparentia non poteſt ſaluari, ꝙ ſol magis eleuatur a terra in æſtate, q̃ in hyeme. Centrum ergo circuli deferentis ſolem eſt ecentricus, & non habet centrum ſuum in centro terræ, ſed in una parte magis eleuatur a terra, q̃ in alia, & in æſtate eſt in illa parte, qua magis eleuatur a terra. In hyeme uero eſt in illa parte, qua magis appropinquat terræ ſicut & ſenſibiliter apparet. Secundum hoc ergo uidetur, ꝙ ſit dare ecentricos, & pari ratione dici poteſt, ꝙ ſit dare epyciclos. Quare autem ſit maior calor in æſtate, q̃ in hyeme, cum ſol uideatur eſſe propinquior terræ in hyeme, q̃ in æſtate in ſequenti capitulo poterit declarari.

Not. Alpetrag. in libro de ſphera phi ſicis rationibus probata.

Com. 45. In. 2. de ce. Non perfecte concludunt, quia cēs iſte rōnes Auer. ſoluuntur à Franciſco capuano in de theorica ſolis.

Quod ecentritas Solis in ſeptentrionali parte terræ non facit æſtatem frigidam, & hyemem calidam, ſed quoddam temperamentum inducit. Cap. XVII.

DICEBATVR in præcedenti capitulo, ꝙ propinquior eſt ſol terræ in hyeme, q̃ in æſtate, & ex hoc uidebatur oriri materia quæſtionis quare in æſtate plus abundat calor, q̃ in hyeme, ſed cum multæ ſint cauſæ caloris præfata ſolis propinquitas quoddam temperamentum inducit in parte ſeptentrionali terræ, ſed hoc non agit, ut hyems ſit æſtate calidior. Credimus quidem terram habe

re gibboſitatem quandam in parte ſeptentrionali,quæ gibboſitas propter ſui altitudinem remanet diſcooperta,cętera autem terra creditur eſſe cooperta aquis,& quia ſol habet augē ſuam in ſeptentrionali parte,& quia ſole exiſtente in ſignis ſeptentrionalibus eſt nobis æſtas,conſequens eſt,q̀ in æſtate ſol magis eleuetur a terra, & ſit longior ab ea, q̃ in hyeme,ex quo inducitur temperamētum quoddam in hyeme,& in æſtate,ut æſtas non ſit ita intemperate calida,& hyems ita intemperate frigida.Ponuntur enim cōmuniter tres cauſæ caloris & frigoris ſolum reſpectu terræ,nam directio, multa mora, & propinquitas ſunt cauſæ caloris,nam quando ſol directe,uel quaſi directe reſpicit capita noſtra,& multum moratur ſuper nos ſi eſſet propinquus nobis immoderatos calores generaret.& ſicut tres ſunt cauſæ caloris,directio,multa mora,& propinquitas Sic tres ſunt cauſæ frigoris,obliquitas,parua mora,& longinquitas.Si ergo ſol oblique nos reſpiceret,& parum moraretur ſuper nos,& eſſet longinquus, & remotus fieret immoderatum frigus.Et inde ergo contingit q̀ ecentritas ſolis facit temperamentum in hyeme & in æſtate,quia in æſtate ſunt duę cauſæ caloris & propter ecentritatem ſolis eſt una cauſa frigoris contemperans. In hyeme uero ecōuerſo Nam in æſtate una cauſa caloris eſt directio ſolis eo q̀ in æſtate ſol multum appropinquat ad capita noſtra, & q̀ directe mittit radios ſuos ſuper nos,ut ex hoc magnus calor generetur in nobis,magis autem,& minus,prout ſol unam partem terræ magis directe reſpicit,q̃ aliam,ut ultra marinas partes magis directe reſpicit, q̃ citra marinas.Erit itaq; in æſtate una cauſa caloris directio ſolis, erit autem ſecunda cauſa multa mora,quia plus moratur ſuper capita noſtra ſol in æſtate,q̃ in hyeme, nam tādiu ſol reſpicit nos, q̃diu eſt dies nobis,& hęc duæ cauſæ non ſunt ęqualiter cauſæ caloris,quia directio etiam in parua mora plus cauſat calorem,q̃ obliquitas in multa mora,quia ſi ſuper ignem quis teneret manum plus tale faceret in parua mora,q̃ ſi teneret ex latere in multa mora. Et licet directio, & multa mora cauſent calorem in æſtate,eſt tertia cauſa caloris contemperans, uidelicet,ſolis longinquitas,ſiue ſolis altitudo. Nam circulus deferens ſolem dicitur ecentricus,quia non habet cētrum ſuum cum centro terræ,nam ſi circulus ille eſſet concentricus, & haberet idem centrū cum terra ſemper æqualiter circuiret terram,& ſemper æqualiter eleuaretur a terra,ſed circulo illo in quo dicitur eſſe ſol exiſtente ecentrico,conſequens eſt,q̀ ille circulus in una parte magis eleuetur a terra, & in alia magis appropinquet,& quia pars magis eleuata a terra eſt ſeptentrio

Quādo nobis æſtas contingat.

Tres cauſæ caloris & frigoris per relationē ad terram.

Experientia eſt argumentum ſermonum uerorum.

Quæ ſit pars magis eleuata a terra.

nalis, magis autem appropinquans eſt meridionalis, ut patet ſcienti-
bus aſtronomiam quia ergo ſol eſt inſignis ſeptentrionalibus in æſta-
te, in meridionalibus in hyeme, ideo magis eleuatur a terra in æſtate, quam
in hyeme. Bene ergo dictũ eſt, quod ſi in æſtate ſunt duæ cauſæ caloris di
rectio radiorũ ſolis, & multa mora, quia magni ſunt dies in æſtate, eſt
tertia cauſa frigoris contẽperans eleuatio ſolis a terra, quia ſol in æſta
te eſt in illa parte ſui circuli, quo magis eleuatur a terra, ſic etiam in
hyeme ſunt duæ cauſæ frigoris obliquitas radiorum, quia ſol ualde
oblique nos reſpicit in hyeme, & parua mora, quia ſol parũ moratur
ſuper nos in hyeme cum ſint parui dies. Sed eſt tertia cauſa caloris cõ-
temperati depreſſio ſolis, quia ſol eſt in illa parte ſui circuli in hyeme,
quæ eſt magis depreſſa, & quæ magis appropinquat terræ. Auicenna
tamen uiſus eſt innuere quartam cauſam caloris, & frigoris, quę eſt ue
lox & tardus motu ſolis. Nam idem eſt moueri calefactiuum, uel ca-
lefactibile, ut aqua non calefit a ſole ſi uelociter mouetur Non enim
poteſt ibi figi radius calefactus, ut ſenſibiliter appareat, quod aqua multũ
currens in ſua frigiditate remaneat, ut nihil, uel modicum calefiat a
ſole, aqua uero ſtans ſtatimq́ calefit per ſolem. Pari quidem ratione ſi
ipſe ſol calefactus uelocius mouetur uno tempore, quam in alio, conſe-
quens eſſet, quod quantum ad hoc minus calefaciat in illo tempore, quam in
alio, & quia ſol uno tempore deſcribit minorem circulum, quam in alio,
cum ſemper deſcribat ſuum circulũm in die naturali, qui ſemper eſt
æqualis alii, manifeſte concluditur, quod quando deſcribit maiorem cir-
culum uelocius mouetur, quam quod deſcribit minorem. Si enim aliquis
in tanto tempore faceret paruum circuitum, & alius in illo eodem tan
to tempore faceret magnũ circuitum, uelocius moueretur faciens ma-
gnum circuitum, quam paruũ, ergo quia quælibet dies naturalis eſt ęqua
lis alii, ſi ſol complet ſuum circulum, prout ſol mouetur ab oriente, &
redit in oriens in una die naturali quando hoc faciendo facit ma-
gnum circulum uelocius mouetur quam quãdo facit paruum, & quia cir
culus æquinoctialis eſt maximus circulus deſcriptus a ſole quãdo ſol
eſt in principio arietis, & in principio libræ, quia deſcribit circulũ ęqui
noctialem habet motum ualociorem, quãdo uero eſt in principio can
cri, & capricorni, qui ſunt circuli minimi deſcripti a ſole habet motũ
tardiorem. Ex hoc autem uiſus eſt Auicenna, ſcilicet uelle, quod ſub æ-
quinoctiali ſit regio ualde temperata, nam cum ibi dies ſemper ſint
æquales noctibus, eſt ibi ſecundum eum temperies aeris, quia quantũ
ſol calefaci tin die tantum infrigidat in nocte, & ſemper ibi nox

Vel. 1. ſen. ca. 1. 3. doctrine, uel in libris de ſufficiẽt. de naturali.

3. doctrina 1. capi. ubi ſupra.

Angelorũ auerſio a Deo, tenebrarum fuit conditio

Ioan.8.

Cap.33.& 34.

fuit facta lux, & diſtincta á tenebris, ſic primo fuerunt producti Angeli, poſtea fuerunt diſtincti, quia auerſi a creatore facti fuerunt tenebræ, conuerſi autem facti fuerunt lux. Ideo poſt cõditionem rerum primũ, quod legitur eſſe factũ eſt diſtinctio lucis a tenebris. a, qa modica fuit morula inter creationem angelorum, & eorum lapſus. Dicitur enim de diabolo, ꝙ in ueritate non ſtetit, non dicitur, ꝙ in ueritate nõ fuit, nam in ueritate quidem fuit, ſed in ea non ſtetit, nec manſit, ideo dicitur. 11. ſuper Gen. de diabolo, ꝙ factus cõtinuo a luce ueritatis ſe auertit ſuperbia tumidus, & proprie poteſtatis delectatione corruptus, & ſicut mali angeli cadentes facti ſunt tenebræ, ſic boni perſiſtentes facti ſunt lux, & diuiſa eſt lux a tenebris, quia diuiſi ſunt boni a malis, primo ergo fuit facta diſtinctio angelorum, ſecundo fuit facta diſtinctio cęlorum. nam in inſtanti nec eſt motus, nec pars motus, ideo nihil de motu adhuc erat in illo inſtanti in quo fuit creatum cęlum & terra, & in quo fuit producta ſpiritualis, & corporalis creatura. Nam omnia tam angeli, ꝗ cęli, & elementa fuerunt ſimul producta, ſed non fuerunt ſimul perfecte diſtincta, nodum enim erant diſtincti angeli, quia nondum erant ſeparati boni a malis. Nondum enim erant perfecte diſtincti cęli, quia cum in illo inſtanti nõdum eſſet aliquid de motu nõ erat perfecte diſtinctum cęlum empyreum, quod dicitur eſſe ſtabile ab aliis celis, qui omnes ſunt mobiles. Sed uel ſi huiuſmodi cęli mouebantur a principio, non apparebat motus eorum, cum motus cęli non poſſit percipi, niſi per corpus luminoſum, ſed inceperunt talia apparere cum luce, & hoc modo apparuit diſtinctio cœlorum, quia diſtincti apparuerunt cęli mobiles a cęlo non mobili. Vel ex hoc indiſtincti fuerunt ipſi cęli mobiles inter ſe, quia forte extunc incepit reſultare in cęlis alius & alius motus, ut & ipſa lux primo facta motu primi mobilis pergens uerſus occidentem, & rediens in orientem etiam faceret ueſperam & mane, quæ motu alio ibat ab occidente in oriens, ſicut & nunc uadunt omnes planetæ. Primo ergo fuit facta lux, & diſtincta a tenebris, per quod intelligitur diſtinctio angelorum, & poſtea incepit illa lux moueri, & facere ueſperam & mane, & exinde fuit facta diſtinctio cęlorum. Habito quomodo fuit facta diſtinctio angelorum, quod proponebatur primo; & oſtenſo quomodo fuit facta diſtinctio cœlorum, quod proponebatur ſecundo, uolumus declarare quomodo fuit facta diſtinctio elementorum, quod proponebatur tertio. Aduertendũ ergo, ꝙ, ut patet ex habitis, aquæ uaporabiles reddebant terram indiſtinctam, quia reddebãt eam inuiſibilem, ut tunc dicatur res eſſe cum

Parua mora inter cõditionem angelorum ad lapſum.

Motus cœli non põt ſentiri niſi rõne corporis lumi noſi.

Nota.

Res inter

innoteſcit,aquæ igitur uaporabiles ſic permixtæ aeri, & ſic inuoluen-
tes totam terram reddebant eam inuiſibilem,ut non appareret diſtin-
cta ab aliis,ipſæ etiam aquæ ſic uaporabiles, & nebuloſæ, quales ſe-
cundum ſanctorum ſententiam fuerũt in principio,erant indiſtinctę,
quia erant permixtæ aeri,& ipſe aer erat indiſtinctus,quia erat permi
xtus aquis,ignis etiam quantum ad aliquam ſui partem ut quantum
ad partem illam ubi non eſt ignis purus,ſed eſt quaſi aer multum cale
factus,erat etiam permixtus aquis,ideo dicit Strabus,ꝙ omnia elemẽ
ta erant confuſa,quia totum hoc aeris ſpatium erat plenum aquis, ut
accipiamus totum aeris ſpatium,etiam illam partem ignis,quę eſt in
fecta aere,& forte plus inficiebatur, tunc de igne ab aere ſic nebuloſo,
quia erat potentior ad inficiendũ,ꝗ̃ modo inficiatur ab aere puro non
immixto nebulis,ſed quando aqua ſic immixta aeri ſeparata fuit diui
no imperio ab illa mixtione purificauit illam partem ignis, quæ erat
immixta aeri, & purificauit aerem, & diſcooperuit terram, facta fuit
diſtinctio elementorum. Vtrum autem facta fuerit talis diſtinctio to-
ta ſimul,uel non,in proſequendo apparebit.His uiſis uolumus decla-
rare quartum,quomodo poteſt accipi firmamẽtum pro cęlo ſydereo,
& pro medio interſtitio aeris. Nã Auguſt. ſuper Gene.ad literã utrũq;
modum proſequitur,ꝙ autem ſecundum unum modum exponendi,
firmamentum accipiatur pro cęlo ſydereo,patet per Bedam,qui expo
nens firmamentum dicit hoc etiam,cęlum ſydereum,quod diuidit in
ter aquas,& aquas,ideſt,diuidit inter cęlum criſtallinum, & alios cę
los ſeptem planetarum. Vel diuidit inter aquas,& aquas,quia diuidit
inter cęlum criſtallinum,quod dicitur aqueum,& iſtas aquas inferio
res.Eſt enim cęlum ſydereum infra celum criſtallinum, & ſupra cœ-
los planetarum,& eſt infra cęlum criſtallinum, & ſupra has aquas in
feriores,ut utroque modo dicatur eſſe inter aquas & aquas,& diuide
re aquas ab aquis.a. Quod etiam firmam:ntũ poſſit accipi pro medio
interſtitio aeris,patet per Auguſt.2.ſuper Gene. quia per cęlum inter
aquas & aquas,ideſt,firmamẽtum,exponit aerem,qui eſt inter uapo-
res humidos,unde ſuperius nubila conglobantur,& has aquas inferio
res,ſiue hæc materia ſubtus fuſa His omnibus expeditis,uolumus de-
clarare quintum,uidelicet,ꝙ accipiendo aliter & aliter firmamentũ,
illi tres primi dies a diſtinctione rerum ſunt aliter & aliter adapt:ndi,
quia ſi accipiatur pro firmamẽto cęlum ſydereum,tunc prima die fa-
cta fuit diſtinctio cęlorum quando dixit Deus ſiat firmamẽtum,tunc
enim factum fuit cęlum ſydereum,& incepit habere motum alium a

dum eẽ di- citur cum nobis inno teſcit.

Strabus.

2. lib. ferè per omnia capitula.

Beda in gl.

Cap. 1.2. & 3.

a. Firma- mentũ po teſt etiã di ci medium interſtitiũ aeris.

Motus octauæ ſpheræ interdũ idẽ cum motu planetarũ interdũ diſtinctus.

cęlo criſtallino, & a ſpheris planetarum. Notandum, ꝙ aliquando dici mus eundem eſſe motum octauæ ſpheræ, & ſpherarum planetarum, quod uerum eſt, quia dictæ ſpheræ ſe tenent cum octaua ſphera, ali quando uero dicimus eſſe alium & alium motum, quod uerum eſt quantum ad ecentricos & epiciclos, qui ſunt in ſpheris planetarũ pro pter hunc ergo alium & alium motum dicitur diuidere inter cęlũ cri ſtallinum, & has aquas inferiores, accipiendo ergo firmamentum pro cęlo ſydereo, & ꝙ diuidat aquas ab aquis, ideſt, cęlum criſtallinũ a cę lis planetarum magis apparet quomodo ſecunda die facta fuit diſtin ctio cęlorũ. Tertia autem die facta fuit diſtinctio elementorũ quando congregatæ fuerunt aquæ in locum unum, & apparuit arida. Sic ergo adaptantur tres dies in diſtinctione rerũ ſi pro firmamento accipiatur cęlũ ſydereum. Sed ſi pro firmamento accipiatur mediũ interſtitium aeris, quod diuidit inter nubes, ſiue inter aquas ligatas in nubibus, & iſtas aquas inferiores, dicemus, ꝙ prima die fuit facta diſtinctio angelo rum & cęlorum, ſicut ſupra exponebatur, ſecunda die fuit facta diſtin ctio illius partis ignis, quæ inficitur ab aere, & etiã totius aeris uſq; ad locum illum ubi nunc fiunt nubes. Nam accipiendo pro firmamẽto il lam partẽ aeris, quæ eſt inter aquas nebuloſas & alias aquas, erit ſen ſus. Fiat firmamentũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quaſi diceret, ꝙ aquę uſq; nunc fuerunt ita rare, & nebuloſæ, ꝙ totum infecerunt aerẽ, & infecerunt illam partẽ ignis, quæ inficitur aere, ſed de cętero non tantũ aſcendat, ſed fiat quoddam firmamentũ, & quędã pars aeris ſupra quam aſcendant nubes, & non poſſint ultra aſcende re, & illud firmamentũ diuidat inter aquas & aquas, ideſt, inter aquas in nubibus ligatas, & alias aquas, itaq; ſecundũ hoc aquæ fuerunt in ſpiſſatæ, ut prima die inſpiſſatio fuerit, quando dixit Deus, fiat firma mentum in medio aquarum, ex qua inſpiſſatione purificatur illa pars ignis, quę nunc inficitur aere, & purificatus fuit totus aer uſq; ad partẽ illam ubi nunc fiunt nubes, & quia hoc factũ fuit ſecunda die, ideo di cebamus, ꝙ accipiendo pro firmamento hmõi aerem mediũ, ꝙ ſicut prima die facta fuit diſtinctio elementorũ ſuperiorum, quia fuit purifi catus ignis quantũ ad partem illam, quæ inficiebatur aquis, & fuit pu rificatus aer ſuperior uſq; ad locum illum in quo nunc fiunt nubes, fi unt ergo tunc ſecunda die iuxta hunc modũ exponendi aquæ aliqua liter inſpiſſatę, quia ſe retraxerunt uſq; ad locum illum ubi nunc fue runt nubes, & tunc factum fuit firmamentũ, & data fuit aquis hęc fir ma lex, ut naturaliter nõ ulterius poſſent plus aſcendere. Tertia tamẽ

Diuerſa acceptio firmamenti dat diſtinctam interpretationẽ ſcripturæ.

Condenſatio aquæ purificatio ignis, & aeris.

die quando dixit Deus, Congregentur aquæ, &c. tunc fuerunt inſpiſſatæ aquæ in tantum q; purificauerint iſtam partē aeris inferiorem, & diſcooperuerunt terram, itaq; ex tunc apparuit arida, idest, terra, quæ tota prius erat cooperta aquis nebuloſis, & raris.

Aquarum cōdenſatio manifeſtatio terræ.

Quod ſi pro firmamento accipiatur medium interſtitium aeris, & prima die facta fuit cęlorum diſtinctio perfecta, ſed ſi accipiatur cęlum ſydereum facta fuit cęlorum diſtinctio imperfecta. In quo capitulo de omnibus cęlis, & eorum motibus multa dicuntur. Cap. XVI.

DECLARABATVR ſuperius, q; in primis tribus diebus facta fuit perfecta diſtinctio rerū, declarabatur etiā, q; in illis tribus diebus tria fuerūt diſtincta, angeli, cęli, & elemēta, ergo ſi angelorū diſtinctio habuit primum diem quaſi propriū, & cęlorum diſtinctio ſecundū, conſequens eſt, q; omnia elemēta fuerunt diſtincta die tertio. Sed ſi cęli & angeli fuerunt perfecte diſtincti uno & eodem die, conſequens eſt, q; alii duo dies in elementorū diſtinctione fuerunt appoſiti, ut dicatur, q; ſecunda die fuerunt diſtincta elementa quantū ad partem ſuperiorem, & die tertia quantū ad partem inferiorē, ut ſupra diffuſius tractabatur, quæ diuerſitas ex hoc accidit, q; firmamentum poteſt aliter & aliter ſumi. Si enim accipiatur firmamentum pro parte aeris, quæ diuidit inter aquas ligatas in nubibus & alias aquas, cum firmamentum fuerit factum. Secunda die, conſequens eſt, q; illa ſecunda die facta fuerit aliqualis diſtinctio elementorum niſi eſſet facta diſtinctio angelorum & cęlorum, quæ ſunt ſuperiora & digniora, q̃ elemēta rationabiliter comprobatur, q; prima die facta fuerit diſtinctio angelorum & cęlorū, ordo enim rationis expoſtulat, q; ſuperiora, & digniora, uel fiant ſimul cum inferioribus, uel ſi ſucceſſiue fiunt, q; precedāt infima, & eo modo quo eſt ibi prioritas ſemper ſuperiora, & digniora dicuntur eſſe priora, & quia poſt factionē firmamenti nulla fit mentio de diſtinctiōe cęlorū, ſed ſolum de ornatu quādo facta fuerunt luminaria magna & ſtellę, ideo ſi pro firmamento accipiatur aer ratio nos dicere cogit, q; in prima die facta fuit cęlorū diſtinctio perfecta, ſed ſi pro firmamento accipiatur cęlū ſydereum dici poteſt, q; prima die facta fuit cęlorū diſtinctio imperfecta, & ſecunda die facta fuit perfecta, & tertia die fuerunt omnia elementa diſtincta. Ad cuius euidentiam ſciendum, q; licet per diſtinctionē lucis a tenebris intelligatur diſtinctio bonorū angelorum a malis, quia cū fuiſſet modica morula

Magis digna ſunt priora minus dignis.

Nota.

inter creationem malorum angelorum, & eorum lapſum, ſatis eſt rationabiliter dictum, ꝙ in ipſa creatione lucis corporalis per cuius creationem facta fuit diſtinctio lucis a tenebris, intelligitur tūc fuiſſe facta diſtinctio bonorum angelorū a malis tanq̃ lucis a tenebris. Sed quãuis in ipſa prima die facta fuerit diſtinctio angelorum figurata, & ſignificata per creationem lucis ueræ, tamē creata fuit quædam lux corporalis, quę mota fecit ueſpere & mane, exinde colligitur, ꝙ creata fuit lux illa in meridie, & in medio cęli, ſiue in noſtro arcu meridiano, & quia cum ſol declinat a meridie & uadit uerſus occidentem iam incipit inclinari dies, & ire uerſus ueſperam, ideo conſequens eſt, ꝙ lux illa ſic fecit ueſperam, ꝙ non fecit mane, uel conſequens, ꝙ prima dies non habuit mane. Si enim lux illa fuiſſet creata in oriente, conſequēs eſſet, ꝙ in prima die feciſſet mane & ueſperam, feciſſet quidem mane eundo a meridie uerſus occidentem, ſed quia creata fuit in medio cęli fecit primo ueſperam eundo a meridie uerſus occidentem, poſtea fecit mane eundo ad orientem, & redeundo ad meridiem ubi creata fuit, ita ꝓ ueſpera primę diei, & mane ſequentis diei fecerunt diē unū, ideo dicitur in Gene. ꝙ factum eſt ueſpere & mane dies unus.

Quare prima dies nō habuit mane.

Prima lux creata in medio cæli.

Dubitatio. 4. ſup Gene. cap. 10

Sed quærit Auguſt. cum ſemper lux illuminet unam partem, & obtenebret aliam, ſemper facit diem & noctem, ſemper ergo eſt meridies, ſemper eſt mane, ſemper eſt ueſpera, quia cū lux eſt in alia parte cęli, eſt meridies in illa parte terræ, quam reſpicit diametraliter, & eſt mane in illa parte terræ, quam incipit illuminare, & ad quam incipit accedere, & eſt principium noctis in illa parte terræ, quam deſinit illuminare, & quã incipit deſerere, ſed de hoc in ſequentibus tractabitur.

Solutio, uel ſolutionis dilatio

Sufficit autem ad præſens ſcire, ꝙ in noſtro meridiano, ſiue in meridiano terræ habitabilis, uel forte in meridiano ubi creatus fuit homo, uel forte in meridiano mediæ terræ habitabilis, creata fuit illa lux, & ideo prius fecit ueſperam, q̃ mane. His itaq; prælibatis dicamus, ꝙ quantūcunq; accipiatur firmametum pro cęlo ſydereo, cogimur dicere, ꝙ ante omnem diem facta fuit aliqualis cęlorum diſtinctio quando in principio creauit Deus cęlum & terram, & poſtea prima die facta fuit maior cęlorū diſtinctio quando dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, & factum eſt ueſpere & mane dies unus. Sed poſtea ſecunda die quando dixit Deus, fiat firmamentum, &c. accipiendo pro firmamento cęlum ſydereum, facta fuit perfecta diſtinctio omnium celorum, ſed non omnium eorum, quæ ſunt in cęlis. Sed poſtea quarta die quando fuerunt ornati cęli, & quando facta fuerunt duo luminaria magna, & ſtellæ ſupra per-

fectam

fectam diſtinctionem cęlorum facta fuit diſtinctio omnium eorũ, quę ſunt in cęlis, quę omnia ſic declarantur, quia cęli uno modo differũt, primo quidem ſecundum ſubſtantiam, alio modo differunt penes ſtabile & mobile, tertio penes alium & alium motũ, quia alio motu mouetur unum cœlu, & alio motu aliud. Et ſi uolumus enarrare motus cęlorum, & eorũ quæ ſunt in cęlo dicemus eſſe quatuor motus. Vnus eſt ab oriente in occidentem, & econuerſo ab occidente in oriens, qui motus eſt ultimi mobilis, ſiue eſt ipſius cęli criſtallini, & eſt infra diem & noctem ſolum. Nam ultimum mobile in die mouetur ab oriẽte in occidens, & in nocte ab occidente redit in oriens, & eſt iſte motus ſuper polos mundi, nulla autem ſtella creditur eſſe recte in polo, ſed ſtella nautica, quæ uulgariter dicitur tranſmontana multum appropinquat polo mundi ſuperiori. Alius autem polus eſt in oppoſita parte cęli oppoſitus illi polo, ſecundum hunc modum uoluuntur omnes cęli, & omnes ſtellæ, & omnes planetæ infra diem & noctem ab oriente in occidens, & iterum redeunt ad oriens, ſed iſte motus nõ eſt eis proprius, ſed ſic circumuoluuntur raptu ultimi mobilis, ſiue raptu primi mobilis. Nam cęlum criſtallinum, ſi computamus cęlos mobiles aſcendendo, eſt mobile ultimum, ſed ſi eos computamus deſcendendo eſt mobile primum, cęlum quidem criſtallinum non eſt cęlum primum deſcendendo, nec eſt cęlum ultimum aſcendendo, ſed huiuſmodi cęlum eſt empyreum, quod tenet primatum inter omnes cęlos, ideo dicitur cœlum ultimum cęlum decimum, & cęlum primum, quia ſi incipimus computare a cęlis planetarum, & ſic aſcendendo empyreum erit cęlũ ultimum, & erit cęlum decimum, quia erunt ſeptem cęli ſeptem planetarum, & erit octauum cęlum ſydereum, & erit nonum cęlum criſtallinum, & erit decimum cęlum empyreum Sed ſi uolumus incipere a ſupremo cęlo & computare cęlos deſcendẽdo, ſic primum cęlum erit empyreum, ſed licet cęlum criſtallinum non ſit primum cœlum, nec ultimum cęlum eſt tamen primum mobile, & ultimum mobile, quia cum cęlum empyreum non moueatur, conſequens eſt, ꝙ inter cęlos mobiles criſtallinum obtineat primatũ, ideo ſi uolumus computare cęlos mobiles aſcendendo, criſtallinum erit ultimum mobile, & erit nonum cęlum, ſed ſi uolumus eos computare deſcendendo, & incipere a ſupremo mobili, ſic criſtallinum erit primum mobile, quia eſt ſupremum mobile. Redeamus ergo ad propoſitum, & dicamus, ꝙ unus motus cęlorum eſt ab oriente in occidens, redeundo ad oriens infra diem & noctem ſemel, & huiuſmodi motus eſt proprius cœlo cri-

Cœlorum diſcrimen multiplex.

Motus cœli multiplex.

Cœlorum numerus iuxta ſacrorum interpretum opinionẽ.

Diſtantia polorũ zodiaci a polis mundi. 23. Hæc dictũ eſt ſecundũ antiquorũ opi. quãuis moderni aliter ſentiãt preſertim Georg. purbachio in de motu octauæ ſph. Ptol. in Almag. & in I. lib. de legibus. Plato in timeo. Duplex motus celorũ. Aliter ſentit in d the ori. plane. Geor. purbachio.

ſtallino,& fit ſuper polis mundi,ſiue ſuper polis circuli æquinoctialis. Alius motus cęlorum eſt ſuper polis Zodiaci,qui diſtant a polis mundi per uiginti tres gradus cum dimidio,& iſte motus eſt cõtrarius primo motui.a. Eſt enim ab occidẽte in oriẽs,& eſt proprius octauę ſpheræ,ſiue cęli ſyderei, & eſt proprius ſpherarum omnium planetarum, quia octaua ſphera,& ſpheræ omnium planetarum uoluuntur ſuper polos Zodiaci ab occidente in oriens motu contrario primi mobilis, & iſte motus eſt multũ lentus,quia ſecundum Prole. in centum annis eſt per unum gradũ,& cum cęlum habeat.360 gradus,iſte motus ſecundum Ptole.completur in.36.milibus annorũ,& iſte eſt annus,qui uocauit Plato magnum annum, affirens, ꝙ poſt completionem magni anni omnia redibunt ad eundem punctum.Vt ſi Plato tali tempore legebat in his ſcholis,& erat in hac cathedra,& habebat hos ſcholares reuolutis.36.milibus annorum,uel,ꝙ idem eſt, completo magno anno erit idem Plato in eiſdem ſcholis,& in eadem cathedra,& habebit eoſdem ſcholares,& proferet eadem uerba.Sed iſtud eſt magis ſtultum ponere,ꝙ̃ ex hoc impoſſibilia cõſiderare,& ideo tanꝗ̃ uaniloquiũ dimittatur.Concludamus ergo,& dicamus,ꝙ non eſt niſi duplex motus cęlorũ,unus ab oriente in occidens ſupra polum mundi,qui eſt proprius cęlo criſtallino,& alius ecõuerſo ab occidente in oriens ſuper polum Zodiaci,qui eſt proprius omniũ aliorum cœlorum.Sed ſunt alii duo motus in cęlis,qui non ſunt proprie celorũ, ſed ſunt eorum, quæ ſunt in cęlis,& iſte eſt motus ecentricorũ & epyciclorum. Nam cœlũ dicitur a cęlando.non eſt ergo proprie cęlũ,niſi quod celat,& quod inuoluit,& quod totũ circuit.Ecentrici autem,qui ſunt in cęlis quaſi medulla in oſſe,& qui circũuoluunt planetam in ſole epyciclũ in cęteris, & faciunt ipſum pergere ab occidente in oriens,& redire ad occidẽs, & epycicli,qui ſunt in ecentricis quaſi quoddam pomũ, ut puta ſi de ipſa medulla,& in ipſa medulla eſſet quoddam pomũ,quod etiã uolueretur ab occidente in oriens,in quo pomo fixus eſt planeta ſecundũ quem modũ aliquando planeta dicitur directus,aliquando retrogradus,aliquando ſtationarius.Sed in his magis ſe profundare eſſet aſtronomicum non theologicũ,ideo ſufficit ſuperficialiter pertranſire. Dicemus ergo ꝙ ſi ecentrici & epycicli ſunt in cęlis non proprie dicũtur cęli,quia ſic ſe habent ſicut ſi quodam filo circũcinderetur cęlum,ſiue ſupra,ſiue infra,ſiue in medio,& in illo filo eſſet quoddam pomũ,& in illo pomo eſſet fixus planeta.& illud filum,& illud pomũ haberet ſuum motũ,& moueretur planeta,& motu fili,& etiam motu pomi,

Ecentrici, & epycicli non ſunt proprie celi.

Illud tamen filũ non diceretur cęlũm, quia non celaret, quia non occu parct totam ſuperficiẽ cęli, ſed quaſi linealiter circuiret cęlũ, nec etiam illud pomũ diceretur cęlum, quia non celaret, nec inuolueret iſta inferiora. Duo ſunt motus cęlorũ, ut ſupra tetigimus, & ſunt duo alii motus unus ecentricorũ, & alius epyciclorum. Ex quibus aũt dicere poſſumus, q accipiendo pro firmamento cęlum ſydereũ quod uidetur magis probabile, & rationabile ſequendo tex. Gene. ubi dicitur, q uocauit Deus firmamentũ celum. Et ſi dicatur, q etiam aer dicitur cęlũ, iuxta illud, Volucres cęli, idest, uolucres aeris Dici debet, q aer non dicitur cęlũ prout accipitur celum in Gene. ubi dicitur, Producant aquæ uolatile ſuper terram, ſub firmamẽto cęli. Si autem acciperetur ibi cęlum, uel firmamentum, pro aere, non diceremus aues uolatilia ſub firmamento cęli, ſed uolatilia in firmamento cęli, quia uolitãt in ipſo aere. Sic ergo accipiendo firmamentũ pro cęlo ſydereo ante omnẽ diẽ fuit diſtinctio cęlorũ quantum ad ſubſtantiam, quia ſtatim in principio cũ fuerunt creati cęli erat diſtinctũ cęlum empyreum ſecundũ ſubſtantiã ab aliis cęlis, ſed poſtea primo die facta fuit diſtinctio celorum quantum ad mobilitatem, & ſtabilitatem, quia quando incępit illa lux primo creata facere ueſperam, & mane incepit eſſe motus ab oriẽte in occidens, qui eſt proprius primi mobilis. Cęlum ergo empyreum remanſit ſtabile, & omnes alii cęli inceperunt moueri a meridie in occidens, & ire ad orientem, & redire ad meridiem, & facere ueſperam & mane. Sed quando dixit Deus, fiat firmamentum, & factum fuit cęlum, quod dicitur ſydereum, tunc incępit alius motus, qui eſt ab occidente in oriens, & eſt motus proprius octauæ ſphæræ, & omnium aliarum ſpherarum, tunc plena facta fuit diſtinctio celorum, quia ante omnem diem erat aliqualis diſtinctio cęlorum ſecundum ſubſtantiam, prima autẽ die facta eſt diſtinctio celorum ſecundũ ſtabile & mobile, Secunda uero die ſecundũ mobile & mobile. Sed dices, q ante primam diẽ, & anteq̃ crearetur lux incępit motus primi mobilis, quia primũ mobile ſtatim cum eſt productum, & incępit moueri, & ſtatim tunc incęperunt eſſe motus & tempus, cum tẽpus ponatur unum de quatuor coęuis. Ad quod dici poteſt, q quantũcunq; motus primi mobilis pręceſſit productionem lucis, tamen motus ille non potuiſſet tunc nobis apparere, quia ſi nullu eſſet corpus luminoſum in cœlo, nullus poſſet percipere motũ cęli, & quia iſta diſtinctio accipienda eſt ſecundũ q poterat innoteſcere & apparere, poteſt dici, q primo facta fuit diſtinctio ſecũdũ ſtabile & mobile, qa in ipſa factiõe lucis innotuit cęlos eẽ mobiles

Pſal.

Quãdo incepit eſſe motus celi ab oriente in occidẽs.

Quãdo incepit motus ab occidente in oriens.

Dubitatio.

Quãdo incęperit tẽpus & motus.

Solutio.

remanente cœlo empyreo ſtabili. Sed ſecunda die facta fuit diſtinctio cęlorum ſecundũ mobile & mobile, quia cęlum ſydereum incipit contrarie moueri primo mobili. Sed quarta die, ut dicebatur, quando facta fuerunt magna luminaria, & ſtellę fuit facta diſtinctio mobilium, non proprie cęlorum, ſed eorum quæ ſunt in cęlis, quia quando fuerũt producti planetæ, fuerunt facti ecentrici & epycicli, ſecundum quorũ motum mouentur planetæ. Qui, ut patuit, etſi ſunt in cęlo, non ſunt proprie cęli, quia nõ quælibet pars cęli eſt cęlum. Patet igitur ꝙ ſi pro firmamento accipiatur cęlum ſydereum, ſecunda die facta fuit perfecta diſtinctio cęlorum, ſed ſi accipiatur pro aere, tunc prima die facta fuit perfecta diſtinctio cęlorum, itaq; quando incepit moueri lux illa ab oriente in occidens motu primi mobilis circumuoluentis omnes alios cęlos incepit moueri octaua ſphera motu contrario.

Productio ecentricorũ & epyciclorum.

Non quælibet pars cœli ẽ cœlum.

Not.

Aduertendum tamen, ꝙ quamuis aliqui dicãt magis rationabiliter poni, ꝙ pro firmamento accipiatur aer, q̃ cęlum ſydereum attendentes ne detur occaſio infidelibus, quia cęli ſunt ſucceſſiue diſtincti, ſequentes tamen tex. Gene. ut ſupra tetigimus, magis rationabiliter ponitur, ꝙ pro firmamento accipiatur cęlum ſydereum, nec in hoc datur cauſa irriſionis, ſed uitatur cauſa erroris ne nimis demus creaturę, & ut credamus in ipſis cęlis eſſe rationes obedientiales, ut in omnibus obediant creatori, ut ſic fiat de eis, & ſic diſtinguantur ſucceſſiue, ut placuit creatori, tamen ſecundum Auguſt. nihil in hac parte eſt pertinaciter aſſerendũ.

Tollenda eſt occaſio irriſionis; et ſcãdali. 2. ſup. Ge. ubi ſupra.

Not.

Aduertendum etiam, ꝙ ſecundum hunc modum exponendi non ſolũ intelligitur cauſa erroris, ſed etiam datur cauſa rationalis diſputationis, nam cum tres ſint partes uniuerſi, angeli, qui ſunt ſpirituales & incorruptibiles, cęli, qui corporales ſunt, & incorruptibiles, & elementa, quæ ſunt corporalia & corruptibilia, rationale uidetur, ꝙ quodlibet iſtorum habeat ſuum diem diſtinctionis, ut prima die diſtincti ſunt angeli, ſecunda cęli, tertia elementa.

Not.

Aduertendũ etiam, ꝙ cum diximus, ꝙ motus pirmi mobilis eſt ualde uelox, quia eſt infra diem & noctem ſemel, motus autem octauæ ſpherę, & ſpherarũ planetarum eſt ualde tardus, quia eſt in. 36. milibus annorum, cum ſit in centum annis per unum gradum, hoc eſt ſecundum opinionem Ptolemei, qui poſuit, ꝙ ſecũdum illum motum octaua ſphera totaliter complet curſum ſuũ.

Thebit Anglus in de motu octauæ ſpheræ

Thebit autẽ in quodam ſuo tractatu de acceſſu & receſſu octauæ ſpheræ uult, ꝙ priuſq̃ octaua ſphera reuoluatur ab occidente in oriens, & redeat ad occidens contra uertitur. Vnde imaginatur præfatus Thebit duos paruos circulos, unum ſuper caput Arietis, & alium ſuper caput

Libræ ſecundum quos mouetur octaua ſphera, ſecundum autẽ hunc modum ponendi non oportet apponere tantum temporis in motu octauæ ſphæræ ſicut poſuit Ptolemeus, imo ſi uera eſſet poſitio Ptolemei noſtra terra habitabilis fieret inhabitabilis propter motum augis ſolis. Aduertẽdum etiam, ꝙ nos dicimus eſſe in cęlo ecentricos & epyciclos. Alpetragius autem in libro de ſphera mota negat eccentricos, & epyciclos, & conatur ſaluare per incuruationem omnes diuerſitates, quas uidemus in motibus cęleſtibus. Vt quia unus planeta eſt tardior alio. Ideo dicit omnes iſtas diuerſitates eſſe in motibus planetarum. Nos tamen nunq̃ uidimus, ꝙ clare poſſent ſaluari omnes apparentię in motibus planetarum, & eleuationibus, quia aliquãdo ſunt in auge ſuperiori, quia magis eleuantur a terra, aliquando in oppoſito augis, quia magis appropinquant terræ, & retrogradationibus, quia aliquando planeta eſt directus, aliquando retrogradus ſine ecentricis & epyciclis, multi tamen conati ſunt hoc improbare, nam Commenta. in 12. Meta. contra hanc poſitionem ſuas rationes adducit, licet non perfecte concludant. Simplicius uero uidetur uelle, ꝙ etſi aliæ apparentię poſſint ſaluari ſine ecentricis, iſta tamen apparentia non poteſt ſaluari, ꝙ ſol magis eleuatur a terra in æſtate, q̃ in hyeme. Centrum ergo circuli deferentis ſolem eſt ecentricus, & non habet centrum ſuum in centro terræ, ſed in una parte magis eleuatur a terra, q̃ in alia, & in æſtate eſt in illa parte, qua magis eleuatur a terra. In hyeme uero eſt in illa parte, qua magis appropinquat terræ ſicut & ſenſibiliter apparet. Secundum hoc ergo uidetur, ꝙ ſit dare ecentricos, & pari ratione dici poteſt, ꝙ ſit dare epyciclos. Quare autem ſit maior calor in æſtate, q̃ in hyeme, cum ſol uideatur eſſe propinquior terræ in hyeme, q̃ in æſtate in ſequenti capitulo poterit declarari.

Not. Alpetrag. in libro de ſphera phi ſicis rationibus probata.

Com. 45. In. 2. de ce. Non perfecte concludunt, quia cẽs iſte rõnis Auer. ſoluuntur à Franciſco capuano in de theorica ſolis.

Quod ecentritas Solis in ſeptentrionali parte terræ non facit æſtatem frigidam, & hyemem calidam, ſed quoddam temperamentum inducit. Cap. XVII.

DICEBATVR in præcedenti capitulo, ꝙ propinquior eſt ſol terræ in hyeme, q̃ in æſtate, & ex hoc uidebatur oriri materia quæſtionis quare in æſtate plus abundat calor, q̃ in hyeme, ſed cum multæ ſint cauſæ caloris præfata ſolis propinquitas quoddam temperamentum inducit in parte ſeptentrionali terræ, ſed hoc non agit, ut hyems ſit æſtate calidior. Credimus quidem terram habe

re gibboſitatem quandam in parte ſeptentrionali, quæ gibboſitas propter ſui altitudinem remanet diſcooperta, cętera autem terra creditur eſſe cooperta aquis, & quia ſol habet augē ſuam in ſeptentrionali parte, & quia ſole exiſtente inſignis ſeptentrionalibus eſt nobis æſtas, conſequens eſt, q in æſtate ſol magis eleuetur a terra, & ſit longior ab ea, q̃ in hyeme, ex quo inducitur temperamētum quoddam in hyeme, & in æſtate, ut æſtas non ſit ita intemperate calida, & hyems ita intemperate frigida. Ponuntur enim cōmuniter tres cauſæ caloris & frigoris ſolum reſpectu terræ, nam directio multa mora, & propinquitas ſunt cauſæ caloris, nam quando ſol directe, uel quaſi directe reſpicit capita noſtra, & multum moratur ſuper nos ſi eſſet propinquus nobis immoderatos calores generaret. & ſicut tres ſunt cauſæ caloris, directio, multa mora, & propinquitas Sic tres ſunt cauſæ frigoris, obliquitas, parua mora, & longinquitas. Si ergo ſol oblique nos reſpiceret, & parum moraretur ſuper nos, & eſſet longinquus, & remotus fieret immoderatum frigus. Et inde ergo contingit q ecentritas ſolis facit temperamentum in hyeme & in æſtate, quia in æſtate ſunt duę cauſæ caloris & propter ecentritatem ſolis eſt una cauſa frigoris contemperans. In hyeme uero ecōuerſo Nam in æſtate una cauſa caloris eſt directio ſolis eo q in æſtate ſol multum appropinquat ad capita noſtra, & q directe mittit radios ſuos ſuper nos, ut ex hoc magnus calor generetur in nobis, magis autem, & minus, prout ſol unam partem terræ magis directe reſpicit, q̃ aliam, ut ultra marinas partes magis directe reſpicit, q̃ citra marinas. Erit itaq; in æſtate una cauſa caloris directio ſolis, erit autem ſecunda cauſa multa mora, quia plus moratur ſuper capita noſtra ſol in æſtate, q̃ in hyeme, nam tādiu ſol reſpicit nos, q̃diu eſt dies nobis, & hec duæ cauſæ non ſunt ęqualiter cauſæ caloris, quia directio etiam in parua mora plus cauſat calorem, q̃ obliquitas in multa mora, quia ſi ſuper ignem quis teneret manum plus tale faceret in parua mora, q̃ ſi teneret ex latere in multa mora. Et licet directio, & multa mora cauſent calorem in æſtate, eſt tertia cauſa caloris contemperans, uidelicet, ſolis longinquitas, ſiue ſolis altitudo. Nam circulus deferens ſolem dicitur ecentricus, quia non habet cētrum ſuum cum centro terræ, nam ſi circulus ille eſſet concentricus, & haberet idem centrū cum terra ſemper æqualiter circuit terram, & ſemper æqualiter eleuaretur a terra, ſed circulo illo in quo dicitur eſſe ſol exiſtente ecentrico, conſequens eſt, q ille circulus in una parte magis eleuetur a terra, & in alia magis appropinquet, & quia pars magis eleuata a terra eſt ſeptentrio

Quādo nobis æſtas contingat.

Tres cauſæ caloris & frigoris per relationē ad terram.

Experientia eſt argumentum ſermonum uerorum.

Quæ ſit pars magis eleuata a terra.

nalis, magis autem appropinquans eſt meridionalis, ut patet ſcientibus aſtronomiam quia ergo ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibus in æſtate, in meridionalibus in hyeme, ideo magis eleuatur a terra in æſtate, q̃ in hyeme. Bene ergo dictũ eſt, ꝙ ſi in æſtate ſunt duæ cauſæ caloris directio radiorũ ſolis, & multa mora, quia magni ſunt dies in æſtate, eſt tertia cauſa frigoris contẽperans eleuatio ſolis a terra, quia ſol in æſtate eſt in illa parte ſui circuli, quo magis eleuatur a terra, ſic etiam in hyeme ſunt duæ cauſæ frigoris obliquitas radiorum, quia ſol ualde oblique nos reſpicit in hyeme. & parua mora, quia ſol parũ moratur ſuper nos in hyeme cum ſint parui dies. Sed eſt tertia cauſa caloris cõtemperati depreſſio ſolis. quia ſol eſt in illa parte ſui circuli in hyeme, quæ eſt magis depreſſa, & quæ magis appropinquat terræ. Auicenna tamen uiſus eſt innuere quartam cauſam caloris, & frigoris, quę eſt uelox & tardus motu ſolis. Nam idem eſt moueri calefactiuum, uel calefactibile, ut aqua non calefit a ſole ſi uelociter mouetur Non enim poteſt ibi figi radius calefactus, ut ſenſibiliter appareat, ꝙ aqua multũ currens in ſua frigiditate remaneat, ut nihil, uel modicum calefiat a ſole, aqua uero ſtans ſtatim calefit per ſolem. Pari quidem ratione ſi ipſe ſol calefactus uelocius mouetur uno tempore, q̃ in alio, conſequens eſſet, ꝙ quantum ad hoc minus calefaciat in illo tempore, q̃ in alio, & quia ſol uno tempore deſcribit minorem circulum, q̃ in alio, cum ſemper deſcribat ſuum circulũm in die naturali, qui ſemper eſt æqualis alii, manifeſte concluditur, ꝙ quando deſcribit maiorem circulum uelocius mouetur, q̃ quod deſcribit minorem. Si enim aliquis in tãto tempore faceret paruum circuitum, & alius in illo eodem tanto tempore faceret magnũ circuitum, uelocius moueretur faciens magnum circuitum, q̃ paruũ, ergo quia quælibet dies naturalis eſt ęqualis alii, ſi ſol complet ſuum circulum, p out ſol mouetur ab oriente. & redit in oriens in una die naturali quando hoc faciendo facit magnum circulum uelocius mouetur q̃ quãdo facit paruum, & quia circulus æquinoctialis eſt maximus circulus deſcriptus a ſole quãdo ſol eſt in principio arietis, & in principio libræ, quia deſcribit circulũ ęquinoctialem habet motum ueherciorem, quãdo uero eſt in principio cancri, & capricorni, qui ſunt circuli minimi deſcripti a ſole habet motũ tardiorem. Ex hoc autem uiſus eſt Auicenna, ſcilicet uelle, ꝙ ſub æquinoctiali ſit regio ualde temperata, nam cum ibi dies ſemper ſint æquales noctibus, eſt ibi ſecundum eum temperies aeris, quia quantũ ſol calefaci tin die tantum infrigidat in nocte, & ſemper ibi nox

Vel. 1. fen. ca. 1. 3. doctrine, uel in libris de ſufficiẽt a naturali.

3. doctrina 1. capi. ubi ſupra.

eſt æqualis diei. Rurſus ſol non eſt directe ſuper capita eorũ, niſi quando deſcribit circulum æquinoctialẽ, & quia ibi circulus eſt maximus, uelociſſime tunc mouetur ſol, ut nõ poſſit facere radios ſuper eorum
Contra Auic. capita. Sed nihil eſt curandum de ratione, quæ contradicit ſenſui, homines enim circa partes illas ſunt ita denigrati propter quod omnino
Solutio rationum Auic. concluditur, ꝙ ſit ibi caloris exceſſus. Ad rationes autem Auicennæ, ꝙ ſemper ibi nox eſt æqualis diei, & quando ſol eſt ſuper capita eorum habet curſum uelociſſimum, dici debet, ꝙ directio radiorũ eſt maior cauſa caloris, q̃ aliqua alia cauſa, & quia ſol magis directe reſpicit capita eorum quando plus remouetur ab eis, q̃ capita noſtra quando plus accedit ad nos eſſe non poteſt, quin ibi ſit exceſſus caloris. Re-
Dictorum ſumma. deamus ad propoſitum, & dicamus, ꝙ ecentritas ſolis ratione cuius eſt propinquior ſol terræ in hyeme, q̃ in æſtate non facit, ꝙ æſtas ſit frigidior, & hyems calidior, quia ſi hæc eſſet cauſa frigoris in æſtate ſunt ibi duo aliæ cauſæ caloris, & ſi hæc eſt cauſa caloris in hyeme ſunt ibi
Ptol. I. c. 2. dictionis Almag. & I. geographiæ. ca. 5. duæ aliæ cauſæ frigoris, non erit ergo ex hoc æſtas frigidior hyeme, ſed erit per hoc quoddam temperamentum in æſtate & hyeme. Ex hoc etiam apparere poteſt, ꝙ ſi ultra Zodiacũ in parte meridionali eſſet terra diſcooperta aquis, ꝙ illa terra nõ eſſet habitabilis haberẽt enim illi hyemem quando nos habemus æſtatem, nullum itaq; eſſet ibi con temperamentum, ſed haberent in hyeme omnes cauſas frigoris, haberent enim in hyeme obliquitatem radiorum & paruam moram, quia eſſent parui dies, & magnam eleuationẽ ſolis, quia ſol eſſet in illa parte ſui circuli, quæ magis eleuatur a terra, & in æſtate econtrario haberent omnes cauſas caloris. Ptolemeus tamen poſuit partes noſtras aliquando fieri inhabitabiles, quia augem ſolis, ſiue illam partem circu-
Alii dicũt hoc magis uerificari de Mercurio, quàm de ſole. li in qua magis ſol eleuatur a terra uoluit complere totum circulum, ut aliquando fieret meridionalis, quo poſito ſol in hyeme eſſet in illa parte circuli, quo magis eleuatur a terra, eſſent ergo tunc in hyeme omnes cauſæ frigoris, & in æſtate omnes cauſę caloris. Compertum eſt autem octauam ſpheram nõ habere illum motum, quem poſuit Ptolemeus, ut patet per Thebit in de acceſſu & receſſu octauæ ſpheræ,
Cõtra Ptolo. Thebit. quia ſic uertitur illa ſphera ſuper capita Arietis, & Libræ, ꝙ nunq̃ auges ſolis fiet meridionalis, quare partes noſtræ ſemper habitabiles re-
Not. manebunt. Aduertendum quidem nos dixiſſe omnes dies naturales
Oẽs dies naturales æquales. æquales eſſe, quia quando deeſt, intellectus accipit nihil deeſſe, ergo quãdo parum ſupereſt intellectus accipit nihil ſupereſſe, dies quidem naturalis continet reuolutionem totam diem ſcilicet & noctem, &

tantum

tantum plus q̃tum ſol acquiſiuit proprio motu in huiuſmodi die na turali,quod eſt fere unus gradus,ex eo ꝙ continet reuolutioné totam tanta eſt una dies naturalis, q̃ta eſt alia,ſed ratione illius plus quod eſt fere gradus,una dies naturalis ſuperat aliam, quia illud plus uel ille fere gradus poteſt oriri recte,& apponet plus de tempore,uel obli que,& apponet minus de tempore ſed hoc eſt ita modicum quod non eſt de hoc curandum.

Quod tempus quod eſt numerus motus primi mobilis eſt unum de quatuor coeuis. Cap. XVIII.

COMMVNITER ponunt Doctores eſſe quatuor coeua, ſiue eſſe quatuor quæ ſimul ab initio ſunt producta,uidelicet cœlum empyreum, angelicam naturam,materiā informem, & tempus ſub materia informi deſcribunt omnia corpora quæ ſunt infra cœlum empyreum. Sed de tempore eſt non modica dubitatio, quod fuit illud tempus quod erat coeuum cœlo empyreo uel naturæ angelicæ, ſiue materiæ informi. Dixerunt enim aliqui, ꝙ tempus eſt numerus motus firmamenti quod legitur factum ſecūda die, & quia huiuſmodi tempus non poteſt eſſe coeuū cœlo empyreo, ideo conati ſunt inuenire quod tempus erat illud quod fuit ſic coeuum. Dicunt ergo ꝙ accidit tempori ꝙ ſit numerus motus firmamēti,quia quicunque motus ſit non potent eſſe ſine tempore,& quia oportuit aliquem motum a principio, & aliqua ſucceſſionem quia ſaltem fuit ſucceſſio in cogitationibus angelorum, illud ergo quod manifeſtabat illam ſucceſſionem poterat uocari tempus,& tale tēpus poteſt dici unum de quatuor coeuis. Sed quia ſecundum Auguſt.ſuper Gene.deus fecit cœlum & terram in principio, ideſt in principio temporis, ut per cœlum & terram intelligatur omnis creatura ſecundum ipſum oportet ꝙ ibi tempus accipiatur alio modo, q̃ pro ſucceſſione cogitationum angelicarum,illud ergo tempus eſt unum de quatuor coeuis in cuius initio fecit deus cœlum & terram & omnem creaturam. Et quod ipſi dicūt, ꝙ tempus eſt numerus motus firmamenti,quod factum eſt ſecunda die,planum eſt non ſic eſſe,nam firmamentum factum ſecunda die eſt cœlum ſydereum,uel medium interſtitium aeris,tēpus aūt non eſt numerus motus alicuius iſtorum, imo eſt numerus motus cœli criſtalini,quod a philoſophis uocatur primū mobile,a Sanctis uero dictum eſt cœlum aqueum de quo poteſt exponi, quod ait Propheta,

Quatuor ab initio producta, quæ ſunt coeua.

Opi iſta ē diui Tho. in.1. parte ſum. q.66. artic.4.ad 3.arg.

Cōtra diuū Tho. Lib. 1.c.1.

Tempus ē numerus motus cœli chriſtalini.

Benedicite aquæ quæ ſuper cœlos ſunt domino. Illud enim cœlum aqueum, eſt ſuper omnes cœlos, ſcilicet mobiles, non eſt autem ſuper omnes cœlos ſimpliciter, cum cœlum empyreum inter corporalia ſit omnino ſupremum cœlum. Dicemus ergo eſſe congruum rationi, uidelicet, ꝙ tempus quod nunc eſt numerus motus primi mobilis eſt illud, quod eſt de quatuor coeuis. in cuius pricipio uel initio ſecũdum unũ modũ exponendi dicũtur omnia eſſe facta quãtum ad ſuam ſubſtantiã, ſiue quãtum ad ſuam creationem, licet nõ quãtum ad ſuam omnimodã diſtinctionẽ, nec quantũ ad ſuum ornatũ huiuſmodi autẽ initiũ tẽporis fuit ante omnẽ diẽ & fuit anteꝗ inciperet ueſpere & mane. Ad cuius euidentiã ſciendũ ꝙ ante omnem diẽ & ante creationẽ lucis, & anteꝗ inciperet ueſpere & mane de quinq; fit mẽtio in Gene. uidelicet, de cœlo & terra quũ dicitur ꝙ In principio creauit Deus cœlum & terrã, de tenebris & abyſſo quũ dicitur, ꝙ tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. Et de aqua mota & fluctuante quũ ſubinfertur ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas ꝙ exponẽs gloſa dicit, ꝙ ſicut dominus eſt conditor ſic preerat fluctuãti & cõfuſæ materiæ, non enim Deus mouetur per ſe nec fertur, ſed mouetur ſecundũ ſuos effectus prout facit effectus mobiles & ſtabiles, iuxta illud ſapientiæ. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. Per cęlum enim & terram exponebamus cęlum empyreũ, & terrã, elementũ, per abyſſum & tenebras, exponebamus aquã immixtã aeri, & per illam partem ignis quę nõ erat immixta aquis, quæ poterat per tenebras figurari, per aquas uero ſuper quas ferebatur ſpiritus domini, exponebamus ipſum elementũ aquæ ſic immixtum aeri. Vel poſſumus, ſi uolumus, per aquas ſic fluctuantes intelligere omnes cęlos mobiles, ut hæc quinq; de quibus fit mẽtio in principio Gene uidelicet, cęlum. & terra, abyſſus; tenebrę, & aquæ fluctuantes referantur ad hæc, ſcilicet, ad cęlum empyreum, ad elementum terræ, & ad aquam immixtam aeri, ad ignẽ, & ad omnes cęlos mobiles, ſuper quos tanꝗ ſuper aquas motas ferebatur ſpiritus domini, non ſecundum ſe, ſed ſecundum ipſos cęlos, quos, fecit mobiles, qui erant ſui effectus. Imaginabimur ergo, ꝙ ſtatim, ꝙ fuit uniuerſum creatum oẽs cęli mobiles, qui ſunt noue, uidelicet, ſeptem cęli ſeptem planetarũ firmamentum, ſiue octaua ſphera, & ultimũ mobile, ſiue cęlum criſtallinum inceperunt rotari, & etiam moueri ab oriente in occidens, & etiam cum eis rotari & moueri cepit elementum ignis, & etiam elementũ aeris ſic immixtum aqua, excepta illa parte aeris, quæ erat incluſa inter quæcũq; obſtacula, & iſte motus erat proprius

Opinio propria.

Not.

Gloſa ordinaria.

Quid eſt ſpiritum ſup aquas ferri. Cap. 7.

Et ita pōt intelligi primo omnium creata eſt ſapientia.

primi mobilis, ſicut ergo primũ mobile motu ſuo, qui eſt ab oriente in occidens circũ uoluit omnes alios celos mobiles, & ignem, & magnã partẽ aeris, excepto aere, qui eſt inter obſtacula incluſus, ſic et quia tũc a principio incepit ſic circulariter moueri, a principio fuit tẽpus, quia a principio fuit, ſcilicet, motus primi mobilis. Cũ ergo tp̃s fundatur in primo motu, & non ſit primus motus ſine tp̃e, ab initio fuit tp̃s, qđ nunc eſt, tẽpus itaq; quod eſt numerus motus primi mobilis fuit unũ de quatuor coeuis, ut cõmunis doctorum ſententia proteſtatur.

Quod conuenientius eſt tempus, quod nũc eſt, eſſe illud tempus quod dam de quatuor coeuis, q̃ quodcunq; aliud tempus. Cap. XIX.

QVIA forte dicta præced. cap. non quietant intellectũ, uolumus in præſenti cap. remouere nonnulla contraria, & declarare propoſitũ, ꝙ conuenientius eſt ponere tempus quod nũc eſt eſſe unum de quatuor coeuis ſecundum cõmunem ſanctorum ſententiam, q̃ quodcunq; aliud tẽpus. Nam nomina ſunt accipienda ſecũdũ cõem uſum loquendi, non ſecundum extenſionem uocabuli. Nã cum iurauit Angelus in Apoch. per uiuentem in ſecula, ꝙ non erit amplius tempus cum poſſumus hoc ſaluare ad literã, quia in fine mundi ceſſabit motus primi mobilis, & per conſequens ceſſabit tẽpus, quod nunc eſt, non oportet ad aliud recurrere, niſi ad tp̃s quod nunc eſt, uel ad illud quod includitur in tẽpore quod nũc eſt. Nam in tẽpore quod nũc eſt includitur tempus merendi & demerendi, ceſſante illo tempore, quod nunc eſt, ceſſabit tempus meriti, ſic etiam in propoſito ſi ſecundum communem ſanctorum ſententiam tempus eſt unum de quatuor coeuis, & poſſumus hoc ſaluare de tẽpore, quod nunc eſt, non oportet recurrere ad aliud tẽpus. Sed hunc modum dicendi uidentur multa inconuenientia ſequi Primo quidẽ, quia cum omnia eſſent tũc confuſa non uidebatur fuiſſe primum mobile, ergo nec erit motus eius, & per conſequens nec tempus quod nunc eſt. Rurſus Auguſt. 12. confeſſio. ait. ꝙ ipſe doctor Moyſes, cum commemorat Deum feciſſe celum & terram in principio, tacet de temporibus, ſilet de diebus, innuens ex hoc iſta eſſe facta ante omnem diem, & ante omne tempus, non ergo tempus quod nunc eſt, eſt unum de quatuor coeuis, ſed oportet aliter accipere tempus. Amplius idem ibidem dixit, ꝙ uniformitas terræ eſt inuiſibilis, & incompoſita, nec ipſa in diebus numera-

Acceptio nõiũ ſumitur com muni uſu loquendi.

Apoch. Cap. 10.

Impugnatio opinionis propoſitæ.

Cap. 9.

Eodẽ cap. 9.

ta eſt innuẽs hoc fuiſſe ãte omne tempus ſi ergo informis materia po nitur unum de quatuor coeuis,& ipſa fuit ante omne tempus,& non erit tempus coeuum aliis, niſi forte æquiuocemus in tẽpore. Inſuper idem ibidem dicit,ꝙ ubi nulla ſpecies,ibi nec quicquid uenit nec preterit & ubi non fuit dies nec uiciſſitudo temporum,dies ergo & uiciſſitudo temporum non fuit coeua informi materię. Sciendum ergo,ꝙ materia dicta informis quæ ponitur unum de quatuor coeuis, ut patet per habita,& per ſanctorum dicta,non erat ſic informis, ꝙ careret omni forma, nec erat ſic diſtincta, nec ſic ornata, ut nunc eſt nam ſecundum commune dictum, & ſecundum eos, qui negant tempus, quod nunc eſt eſſe unum de quatuor coeuis,ab ipſo principio omnia ſunt producta ſub ſuis ſubſtãtialibus formis, erat enim terra & aqua, aer & ignis ſub ſuis ſubſtantialibus formis,ſed dicũtur hæc fuiſſe confuſa, quia aqua erat tunc ſic rara, ꝙ ſic immiſcebatur aeri, ut totum aerem redderet confuſum,& confundebat aliquid de igne ſaltem partem illam quæ immiſcetur aeri, confundebat etiam terram quia non ſinebat eam apparere, ut ex hoc diceretur terra eſſe inuiſibilis, nam, ut ſupra patuit,ubi nos habemus, ꝙ terra erat inanis & uacua, alia litera habet,ꝙ erat inuiſibilis, & incompoſita, hoc itaque modo erant elementa confuſa, erant tamen ſub ſuis ſubſtãtialibus formis, etſi elementa eſſent ſic diſtincta, multo magis & cœli producti ſunt diſtincti ſub ſuis ſubſtantialibus formis,ut ſic ẽtiam doctores communiter ponunt,primum ergo mobile in prima creatione rerum productum fuit ſub ſua ſubſtantiali forma, ita ꝙ in illo inſtanti ſuæ productionis moueri cepit ab oriente in occidens, &,ut diximus incepit uoluere & rotare alios cęlos ſibi inferiores. Poteſt tamen dici hoc primum mobile fuiſſe productum confuſum,quia cõfuſus erat motus ſuus ut non plene apparere poſſet,cuius eſſet ille motus, ſed quando dixit deus, fiat firmamentum in medio aquarum,exponendo de cęlo ſydereo,incępit tunc cęlum ſydereum moueri contra motum primi mobilis, & tunc facta fuit diſtinctio cęlorum,ut apparerent alii cęli diſtincti a primo mobili,quia incęperant moueri contra motum primi mobilis.Si ergo tempus quod nunc eſt eſſet numerus motus firmamenti, quia ille motus incepit ſecunda die,bene dictum eſſet,ꝙ tempus quod nunc eſt non fuit unum de quatuor coeuis,ſed cum ſit numerus motus primi mobilis,qui fuit ante omnem diem conuenientius dicitur, ꝙ tempus quod nunc eſt,eſt unum de quatuor coeuis. Ponere enim aliũ motum ante motum primi mobilis omnino uidetur inconueniens, non

Eod.cap.9

Not.

Solutio impugnationis perfecta p ſummã in propria forma erit in ſeq.cap.

Quomodo elemẽta in principio cõfuſa quõ diſtincta.

Motus cœli in principio confuſus donec diceret Deus fiat firmamentum.

dicimus quia deus poſſit hoc facere, ſed ubi poſſumus ſaluare conuenientiam naturæ ſine contradictione ſcripturæ,ut ꝙ primus motus præcedat omnes alias mutationes et motus,omnino debemus hoc facere. Aduertendum ergo, ꝙ lux dicitur facta prima die,quæ fuit facta in initio primi diei,facta fuit tamen ante omnem diem,quia prius intelligitur fuiſſe facta, & poſtea intelligitur fuiſſe mota, & feciſſe ueſperam & mane,& ſic feciſſe primum diem,illa enim lux omnem diem præceſſit nō ſolum natura uel origine,ſed etiam aliqualiter duratione, ſicut inſtans dicitur eſſe ante tempus quod ſequitur inſtans, fuit enim facta in inſtanti,quod inſtans ſequutum eſt tempus ꝙ uocatum eſt ueſpere & mane,& quod fecit diem primum,non enim eſt ueſpera,niſi per motum a meridie in occidētem,nec eſt mane,niſi lux ab occidente ueniat ad oriēs,& currat ad meridiem, & ſic faciat mane. Cum ergo moueri ab oriente in meridiem,&a meridie in occidentem & uenire ad oriens ſit motus primus proprius primi mobilis,ſi lux illa incepit moueri ante omnem diem,conſequens eſt, ꝙ motus primi mobilis fuit ante omnem diem . Dicemus quidem , ꝙ ualde parua mora fuit inter productionem cęli & terræ & productionem lucis. Nam tunc intelligitur producta fuiſſe lux,& facta ſeparatio lucis a tenebris quādo facta fuit diuiſio bonorum angelorum a malis,non quin uere creata fuerit lux corporalis.ſed illa lux corporalis ſignificabat lucem ſpiritualem angelicam ſeparatam a tenebris,ideſt,a malis angelis.Vnde & Auguſt.13.Confeſſ.uult,ꝙ factio lucis fuerit illuminatio ſpiritualis creaturæ,& quia parua fuit morula inter creationem angelorum & lapſum,ualde parua fuit morula inter creationem mundi, & productionem lucis. Negare quidem non poſſumus quin fuit motus primi mobilis quādo lux illa mouebatur uerſus occidentem, quia motus ille nulli aliorū eſt proprius, niſi primo mobili, omnes enim cęli alii uerſus orientem mouentur. Dicere autem in illa parua morula non fuiſſe motum primi mobilis cum eſſet materia fluctuans, & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas,cum ex hoc ſequeretur,ꝙ fuiſſent alii motus ante primum motum, non uidemus quare uelimus iſtud inconueniens incurrere, cum poſſimus ipſum uitare ſine contradictione ſcripturæ. Reuertamur ergo ad propoſitum, & dicamus, ꝙ omnia creata ſunt ſimul ſequendo communem ſanctorum ſentētiam quantum ad ſubſtantiales formas, & ꝙ primum mobile productum ſecundum ſuam ſubſtantialem formam ſtatim incepit moueri uerſus occidentem, quod ſic motum lucem quaſi ſtatim poſtea productam

Not.

Quādo ueſpere appellatur,et quādo mane.

Cap.3.

duxit uerſus occidentem, & fecit ueſperam, & ab occidente duxit ad oriens, & fecit noctem, & poſtea fecit mane, & ſic factus eſt dies unus, quod habuit primo ueſperam, poſtea noctem, & poſtea mane, ſed de nocte non fit in tex. mentio quantum ad computationem diei, ſed dicitur, ꝙ factum eſt ueſpere & mane dies unus. Obiectiones autem Auguſt. & alia quæ uidentur noſtræ ſententiæ obuiare in ſequenti capitulo diſſoluentur.

Quod non obſtante, ꝙ tempus quod nunc eſt, fuit unum de quatuor coeuis, celum & terra ante tempus, & ante omnem diem dicuntur eſſe introducta, ut uerba Auguſt. dicere uidebantur. Cap. XX.

Permanentia cũ tota ſunt ha'ẽt eſſe ſucceſſiua, cũ tota ſunt nihil ſunt Idẽ dicit doc. 2. Sẽt. diſ. 1. q. ultima. Cap. 13.

Succeſſiuorũ partes in ordine nõ in ſimultate conſiſtũt.

De tẽpore non habetur niſi nunc.

Id ẽ eſt nũc tẽporis totius.

VT VERBA Auguſt, poſſimus intelligere, & ut nobis obuiantia poſſimus ſoluere, dicemus, ꝙ non eodem modo habẽt eſſe permanẽtia, & ſucceſſiua, nam eſſe permanentiũ eſt quantum ad ſimultatem partium. Nam ſi domus eſt de genere permanentium, non dicitur eſſe domus, niſi ſint ſimul omnes partes eius, quicquid enim fiendum reſtat de his quę ſunt de eſſentia domus nondum dicitur eſſe domus. Sed non eſt ſic de ſucceſſiuis, quando enim totum ſucceſſiuum productum eſt, tunc nihil de illo ſucceſſiuo eſt, quando enim omnes anni erunt completi, tunc nulli anni erunt. Vnde Augu. 11. confeſ. iſti, ait, omnes anni noſtri erunt, cum omnes non erunt, id eſt, cum nulli erunt, eſſe ergo ſucceſſiuorum non eſt in ſimultate partium, ſed eſt in ordine partium, uel in initio partium, ut quando eſt ordo partium, uel initium partium, tunc dicatur eſſe ſucceſſiuum, uel tunc dicatur eſſe tempus, ordo quidem omnium partium temporis, & initium omnium partium temporis eſt nunc, & unum & idem nũc ſecundum rem fuit initium omnium partium temporis, & nunc eſt ordo omnium partium temporis, & de tempore, ut etiam communiter ponitur non eſt, niſi huiuſmodi nunc. Si ergo modo dicitur eſſe tempus, hoc ideo eſt, quia eſt nũnc, quod eſt ordo partium temporis, et ſi in primordio quando producta fuerunt celum & terra dicebatur eſſe productum tempus, & ex hoc dicebatur coeuũ celo & terræ, hoc erat quia productum erat nũc, quod erat initiũ partium temporis, & quia idem eſt nunc ſecundum rem, quod tunc fuit in initio, & quod nũc eſt ordo partium temporis, idem poteſt dici tempus, quod modo eſt, & quod fuit unum de quatuor coeuis, ſicut idem eſt fluuius Romanus,

quod nunc eſt, & quod fuit, iam ſunt mille anni, licet oēs partes aquæ fluant, & refluāt, & ſucceſſiue labentur. Imaginabimur quidē ꝙ ſicut idem eſt mobile in toto motu, ita idem eſt nunc, ſecundum philoſophum in toto tempore, & ſicut mobile fluens cauſat motum, ſic nunc fluēs cauſat tempus. Et inde eſt, ꝙ. a. Boetius ait, ꝙ nūc ſtans facit æternitatem, nunc fluēs facit tempus. Ipſa eni ſubſtantia primi mobilis ut cauſat motum dicitur eſſe quid mobile, ut cauſat tempus dicitur eſſe nunc. b. & quia tempus non eſt, niſi prius & poſterius in motu, ut ſunt numerata ab anima, conſequens eſt, ꝙ prius intelligatur primum mobile cauſare motum, & deinde cauſare tempus, ut ex hoc tempus dicatur poſterior motu, & menſura motus, eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Ipſum itaq; primum mobile ut cauſat motum dicitur eſſe quid mobile, ut cauſat tempus mediante motu dicitur eſſe nunc, conuenientia ergo erit inter mobile & motum, & nunc & tempus, Nam ſecundum rem idem eſt tempus, quod primus motus, & idem eſt nunc quod primum mobile, c. ideo dicit Cōmenta, in. 4. phi. tolle animam, ſcilicet, numerantem, non remanet niſi motus, & res mota, itaq; ſine anima numerante eſt tempus materialiter, quia eſt prius & poſterius in motu, complementum tamen ſuum habet tempus ex anima numerante, idem eſt ergo realiter in re extra tempus quod primus motus, & hoc modo eſt idem nunc temporis & primum mobile, itaque ſicut mobile aliquando eſt initium motus abſque eo ꝙ ſit continuatiuum motus, ſic nunc temporis aliquando fuit initium temporis abſque eo quod eſſet continuatiuum temporis, ideo quidem nunc eſt continuatiuum temporis, quia eſt finis præteriti, & initium futuri, & eſt ordo temporis, quia eſt ordo præteriti ad futurum, ſed quando incepit eſſe tempus nunc, non erat continuatiuum temporis, actu, quia nihil præceſſerat de tempore, & non erat ordo præteriti ad futurum, quia nihil erat de tempore preteritum, ſed totum erat futurum, erat enim initium temporis, ut ex hoc diceretur īcipere eſſe tempus, quia quelibet res dicitur incipere ī ſuo initio, ſi igitur ī prima creatione mundi incepit nunc temporis ſequitur ꝙ in ipſa prima creatione incepit eſſe tempus non in ſe ſed in ſuo initio. Patet ergo, ꝙ tempus fuit coeuum cęlo & terre, itaq; tunc fuit tempus & nunc eſt tempus, nec tunc fuit de tempore niſi nunc, nec modo eſt de tempore niſi nunc, aliter tamen in ipſo primordio ſe habuit nunc ad tempus & modo, Nam modo nūc eſt finis præteriti & initiū futuri ſed in ipſo

4.phi tex. com. 90. 91.104.et 105.

a In lib. d tri. cap.9.

b.4. phi. tex. com. 101.

Idē realiter eſt tēpus et motus primi mobilis nūc fluēs & primū mobile.

c.4. phi. 89.104.et 109.

primordio nunc fuit ita initium futuri, ꝙ non fuit finis præteriti. Ex hoc ergo clare cognoſcitur quomodo cognoſcere poſſumus, ꝙ ante omne tempus fuit cęlum & terra, & ꝙ tempus eſt coęuum cęlo & terræ, ſimulq; cum cęlo & terra incepit eſſe tepus, & tamen cęlum & terra fuerunt ante omne tempus. Dicebamus quidem, ꝙ tempus incępit ſimul cum cęlo & terra non in ſe, ſed ſecundum ſuum initium, ergo ſi conſideramus tempus ſolum quantum ad ſuum initium incępit eſſe ſimul cum cęlo & terra. Sed ſi conſideramus ipſum in ſe fuit poſt cęlum & terram, in primo itaq; primordio nunc temporis ita fuit initiū futuri, ut dicebatur, ꝙ non fuit finis præteriti, quia nihil adhuc fuerat de tempore, ergo illud initium, & illud nunc primordiale fuit ante omne tempus, & tempus nunc non erat in ſe, nec fuerat in ſe, ſed fuerat in ſuo initio, ſed modo licet de tempore non ſit niſi nunc, fuit tamen tempus ante iſtud nunc. In tempore autem ponimus multa nunc, & unum nunc, multa ſecūdum rationem, unum autem ſecundum rem, ſicut in ipſo motu ponimus multa mobilia, & unum mobile, multa ſecundum rationem, unum autem ſecūdum rem, Sicut ſi ſortes de theatro uadat ad forum, idem erit ſecundum rem ſortes in theatro, & ſortes in foro. ſecundum rationem tamen uult Philoſophus, ꝙ differat a ſeipſo, ut eſt in theatro, & ut eſt in foro, ſic idem eſt nunc ſecundū rem quod fuit a primordio, & quod incępit cum cęlo & terra, & quod fuit ſolum initium temporis ab ꝗ eo, ꝙ eſſet continuatiuum temporis, & ꝙ eſſet ordo præteriti ad futurum & nunc quod eſt continuatiuum temporis, & eſt ordo preteriti ad futurum, quia eſt finis preteriti & initium futuri, ſed ſecundum rationem differt hoc nunc ab illo, immo cum continue fluat nunc, & continue fluendo continue ſit tempus, ſemper erit continue idem nunc ſecundum rem, aliud & aliud ſecundum rationem. Dicemus ergo, ꝙ ſicut mobile fluens cauſat motum, ita nunc fluens cauſat tempus, & ſicut mobile fluens, & cauſans motum ſemper eſt aliud & aliud ſecundum rationem, idem autem ſecundum rem, ſic nunc fluens & cauſans tempus ſemper eſt aliud & aliud ſecundum rationem, idem autem ſecundum rem. Aduertendum autē ꝙ licet tanta ſit conuenientia inter nunc & mobile, & tempus & motum, nunc tamē non eſt idem cum quolibet mobili, nec tempus eſt idē cum quolibet motu, ſed nunc eſt idem ſolū cum primo mobili, & tempus eſt idem ſolum cum primo motu. Dicentes uero ꝙ accidit nunc, ꝙ ſit idem cum primo mobili, & per conſequēs accidit tempori, ꝙ ſit idem cum motu eius, quia ſi fuit alius motus ante motū primi mobilis,

Nunc quō in principio ſe habuerit, & qualem cōditionem ſibi modo reſeruet.

In tempore multa nunc et unum. 4. phi. tex. com. 104

Nunc fluens cauſat tēpus ſicut fluens mobile cauſat motum

Di. Tho. in 1. par. ſū b. 66. ar. 4. ad. 3. argu.

bilis, de neceſſitate fuit tempus quod fuit numerus prioris & poſterioris ille motus (ut patet) per iam dicta, nullam uidemus rationem & cauſam, ꝙ oporteat ponere motum aliquem ante motum primi mobilis nullo autem modo eſt ſcripturæ ſacræ contrarium, omnimode autem eſt conſonum rationi, ꝙ in ipſa prima creatione rerum incępit primũ mobile moueri, itaꝙ tẽpus quod eſt numerus primi motus non in ſe, ſed in ſui initio, ſimul incępit cum ipſa creatione rerum ut eſſet coęuum rebus primo creatis, uidelicet, naturæ angelicæ, & cęlo empyreo & materiæ informi, nam cum cęli & elementa ſecũdum communem ſententiam doctorum fuerint a primordio creata ſecundum ſuas ſubſtantiales formas, licet per preceſſum tẽporis aliquam diſtinctionem acceperint, & aliquem ornatum nullum in conueniens ſed omnino conueniens eſt ponere, ꝙ primum mobile in illo primordio productum ſecundum ſuam ſubſtantialem formam, moueri incępit ſecundum ſuum proprium motum, cum ex hoc multa incõuenientia uitentur, & multa conuenientia ſaluentur. Ex hiis autem ſolui poſſunt omnia inconuenientia ſuperius facta Nam cum dicitur, ꝙ in illo primordio omnia erant confuſa, & ꝙ nõ erat primum mobile, & per conſequens non erat motus eius, nec tempus quod eſt numerus illius motus ideo ſi fuit tempus aliquod coęuum prime productioni oportet accipere tempus aliud q̃ tempus quod eſt numerus motus primi mobilis, patet in illo primordio fuit productum primum mobile & omnes alii cęli ſecundum ſuas ſubſtantiales formas, prout etiam concedunt negantes tempus quod eſt numerus motus primi mobilis eſſe unum de quatuor coęuis, quare ſi in illo primordio ſecundum ſuam ſubſtantialem formam productum fuit, non eſt inconueniens ꝙ ſecũdum ſuum motum proprium in illo primordio motum fuerit Quod uero ipſi aiunt ꝙ tempus quod nunc eſt numerus motus firmamenti quod fuit factum ſecunda die, patet eſſe falſum quia firmamentum etiam ſi accipiatur pro cœlo ſydereo non eſt primum mobile, ed eſt octaua ſphera in quo eſt zodiacus, in quo ſunt tot ſtelle quod preſidet etiã ſeptẽ orbibus ſeptem planetarum, primum uero mobile eſt nona ſphera ſuper nonum cęlum quod a Theologis uocatur cęlum criſtallinum ſiue cœlum aqueum, a Philoſophis uero ignorantibus naturã illius corporis uocatum eſt primum mobile uel ultimum mobile, ſed quia non poſuerunt ipſi philoſophi aliud corpus ultra illud primum ſiue ultimum mobile, ideo dixerũt omne corpus mobile, & omne mobile corpus, ut patet ex cęlo & mundo. Theologi quidem preuia re-

Solutio ſuperiorum argumentorum in propria forma.

Ad aliud

Vltimũ celum apud philoſo. ultimũ mobile.

6. phi. Tex com. 32. & 1. de cœlo tex. cõ. 57.

uelatione diuina dicunt eſſe decimum cęlum,uidelicet cœlum empy-reum ſiue cœlum igneũ non ab ardore ſed a ſplẽdore ſtabile non mo-tum quod a primordio fuit locus angelorũ,quia ut credũt ſācti mox creatũ ſtatim angelis eſt repletũ,& nũc eſt locus beatarũ animarũ,hoc autẽ cœlũ eſt ſupra omnes cęlos corporales ſimpliciter,& eſt ut dixi-mus decimũ cęlum,primũ quidem ſiue ultimũ mobile eſt infra iſtud cęlum,& eſt nonũ cęlum & eſt ſuper omnes cęlos non ſimpliciter ſed ſupra omnes cęlos mobiles,& accipiẽdo cęlos a globo lunari ſupra nõ eſt niſi ſupra octo celos uidelicet ſupra octauā ſpherā quod eſt cęlũ ſy-dereũ & ſupra ſeptẽ cęlos ſeptẽ planetarũ. Quod autẽ addebatur de Auguſt. 12.cõfeſ.ꝙ Moyſes dei famulus cõmemorās i principio deũ feciſſe cęlũ & terrā tacet de tẽporibus ſilet de diebus annuens per hoc cęlũ & terrā fuiſſe facta āte omnẽ diẽ,& āte omne tẽpus,ut patet per iā dicta cęlũ & terra fuerũt facta āte omne tẽpus,& fuerũt facta ſimul cũ tẽpore.Nā tẽpuſ eſt unũ de quatuor coeuis & fuit productũ ſimul cũ cęlo & terra nõ in ſe ſed in ſuo initio quod preceſſit omne tempus. Nam illud initium & illud nunc ita fuit principium futuri & principi um omnis tẽporis ꝙ non fuit finis preteriri,nec finis alicuius tẽporis, quia nihil adhuc tunc fuerat de tempore,ergo ſi conſideremus tẽpus in ſe cęlũ & terra fuerũt ante omne tẽpus & āte omnes dies,ſed ſi cõſi deremus tẽpus in ſui initio,cęlũ & terra ſunt coeua tẽpori. Quod uero addebatur ꝙ informitas materię nõ eſt numerata i tẽpore,& ꝙ ex hoc preceſſit omnem diem & omne tempus. Dicemus ꝙ ſicut cęlum & terra preceſſerunt omne tempus & ſunt coeua tẽpori,ſic illa informis materia que nomine terre poteſt nũcupari preceſſit omne tẽpus, & eſt coeua tẽpori,quia preceſſit tempus,in ſe eſt coeua tẽpori quātũ ad ſuũ initium.Nā in illo primordio nihil adhuc fuerat de tempore ſed eſſe incepit initiũ tẽporis,Quod etiā addebatur quia ſecũdũ eũdẽ. Auguſt. ubi nulla ſpecies nullus eſt ibi ordo,nec uenit quicꝙ nec preterit,nec eſt ibi dies nec uiciſſitudo tẽporis,oportet ad illud reſponderi non per cõ munia ſed per opinionẽ propriā Auguſt.Voluit enim Auguſt.ꝙ infor-mitas materię preceſſit ſuā formationẽ non tẽpore ſed origine & natu ra,quia ſẽper informe ſecũdũ ipſũ natura & origine precedit formatũ, & ſicut materia informis natura & origine preceſſit ſuā formationẽ, ita multo magis natura & origine preceſſit omne tẽpus. Nā ſecundũ ipſũ cęli & elementa ab initio fuerunt formata & diſtincta.Sed dicun tur fuiſſe producta informia,quia natura & origine preceſſerũt ſuam formationẽ,& quia ſub iſta informi materia cõtinetur ipſum primum

Ad aliud. *Cap.9.* *Tẽpus in ſe et in ſuo princ.* *Ad aliud.* *Solutio et interpretatio uerborum Aug. 12. cõfeſ. Cap.9.in fine capi. 12. confeſ. Cap.29.*

mobile in cuius motu fūdatur tempus,ſecūdum hāc opinionem primum mobile ut pertinet ad informem materiam precesſit ſuā forma tioē natura & origine,& ipſa informatio primi mobilis natura & origine præcesſit ſuū motum cum ſit accidēs,& ſubſtantia natura & origine ſit prior accidente,& multo magis præcesſit tempus,cum motus ille natura & origine ſit prior tempore,& ſit cauſa temporis, per hec autem ſunt omnia declarata & argumenta ſoluta.

Quod mundus factus eſt & incępit ante omne tempus & cum tempore, ſed non incępit in tēpore, incępit quidem ante omnem diem ſed nou incępit indie nec cum die. Cap. XXI.

QVONIAM Auguſt.de Inceptione mūdi & de factione cęli & terre,ac etiā de factione ſiue de productione illius materie informis uidetur diuerſimode loqui,quia aliquādo(ut patet ex Auguſt.12.confeſ.)iſta oſtēdit eſſe facta & producta āte tēpora, quia quū de productione iſtorū loquitur Moyſes tacet de tēporibus ſilet de diebus innuēs iſta eſſe producta āte omne tēpus & ante omnem diē.Sed in.xi.de ciuitate dei uult ꝙ mūdus ſit factus cum tempore ſed nō in tēpore,ait enim proculdubio nō eſt mūdus factus in tēpore ſed cū tempore,& eſt ante aliquod tēpus,nam ſit prius id quod eſt preteritum & eſt ante illud quod eſt futurū,ſed nullum tempus poterat eſſe preteritū ante productionē mūdi,quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur tempus.Ideo idē Auguſt.ibidem ait ꝙ cū tēpore factus eſt mundus ſi in eius cōditione factus eſt mutabilis motus, ſic uidetur ſe habere etiam ordo primorum.ſex uel ſeptem dierum in quibus mane & ueſpera nominantur, donec omnia que eis diebus Deus fecit ſexto, perficiuntur ſeptimo in magno miſterio dei uacando commendatur.Verū quia Auguſt.ſemper dubie loquitur in hac materia,licet aduna partē ſēper uideatur declinare Magis q̄ ad aliā.a.ideo idem ibidē ſubdit ꝙ qui dies cuiuſmodi ſint aut perdifficile nobis aut etiam impoſſibile eſt cogitare. Sed licet Auguſt. in hac materia nihil pertinaciter aſſerat,dat tamē nobis materiā cogitādi,& innuit mūdū fuiſſe factū & incępiſſe āte omne tēpus & cū tēpore ſed nō in tēpore, innuit etiam ꝙ in ipſa cōditione mundi factus eſt motus mutabilis,cū quo factum eſt tēpus,cum quo tēpore incepit mūdus. Innuit inſuper ꝙ ſic fuit factus iſte motus mutabilis ſicut uidetur ſe habere ordo ille

Cap.9.

Cap.5.

xi.de ciuitate dei. Cap.6.

Perplexitas Augu. in interpretatione oper. ſex dierum.

a.Infi.cap. 6.

primorum ſex uel ſeptem dierum in quibus mane & ueſpera nominã tur donec omnia ſunt facta. Secundum uero communem ſanctorum ſententia non reuocantium in dubium ꝙ ad literam fuerunt huiuſmo di ſex dies per quos lux illa producta pergens a meridie in occidentem faciebat ueſperam, ueniens autem ad oriens & rediens ad meridiem faciebat mane, & ſic erat dies unus ubi erat completa circulatio inci piens a meridie, uel ab oriente ubi creditur facta illa lux et rediens il luc facit ueſperam & mane, ergo dicere poſſumus ꝙ mũdus factus ſta tim fecit motum ab oriente in occidens ſecundum quem motum illa

ubi ſupra lux producta ſtatim incepit moueri & facere ueſperam & mane, quo poſito uerificatur dictum Auguſt. ꝙ mundus fuit factus ante tempus

Quibus et quot. modis aliquid eſt tẽpore tex.cõ.115. & cum tempore ſed non in tempore. Diſtinguit autem philoſophus in.4.phi.ꝙ quatuor modis dicitur aliquid eſſe in tempore, primo qui dem modo dicitur aliquid eſſe in tempore quia eſt cum tempore, uel etiã quãdo eſt tẽpus. Sed iſte modus multis uidetur ĩproprius quod patet quadrupliciter, primo prout tempus comparatur ad motum.

1.impug.cõtra.1.motũ Ter. phi. tex.com.6. & .9. 2. prout comparatur ad locum. 3. prout comparatur ad ſpiritualia, & 4. prout cõparatur ad corporalia. Prima uia ſic patet. Nam ſicut ali qua ſunt in tempore & dicuntur eſſe temporalia, ſic aliqua ſunt in mo tu & dicũtur eſſe mobilia, & cum motus de ſe ſit quidam actus quia eſt actus mobilis, ita mobilia proprie ſunt in motu que actu mouen tur, ſi ergo hoc eſſet eſſe in tempore, eſſe quando eſt tempus hoc eſſet eſſe in motu eſſe quando eſt motus. Quo poſito uno quocunq; moto omnia mouerentur ut mota materia moueretur terra & mouerentur omnia. Nam quodcũq; ſit illud quod modo poſſumus affirmare ꝙ motus eſt & omnia alia entia ſunt quando eſt ille motus, ſed quia ut dictum eſt hoc dicebatur eſſe in motu eſſe quando eſt motus, uno mo to omnia entia ſunt in motu & omnia mouerentur, quare ſi non eſt eſ ſe in motu, eſſe quando eſt motus, non erit eſſe in tempore eſſe quan do eſt tempus, ſed hoc erit eſſe in tempore contineri a tempore. Secun

2.impug. da uia ad hoc idem patet prout tempus comparatur ad locum. Nam ſi hoc eſſet eſſe in tempore eſſe quando eſt tempus, hoc eſſet eſſe in lo co eſſe quando eſt locus, & quia granum milii poteſt eſſe alicuius lo

Tex.com. 116. cus quia aliquid poſſet eſſe in grano milii. Hac itaq; hipotheſi, ſtante eſſet in grano milii omne illud quod eſt quãdo eſt granum milii, ideo arguit philoſophus in.4.phi. ꝙ cœlũ eſſet in grano milii, quare ſi non eſt eſſe in loco eſſe quando eſt locus quia totum cœlum eſſet in grano

3.impug. milii quia eſt quando eſt granum milii, ſed eſſe in loco eſt contineri a

loco, ſic non eſt eſſe in tempore eſſe quando eſt tempus, ſed eſſe in tempore eſt contineri a tempore Tertia uia ad hoc idem ſumitur prout tẽpus comparatur ad ſpiritualia, ſi enim hoc eſſet eſſe in tempore, eſſe quando eſt tempus, uel eſſet ſupra tempus, ipſe enim intelligentie, & etiam ipſe deus eſſet in tempore quia eſſet quando eſt tempus, cum tamen ſecundum ueritatẽ, Deus non ſit in tempore, ſed ſit ſupra tempus quia non continetur a tempore, ſed magis continet tempus, non enim opus habet Deus ut ab aliquiuo contineatur, quia ipſe continet omnia. Vnde Auguſt. primo confeſ. circa principium loquens de hoc dicit. An ne habes opus ut a quoq; continearis qui contines omnia? Quarta uia ad hoc idem ſumitur prout tẽpus comparatur ad corporalia. Nam ſi hoc eſſet eſſe in tempore, eſſe quando eſt tempus hoc eſſet eſſe in rebus corporalibus eſſe quando ſunt corporalia, & quia quodlibet corpus eſt quando eſt aliquod corpus, quodlibet corpus eſſet in quolibet corpore, Vinum eſt in Vaſe, & Vas in Vino, cum uas ſit quando eſt uinum, continens eſſet in contento & e conuerſo, & omnia in omnibus que ſunt impoſſibilia ſic ergo non eſt eſſe in re corporali eſſe quando eſt res corporalis ſed eſſe in aliquo corpore eſt contineri ab aliquo alio corpore, ſic non eſt eſſe in tempore eſſe quando eſt tempus ſed eſt contineri a tempore. Pretermiſſo igitur primo modo eſſendi in tempore, cum non dicatur aliquid eſſe in tempore quia eſt quando eſt tẽpus, ponit philoſophus in .4. phi. Tres modos alios eſſendi in tẽpore. Nam longum & breue, & multum & paucum ſunt in tempore, & preteritum & futurum & etiã ipſum nunc ſunt in tempore, & tertio ipſa temporalia dicuntur eſſe in tempore, qui Tres modi eſſendi in tẽpore ſic accipiuntur. Nam aliquid poteſt dici eſſe in tempore quia eſt paſſio temporis ſiue proprietas temporis, nam ſemper paſſio dicitur eſſe in eõ cuius eſt paſſio, ergo paſſiones & proprietates temporis ſunt in tempore, & ſecundum hunc modum longum & breue multum & paucum ſunt in tempore quia ſunt paſſiones tẽporis, ſicut enim linea dicitur longa & breuis, quia longum & breue ſunt paſſiones lineæ, & ſicut numerus & q̃titas diſcreta dicitur multa & pauca, ſic omnia hec dicuntur de tempore quia tempus dicitur longum & breue, & dicitur multum & paucum. Secundo modo dicitur aliquid eſſe in tempore quia eſt aliquid temporis ut puta quia eſt pars ſcilicet temporis, & ſecundum hoc preteritum & futurum ſunt in tempore quia ſunt partes temporis, ſecundum hoc etiam poteſt dici etiam aliquid in tempore quia eſt continuatiuum temporis, & ſic nunc dicitur eſſe in tempore

Deus ſup. tempus. Cap.3.

Deus omnia continet Nec Deus eſſet niſi omnia contineret.

4. tex. com. 117. uſque ad tex. cõ. 128. incluſiue.

qui continuat tempus,eſt enim nunc in tempore,quia eſt inter tẽpus & tẽpus,eſt enim inter preteritũ & futurũ.Nam ſicut dicitur aliquid eſſe in aqua,quia eſt inter aquã & aquã,& ex utraqꝫ parte habet aquã ſic eſt nunc in tempore quia eſt inter tempus & tẽpus,& ex utraqꝫ parte habet tempus,ante enim & poſt habet tempus,ante quidem habet preteritũ & poſt habet futurũ eſt enĩ finis preteriti & initiũ futuri.Aduertendũ tamẽ ꝙ inſequẽdo uiã philoſophi nũq̃ totũ tẽpus erit preteritũ,& nũq̃ totũ fuit futurũ,itaqꝫ nũq̃ eſt uel erit uel fuit totũ preteritũ uel totũ futurũ,ſecũdũ ergo uiã illã preteritũ & futurũ nũq̃ ſunt tempus ſed ſemper ſunt partes tẽporis,itaqꝫ preteritum & futurũ non poſſunt eſſe in tempore tanquam totum in toto, ſed tanq̃ partes in toto ſed ſecundum fidem & ueritatem in ipſa creatione mũdi tempus erat totum futurum,itaqꝫ tunc futurum non erat pars tempotis ſed totum tempus,& infine mundi ceſſante motu primi mobilis tempus erit totum preteritum,itaqꝫ tunc preteritum erit totum tẽpus non pars temporis.Sic etiam dicere poſſumus de ipſo nũc ꝙ ſecũdũ philoſophum ſemper nunc eſt in tempore,& eſt inter tempus & tempus, Et ſecundum ipſum nunq̃ eſt dare nunc quod ſit ante omne tempus nec quod ſit poſt omne tempus, habet enim tempus ſe non ſicut linea recta, ſed ſicut circulus. Nam in linea recta eſt dare punctum in capite lineę, & infine lineæ, & in medio lineæ,itaqꝫ nullus eſt punctus in circulo qui non ſit inter lineam & lineam. ſic ut uidetur cum tempus non aſſimiletur lineæ recte ſed lineæ circulari, uera eſt opinio philoſophi ꝙ nullum eſt nunc quod non ſit inter tempus & tempus, & non eſt uera ſententia fidei ꝙ ſit dare nunc ante omne tempus uel ſit dare nunc puſt omne tempus Dicendum ergo ꝙ hæc imaginatio philoſophi non concludit, quia tempus ſe habet tanq̃ linea circularis uel ſicut circulus in fieri non in facto eſſe, imaginabimur ergo quod nunc fluens facit tempus ſicut ſi punctus fluens faceret lineam. Poſito ergo ꝙ punctus moueretur circulariter & faceret circulum, & circulus ille eſſet in fieri, eſſet dare punctum ubi incępit fieri circulus antequam nihil eſſet de circulo, & eſſet dare punctum poſtquam nihil eſſet de circulo, ſic imaginabimur in propoſito ꝙ nunc temporis in ipſa creatione mundi incœpit fluere & facere tempus, & deſinet fluere & facere tempus. Illud ergo nunc quod facit tempus quando incœpit fluere & facere tempus, totum tempus erat futurum, & erat ante omne tempus, quando autem deſinet fluere,& quando ceſſabit primum mobile moueri totum

Not. Nulla pars tẽporis eſt totum tempus. 4. phi. teſ. cõ. 89 uel. 93.

De toto tẽpore dicrimen inter ſacros & philo. per relationẽ ad preterit uel futurũ 4. phi. teſ. cõ. 104. 105 106. et 107

Pũctus in linea eſt in princ. in medio. & in fine. cõt. Ariſt.

Nũc eſt ſẽp inter tẽpus et tẽpus, uerũ eſt apud peripatheo. falſum apud Theologos.

tempus erit preteritum, & erit poſt omne tempus ſic ergo fuit in ip-
ſo primordio temporis, & ſic erit in fine temporis modo tamen q̃ diu
durat tempus, preteritum & futurum ſunt partes temporis, & nunc
ſemper eſt continuatiuum temporis, quia eſt finis preteriti, & initium
futuri Reuertamur itaq; ad propoſitum & dicamus ꝙ quum dicere-
mus ꝙ quatuor modis dicitur aliquid eſſe in tempore, quorum unus
eſt omnino a-motus, quia non eſt eſſe in tempore eſſe quando eſt tẽ-
pus, reſtat ꝙ tribus modis dicatur aliquid eſſe in tempore ut ſuperius
tangebatur. Vnus tamen iſtorum modorum diuidit. Nam eſſe in tẽ-
pore quia eſt aliquid temporis poteſt eſſe duplex quia eſt aliquid tem poris tãq̃ pars ut preteritum & futurũ ſunt in tempore uel eſt aliquid in tẽpore quia eſt initium temporis, uel finis temporis uel continuati- uũ temporis, ergo quicquid eſt in tẽpore uel eſt pars ſcilicet temporis

eſſe aliquid temporis eſt duobus modis

uel initium temporis, uel paſſio temporis, uel eſt menſuratum & nu-
meratum a tempore. Ex his autem patere poteſt quod ſupra diceba
tur uidelicet ꝙ mundus non fuit factus in tempore, nec incepit in tem
pore nec ſecũdum totũ ſuũ eſſe, uel ſecundũ totam ſuam durationem
eſt in tempore, quia uel hoc eſſet tanq̃ pars temporis ſicut preteritum
& futurum, uel tanq̃ initiũ tẽporis ſicut nunc, uel tanq̃ paſſio tẽporis
ſicut longum & breue, multũ & paucũ uel tanq̃ cõtentum a tempore
conſtat autẽ ꝙ mũdus non eſt pars temporis, non enim diuiditur tem
pus in mundos, nec etiam ſe habet mundus ſecundum ꝙ huiuſmodi
tanq̃ continuatiuũ eius, & dato ꝙ idem ſit ſecundum rem nunc cum
ipſo mundo uel cum primo mobili quod eſt in mundo non tamen
ſub illa ratione eſt continuatiuum temporis, ſed ſub hac ratione ut eſt
nunc dicitur eſſe continuatiuum eius, nec etiam mundus eſt paſſio
temporis ut hoc modo dicatur eſſe in tempore uel fieri in tempore
ſicut accidentia fiunt in proprio ſubiecto. Relinquitur igitur ꝙ
ſi mundus eſt factus in tempore, uel ſi factio mundi dicitur fuiſ-
ſe in tempore hoc erit ratione continentiæ, quia continebatur in
tempore, fuiſſe ergo primo tempus q̃ mundus fuiſſet factus, ita-
ꝙ mundus non fuit factus in tempore, quia tempus non preceſſit
mundum, fuit autem factus cum tempore & ante tempus quia fuit
factum in illo initio temporis, ſiue in ipſo nunc quod inchoauit tem
pus quod ſecundum ſe eſt ante omne tempus, quia ſemper initium eſt
ante illud cuius eſt initium, ſed tamen huiuſmodi nũc & huiuſmodi
initiũ tẽporis ut eſt cõiunctũ tẽpori eſt ſimul cũ tẽpore ſecũdũ quẽ mo-
dũ loquitur philoſophus in. 4. phi. ꝙ non eſt tempus ſine nũc, nec nunc

Tex. com. 123. & 125.

ſine tempore, mundus ergo factus in nunc temporis quod fuit primũ initium temporis dicitur fuiſſe factus ante tempus & cum tempore ſed non in tempore, prout in titulo huius capituli dicebatur, & prout eſt per habita manifeſtum. Omnibus ergo pretactis modis non habet dici mundus factus in tempore quia non continetur a tempore, nec ſunt in mũdo alii modi tacti ſuperius per quos dicatur mũdus factus in tempore, poteſt tamen ſecundum aliquem iſtorum modorũ mundus dici factus cum tempore ut poteſt per habita eſſe notum. Preter tamen omnes prefatos modos poteſt dici aliquid eſſe in tempore, non ꝙ contineatur a tempore, ſed quia patitur a tẽpore ideſt patitur a motu primi mobilis, cuius propria paſſio eſt tempus. Imaginabimur enĩ ꝙ in illo inſtanti in quo fuerunt facta cœlum & terra, & incępit primũ mobile rotari, incępit ſpiritus domini ferri ſuper aquas, non quia ferretur in ſe, ſed quia habebat efficatiam ſuper re labili & mobili, que ferebatur etiam ſuper primum mobile, erat enim ille motus primi mobilis, licet non appareret quia nondum erat factum & diſtinctũ firmamentũ ideſt octaua ſphera que cum aliis ſpheris cęleſtibus ſecunda die incępit contra moueri, & quia in illo inſtanti in quo factus eſt mundus incępit motus primi mobilis cuius paſſio eſt tẽpus in illo eodẽ inſtanti in quo factus eſt mundus incępit paſſio mundi a tempore uel a motu in quo fundatur tempus, non ꝙ paſſio ſit in inſtanti .a. quia actio & paſſio fundantur in motu qui in inſtanti eſſe non poteſt, ſicut ergo dicitur incipere in inſtanti cum in illo inſtanti nihil eſt de tempore, ſic actio & paſſio & motus poſſunt dici incipere in inſtanti, non obſtante ꝙ in inſtanti nihil eſt de motu. Ex hoc ergo poteſt patere dictum Auguſt. in de ciuitate dei ꝙ mundus non eſt factus in tempore, quod uerum eſt quantum ad continentiam, quia tempus non preceſſit factionem mundi factus eſt tamen in tempore quantũ ad actionem uel paſſionem, quia ſtatim in ipſa factione mundi incępit mundus pati a motu in quo habet eſſe tempus, & quia pati a tempore eſt proprie eſſe in tempore quantum ad paſſionem poterit dici mũdus factus in tempore. Ex hoc autẽ poteſt patere ueritas capituli ꝙ mũdus nõ icępit ĩ tẽpore quãtũ ad cõtinẽtiã, licet poſſit dici icępiſſe in tẽpore qtũ ad actionẽ & paſſionẽ. ꝙ uero mũdus nõ incępit nec cũ die nec in die, patet quia tẽpus incępit ante omnẽ diẽ ut in ſequenti capitulo poterit declarari.

Hic etiam modus habetur ab Ariſt. 4. phi. teſ. cõ. 117.

Gilbe. in cap. actiõ. Motus in inſtanti eſſe non poteſt. 6. phi. tex. cõ. 21. & 74.

Quod diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra de creatione mundi que fuit ante omnem diem, & de aliis operibus ſex dierum. Cap. XXII.

Quia

QVIA modo ſcriptura ſacra diuerſimode loquitur de creatione mundi qui fuit ante omnem diem, ideo diuerſitatē iſtam in preſenti capitulo uolumus enarrare. Sed anteq̄ hoc enarremus uolumus declarare quomodo ſequendo communem ſanctorum ſententiam non eſt ſimile de tempore & de die, quia licet mundus fuerit factus cum tempore & ante omne tempus, non tamen fuit factus cum die, ſed ante diem. In illo quidem inſtanti in quo fuit factus mundus fuit factum primum mobile cum mundo, quod ſtatim incępit uolui & incępit rotare alios cęlos, & tunc ſtatim incępit tēpus, ut dicatur mundus creatus in principio id eſt in principio temporis prout ſecundum unum modum exponendi exponit Auguſt. primo ſuper Gene. circa principium. Nam ſecundum eundē Auguſt. non eſt recurrendum ad miraculum quādo poſſumus aliquid aliqualiter ſaluare. Vnde ait 2. ſuper Gene. circa principium q̄ quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum ſecundum ſcripturas eius nos conuenit querere, non q̄ in eis uel ex eis ad miraculum potentie ſue uelit operari, in ſcripturis enim ſacris non debemus querere opera diuina ſecundum miraculum ubi poſſumus ea aliter querere, ſi ergo non ſtatim incępiſſet primus motus fuiſſet aliquod tempus āte omnē motum primum & per conſequens fuiſſet aliquis motus ante primum motum, & in exponendo ſcripturas ſacras oporteret recurrere ad miraculū ubi poſſemus procedere ſecundum naturas rerum, propter quod ſtatim incępit tempus, & ſtatim incępit motus primi mobilis quādo fuit factus mundus non tamen ſtatim incępit dies, ſed fuit ualde parua morula inter inceptionem temporis & factionem diei ſiue factionē lucis ubi fuit lux diuiſa a tenebris, ſicut fuit ualde parua morula inter creationem angelorum que fuit in initio mundi & eorum lapſum & conuerſionē. Loquebatur enim Moyſes populo rudi & groſſo, ideo nihil in principio Gene. loquebatur de ſpiritualibus angelis, ſed per ipſam lucem corporalē diuiſam a tenebris dabatur intelligi diuiſio bonorum angelorum a malis. Concludamus igitur & dicamus q̄ ſi elementa in ipſo initio mundi fuerunt producta diſtincta ſecūdum ſubſtantiam ſiue ſecundum ſuas ſubſtantiales formas licet in ſe habuerint aliquā confuſionem multo magis ipſi celi fuerunt producti diſtincti ſecūdū ſuam ſubſtantialem ſiue ſecundum ſuas ſubſtantiales formas licet, in ſe habuerint aliquam confuſionem ut in proſequendo patebit ratione cuius firmamentum ſeu celum ſydereum ſecunda die dicitur fore factum. Primum itaq; mobile in ipſo initio mundi productū diſtinctum

Mūdus nō eſt factus ante omne tēpus ſed bene ante oēm diem.

Cap. 1.

Cap. 1.

primũ mobile ſtati productũ cap t moueri.

ſecundum ſuam ſubſtantialem formam ſtatim incepit habere ſuũ motũ de quo poteſt exponi quod dicitur in Gene. etiam ante oẽm diem ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſup aquas quia ipſe aque.i.ipſi cœli mobiles ferebantur & mouebantur a ſpiritu domini de quibus aquis uerificatur ꝙ dictũ eſt ſecunda die fiat firmamentum in medio aquarũ.i. in medio cœlorum,ſicut cęlum ſydereum eſt factum inter primũ mobile & alios cęlos planetarũ,& diuidat aquas ab aquis,ideſt diuidat, primũ mobile ab aliis cęlis planetarũ qui oẽs cęli quia in ipſo initio inceperunt labi & moueri Vocati ſunt aque,& dictus eſt ſpiritus domini ferri ſuper eis,Cum ipſo ergo mundo incepit primus motus & incepit tempus,& ex hoc dictũ eſt tẽpus unum de quattuor equis,ſed tunc ſtatim incepit dies quando facta eſt lux que motu primi mobilis incepit rotari uerſus occidentẽ & uenire ad orientẽ & facere ueſperam & mane & quia factionẽ lucis, ſiue factionẽ diei preceſsit factio mundi,mũdus nõ dicitur eſſe factus cũ die ſed ante diẽ,niſi forte uellemus exponere mũdũ eſſe factũ cũ die,ideſt parũ ante diẽ quia modica fuit morula inter creationẽ mundi & factionẽ lucis cũ qua,incepit dies,ſicut modica fuit morula inter creationẽ Angeli & conuerſionẽ eius que nomine lucis datur intelligi.Vel poſſumus dicere mundũ factũ eſſe cum die, ut illa modica morula que preceſsit lucẽ computetur cũ prima die. Hiis itaq; prelibatis uolumus narrare quõmodo diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra quũ deſcribit creationẽ rerũ que fuit ante oẽm diẽ, & quũ loquitur de operibus ſex dierũ,poſſumus enim dicere ꝙ huiuſmodi diuerſitas eſt quantũ ad tria, uidelicet quantũ ad ipſam operationẽ, quantũ ad rerũ enumerationẽ,& quantũ ad trinitatis inſinuationem,quorũ primũ intendimus in hoc capitulo declarare. Propter quod ſciendum ꝙ in principio Gene.aliter deſcribitur ipſa primordialis productio rerum,& aliter deſcribuntur opera ſex dierũ. Nam primordialis productio rerũ deſcribitur per ſimplicem emanationẽ a primo,ideo dicitur ꝙ in principio creauit Deus cęlũ & terrã,creatio quidem nõ eſt motus nec mutatio proprie loquendo,motus enim nõ eſt, quia omnis motus fit in tẽpore,creatio uero fit in Inſtanti. Mutatio autẽ nõ eſt,quia nou eſt terminus motus creationẽ autem nullus põt precedere motus,quia nulla eſt preiacens materia cuius uariatio ſit motus ad quẽ motum ſequatur creatio,ſed ut cõiter ponitur.Creatio eſt ſimplex emanatio rerũ a primo,primordialis itaq; creatio rerum deſcribitur per creationẽ ſeu per ſimplicẽ emanationẽ quũ dicitur ꝙ in principio creauit Deus cęlum & terrã inter quod cęlũ & terra etiam in ipſo

Spiritum dñi moueri ſuper aquas.

Oẽs cœli poſſũt aque appellari.

Not.

Motus in tẽpe creatio in inſtanti.

Mutatio terminus motus.

quid creatio.

primordio erant abyſſus & tenebre,& erant aque ſuperquas ferebatur ſpiritus domini,ideſt erãt aque q̃ ferebantur & mouebãtur a ſpiritu domini.Opera tamẽ ſex dierũ nõ deſcribũtur per creationẽ, ſed per factionẽ,quũ dixit Deus fiat lux et,facta eſt lux,quod factũ fuit primá die & quum dixit Deus fiat firmamentũ in medio aquarũ, & quũ fecit Deus firmamẽtu,& quũ factũ eſt , itaq; factũ fuit ſcd̃a die,& ſic de aliis diebus.Nam in omnibus operibus ſex dierũ uel eſt ita fiat uel fecit Deus,uel ſunt ibi oĩa iſta,& ſi in operibus ſex dierum fit mẽtio de creationẽ iuxta illud creauit Deus Cete grandia ibi creauit exponẽdũ eſt pro fecit nam quũ dicitur creauitq; Deus Cete grandia, & omnem animã viuentẽ atq; mutabilem, poſtea ſubditur quã produxerãt aque in ſpecies ſuas,nõ eſt per creationem,quia nec aque nec alicui creature conceſſum eſt ꝙ poſsit aliquid creare.Dicamus itaq; ꝙ prima productio rerũ fuit per crearionem, quia non erat materia preiacens de qua poſſent res fieri,ſed ſolum poterant creari,ſed opera ſex dierũ fuerunt per factionẽ , quia omnia illa opera fuerunt facta ex aliqua materia , nam poſt primã creationem rerum nihil poſtea ſecundum ſe totũ fuit creatum. Dicimus ſecundũ ſe totum propter hominem in cuius productione ſemper eſt aliqua creatio quantum ad animam rationalem, Itaq; primus homo & alii homines ſecundũ ſe totos non ſubiacebant creationi ſed ſecundum corpus fiunt ex materia preiacente, ut Adam fuit formatus de limo terre,& Eua de coſta Viri, eſt omnes alii homines tam mares quam fęmine generantur ex menſtruis non ergo ſecundum ſe totum ſed ſolum quantum ad animam homo accipit eſſe per creationem.ſi ergo uolumus referre res ad ſuum primordiale principium,ſic omnes res dicuntur eſſe creature,quia ſi fiunt ex materia preiacenti , illa materia quantum ad ſuum primordium habet eſſe per creationem , ſed ſi volumus eas referre ad ſuum materiale principiũ proximum & immediatum , ſic res in ipſa productione primordiali ante omne diem acceperunt eſſe per creationẽ , ſed poſtea in operibus ſex dierum acceperunt eſſe per factionem , ideo dicitur ꝙ in principio creauit Deus celum & terram,poſtea dicitur quod primo die fecit lucem, ſecundo firmamentum & ſic de ſingulis.ſi autem dicitur in quinta die ꝙ creauit Deus Cete grandia , ibi creauit accipitur pro fecit ut ſuperius dicebatur, quia ex aquis tanquam ex materia preiacente fueruut facta.

Quare opa ſex dierũ ſint expreſſa per factionem non p creationem.

Res ratione .i. radicis create proxima materie facta ſunt.

Quod non ſolum quantum ad operationem ſed etiam quantum ad rerum enumeratione͂, & trinitatis inſinuationem diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra de prima productione rerum, & de operibus ſex dierum. Cap. XXIII.

PATET quidem ex capitulo precedenti ꝙ q͂tum ad ipſam operationem aliter loquitur ſcriptura ſacra de prima productione rerum, & de operibus ſex dierum, quia illam primam productionem & illam primam operationem uocat ſcriptura ſacra creationem quum dicitur. In principio creauit Deus cęlum & terram, operationes autem alias ſex dierum uocat factiones, & ſi aliquando in operibus ſex dierum dicat ſcriptura ſacra ꝙ Deus creauit, exponendum eſt creauit ideſt fecit, ut antea dicebatur. Vel poſſumus dicere ꝙ licet omnia opera ſex dierum fuerint factiones, & nullum tale opus fuerit creatio niſi forte quantum ad animam rationalem, non tamen uacat a miſterio ꝙ in operibus ſex dierum aliquando ſacra ſcriptura dicit creauit quia, ſi referrentur res ad ſuum primordiale principium, etiam ipſe res facte dicerentur creature, quia ſi ſunt facte de aliquo et illud aliquid de aliquo ſecu͂dum ſcripturam ſacram & ſecundum ueritatem non eſt abire in infinitum, ſed illud ex quo facte ſunt res uidelicet materia rerum primo producta fuit creata ex nihilo. Aduertendum autem quod diximus omnia opera ſex dierum fuiſſe factiones et non fuiſſe ibi creationem niſi forte quantum ad animam rationalem quod ideo addidimus ibi forte, quia Verba Auguſt ſuper Gene. uidentur ſonare, uel ſaltem uidentur ſub dubio relinquere. Vtrum anima rationalis hominis fuerit producta ante corpus in ipſa prima creatione rerum. ut in operibus ſex dierum nihil ſit creatum, ſed anima prius creata. poſtea ſexta die corpori humano ſit infuſa, licet rationabilius ſit dicere de illa anima ſicut de ceteris animabus ꝙ crea͂do ſuit infuſa & infundendo creata, quia quod poteſt ſine miraculo ſaluari non oportet ꝙ ad miraculu͂ recurratur, ut ſupra probauimus per Auguſt. Hiis itaq; uiſis uolumus oſtendere ꝙ quantum ad rerum enumerationem & quantum ad Trinitatis inſinuationem diuerſimode loquitur ſcriptura ſacra de prima productione reru͂, & de operibus ſex dierum nam in prima productione reru͂ aliter enumerat res, & aliter inſinuat Trinitatem q͂ in operibus ſex dierum. propter primum ſciendum ꝙ in prima productione rerum magis confuſe enumerat res, & magis con

Not. (margin, beside "licet materia rerum")

Vnde aug. 3. ſup gen. cap. 5. ſed exactius. cap. 24. (margin)

2. ſup. Ge. cap. 1. (margin)

Not. (margin, beside "Trinitatem")

fuſe nominat eas, nam non nominat diſtincte niſi cęlum & terrā, & tamē in hac diſtincta nominatione ſunt uarie expoſitionis ſanctorum Nam ſecundum unum modum exponendi per cœlum intelligitur cęlum empyreum & per terram elementum terre, tamen per terram aliquid uolunt intelligere totam corporalem materiam & per cęlum angelicam & ſpiritualem creaturam iuxta illud Auguſt. ſuper Gene. circa principium. In principio creauit Deus cęlum & terram, cęlum intelligendum eſt creatura ſpiritualis, terra uero corporalis mens, & 12. confes. ait q̃ ſecundum unum modum exponendi In principio fecit cęlum & terram ideſt intellectualem atq; ſenſibilem uel corporalem atq; ſpiritualem creaturam, ſecundum ergo primam expoſitionem accipiendo pro cęlo cęlum empyreum, & pro terra elementum terre ſcriptura ſacra in prima productione diſtincte nominauit extrema, quia cęlum & terram, ſed confuſe nominauit media, quia inter cęlū empyreum quod eſt unū extremum omnino ſuperius & terram quod eſt extremū omnino inferius ſunt media aqua, aer, ignis, et oēs cęli mobiles, que omnia ſub modo confuſo ſcriptura ſacra tribus uocabulis nominauit, uidelicet per abyſſū & tenebras & aquas ſuper quas ferebatur ſpiritus domini ut per abyſſum intelligantur duo elementa aer & aqua ſimul mixta que ſic ſe habentia faciebant quandā abyſſū & quandā confuſionē, per tenebras intelligatur elementū ignis quod ante creationē lucis non lucebat, quia ignis in ſphera propria nō lucet. Erat ergo tenebroſum, & erat ſuper faciem abyſſi, & huiuſmodi tenebre, & huiuſmodi elementū ignis ſic tenebroſū erat ſuper aerem immixtum aquā, que duo elementa aer & aqua tūc uocabantur, uel uocari poterant abyſſus. Per aquas quidem latas & motas a ſpiritu domini poſſunt intelligi omnes cęli mobiles. Nam ſpiritus domini ſecūdum unum modum exponendi dicebatur ferri ſuper aquas nō ſecundum ſe, ſed quia faciebat ipſas aquas & ipſos cœlos mobiles ferri & moueri Nam ab ipſo principio cępit ipſum primum mobile moueri & circū ferre omnes alios cęlos mobiles ut ſuper omnes illas aquas & ſuper omnes illos cęlos diceretur ferri ſpiritus domini quia uirtute illius ſpiritus & uirtute diuina omnes ille aquę ideſt omnes illi cœli mouebantur, ſicq; ſub modo confuſo aquam & aerem per abyſſum, ignem per tenebras, & per aquas omnes cęlos mobiles nominauit que omnia ſunt inter cęlum empyreum & elementū terre. Sed licet ſcriptura ſacra quodāmodo confuſe enumeret & enarret res productas, ſaltem res medias que ſunt inter cęlum empyreum & elementū terre,

Cap. 1.
Cap. 17.

Media inter cœlum et terrā nōīe cōfuſo appellata in lib. gen.

opera tamen ſex dierũ magis manifeſte enumerat, quia in prĩa die fecit lucem, in ſecunda fecit firmamentũ quod vocauit cęlum & in tertia congregauit aquas & diſtinxit elementa, in quarta fecit luminaria cęli Solem & Lunam, & Stellas & huiuſmodi. Habito quomodo ſcriptura ſacra diuerſimode loquitur de primo productione rerum, & de operibus ſex dierum quantum ad ipſam operationẽ, quia operationẽ primã vocat creationẽ, quia de nihilo operationes alias ſex dierũ vocat factiones quia de aliquo. Et oſtenſo quomodo etiã diuerſimode loquitur quantũ ad ipſam rerum enumerationẽ quia magis confuſe enumerat & enarrat res in ipſa prima productione, & poſtea magis clare loquitur in operationibus ſex dierum. Volumus oſtendere quod et diuerſimode loquitur in Inſinuatione trinitatis, quia aliter inſinuatur & ſignificatur trinitas in prima productione rerũ, & in operibus ſex dierũ vtrobiq; quidẽ ſignificatur tota trinitas, & utrũq; eſt tota trinitas opata, primã uidelicet productionẽ rerũ, & opera ſex dierũ. Nam in prima ꝓductione rerũ ſignificatur trinitas per Deũ & per principiũ & per ſpiritũ domini qui ferebatur ſup aquas. Nã quũ dicitur Deus in principio creauit celũ & terrã & poſtea ſubditur ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. In eo, ꝙ dicitur Deus intelligitur pater. In eo ꝙ dicitur in prĩcipio ſignificatur filius. In eo ꝙ ſubditur ſpiritus domini ferebatur ſup aquas datur intelligi ſp̃s, ſctũs Vt Vult Aug. prĩo ſu p Ge. Deus ergo pater in principio. i. in ſuo filio creauit celum & terrã, & in ſpiritu ſctõ ferebatur ſuper aquas, quia in ſpiritu ſctõ cõplacebat ſibi in re producta. Nã ſicut mens artificis fertur ſup opus quando eſt ſibi cura de opere, & complacet ſibi in opere, ſic ſpiritus ſctũs ferebatur ſuper aquas, quia tota trinitas & appropriate ſpiritus ſctũs habebunt curã de re producta, ſic ergo inſinuatur trinitas in prĩa productione rerũ ſed in operibus ſex dierũ inſinuatur trinitas per Deũ dicentẽ, & per videre ꝙ eſſet bonũ, ſic enim loquitur ſcriptura de opere prime diei dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, & vidit Deus lucem ꝙ eſſet bona et ſic de opere Tertiæ diei. Dixit uero Deus cõgregentur aque, factũq; eſt ita, & ſic de opere q̃rte diei, dixit aũt Deus fiant luminaria & factũ eſt ita & vidit Deus quod eſſet bonũ. In eo ꝙ dicitur Deus intelligitur pater in eo ꝙ dicitur dixit, ideſt verbũ genuit intelligitur filius. In eo ꝙ ſubditur & vidit Deus ꝙ eſſet bonũ, ideſt cõplacuit ſibi in re producta, intelligitur ſpiritus ſctũs. In opere enim cuiuslibet diei habẽtur hæc tria ꝙ Deus ait, uel ꝙ Deus dixit. i. uerbũ genuit, & ꝙ vidit ꝙ eſſet bonũ excepto opere ſecundæ diei, vbi non dicitur Vidit Deus ꝙ eſſet bonum.

Opera ſex dierum indicant trinitatem.

Cap. I.

Quid ſup aquas ferri.

Alia perſonarum inſinuatio.

per que triē ſignificatur tota trinitas, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus. Quare autē aliquando pretermittitur vidit Deus q̄ eſſet bonū, uel cō placuit ſibi in re producta ſignificatur ſpiritus ſctūs. Dici pōt q̄ quando in opere cuiuslibet diei ſit mentio de patre qui dixit, & de filio ſiue de uerbo quod dicendo genuit, quia dicere non potes eſſe ſine verbo, quia hoc eſt dicere verbū producere vel verbum formare, & ſit mētio de ſpiritu ſctō in quo vidit q̄ eſſet bonū & in quo ſibi complacuit, vt oſtendatur q̄ tota trinitas operata eſt nō ſolum primā productionem rerū, ſed etiā omnia opera ſex dierū, quia indiuiſa ſunt opera trinitatis vt ſancti tradunt quoniā eſt indiuiſa ſubſtantia, aliquando tamen in opere alicuius diei pretermittitur vidit Deus quod eſſet bonū in quo ſignificatur ſpiritus ſanctus, vt inſtruamur & doceamur q̄ nominato patre & filio etiā non nominato ſpiritu ſancto intelligitur ibi ſpiritus ſanctus tanquā nexus in hiis que nectit, & tanquam amor in re amata. Eſt enim ſpiritus amor nectens patrem & filium, & eſt amor in quo pater diligit filiū & e conuerſo, quare ſi pater & filius nullo modo pōt intelligi quia pater diligit filium, & quin complaceat ſibi in filio. Eſt enim quidam naturalis amor patris ad filium & econuerſo, & ſi contingat patrem non diligere filium vel econuerſo, hoc ex malitia patris vel ex malitia filii, ubi autem nulla poteſt eſſe malitia non poteſt intelligi pater & filius niſi intelligatur amor vnius ad alterum.

Quum ergo nominatur pater & filius, & quum nominatur vterque intelligitur ſpiritus ſanctus qui eſt amor utriuſque. Hiis itaque declaratis merito forte aliquis dubitaret quare in prima productione rerum ſic loquitur ſcriptura ſacra in quadam vniuerſalitate & confuſione quod Deus creauit celū & terram, & quod

Dubio. Solutio.

Vel ideo prætermiſſi quia ea die facta ē Gehēna iuxta illud. Eſai. 30. De qua deus nullam complacē tiā habet.

Vel quia ea die ſit diuiſio condita & diſcordia. Nā diuiſit aquas ab aquis. Vel quia ea die non fuit conditio propria firmamenti, ſed aquarum, que tamen non abſolute ſunt intra eundem diem, ſed die Tertia ideo bis replicatur ibi quod eſſet bonum. uel opus ſecundæ diei ſuam habuit approbationem in illa ultima, & generali clauſula, uidit deus omnia quæ fecerat, & erant ualde bona.

Vel quia mundus erat aquis deuaſtandus, ideo ab illis auſertur bonitas ratione ſeuiſſimæ ultionis.

Voluerunt Alii binarium numerum eſſe infamem, quia immediate ab unitate deſcendit. Alii dixerunt angelos ea die preuaricaſſe ideo non approbari illam diem.

erant tunc abyſſus & tenebre.x.In operibus autem ſex dierum dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, & ſic de operibus aliis, quare ergo in ipſo primordio non dicitur, dixit Deus fiat cęlum, & factum eſt cęlum, uel fiat abyſſus & facta eſt abyſſus & ſic de aliis. Quod Auguſt ſuper Gene. circa principium dupliciter ſoluit, primo ex confuſione ad diſtinctionem, ſecundo ex informitate ad formoſitatem, ut ſit prima ſolutio, ꝙ ſicut fuerũt res prius confuſe & poſtea diſtincte & per partes explicate, qualitercũꝙ ſit iſtud prius ſiue origine ſiue tempore, ſic ſcriptura ſacra prius in quadam uniuerſalitate & confuſione loquitur de prima productione rerum que fuit ante omnem diem, & poſtea diſtincte & per partes explicat operationes ſex dierum, hoc eſt ergo quod Auguſt. ait primo ſuper Gene. cur ita dictum eſt in principio creauit Deus cęlum & terram, & dictũ eſt in principio dixit Deus fiat cęlum & terra ſicut de luce enarratur, dixit Deus fiat lux & fatca eſt, lux, Vtrum prius uniuerſaliter nomine cęli & terre comprehendendum erat & commendandum ꝙ fecit Deus & deinde per partes exequendum quomodo fecerit cũ per ſingula dicitur dixit Deus fiat ideſt quia uerbum ſuum fecit quicquid fecit. Secunda uia ad idem ſumitur ex informitate ad formoſitatem, nam cum uerbum illud ſit ſemper formatum & formoſum, & imperfectio & informitas ſecundum ꝙ huiuſmodi non mutentur, uerbum illud quandó dicebatur de ipſa informitate quod fuit primitus ante omnem diem non erat dicendum dixit Deus fiat ideſt uerbum genuit, per hoc fecit, ſed poſtea in enumeratione dierum quando dicebatur de diſtinctione & ornatu rerum in quibus conſiſtit eorum formoſitas, tunc dicendum erat dixit Deus fiat ideſt uerbum genuit, per quod fecit quia res iam formate & formoſe imitantur uerbum illud quod nunꝗ poteſt eſſe informe, hoc eſt ergo quod Auguſt. ait primo ſuper Gene. circa principium. Quum primũ fiebat informitas materiæ ſiue ſpiritualis ſiue corporalis non erat dicendum dixit Deus fiat quia forma uerbi ſemper patri coherẽtis quo ſempiternæ dixit Deus omnia non mutatur imperfectio, cum disſimilis ſit ab eo quod ſumme ac primitus eſt.

Cap. 3. *prima ſolutio.* *Cap. 3.* *2. ſolutio.* *Cap. 3.*

Quod Plató poſuit quatuor modos eſſendi rerum Sed dimittendo. uiam Platonis poſſumus oſtendere ꝙ res habent octo modos eſſendi.

Cap. XXIIII.

Secundum

SECVNDVM Platonis opinionem res iſte ſenſibiles & corporales habent quadruplicē modum eſſendi, uidelicet ydeale, intellectuale, rationale, & ſenſibile Voluit quidem q; iſtarum rerū ſenſibilium erant ydee ſeparate ut puta lapis & planta habebāt ydeas ſeparatas quia ſecundum ipſum eſt dare ydeam lapidis & ydeā plante. Et ab illis ydeis uoluit q; fierent ſpecies in mentibus angelorū, in animabus noſtris, & in materia ſenſibili, quia ab ydea lapidis cauſabatur ſpecies lapidis in mente angelica, in anima noſtra, & in materia ſenſibili, ſed huiuſmodi ſpecies recipiebantur in mente angelica magis uniuerſaliter, in anima noſtra minus uniuerſaliter, in materia ſenſibili omnino particulariter, ergo lapis habet quadruplex eſſe, unū ydeale, prout eſt dare ydeam lapidis, aliud intellectuale, prout ab illa ydea cauſatur ſpecies lapidis in mente angelica tertiū rationale prout ab illa eadem ydea cauſatur huiuſmodi ſpecies in anima noſtra, & quartū omnino ſenſibile & particulare prout ab illa eadem ydea cauſatur forma lapidis in hac materia particulari & ſenſibili. Et ideo fuit Platonis opinio in narrando rerum principia q; unitas eſſet ex parte forme & pluralitas ex parte materiæ quia erat una ydea quæ ſuam ſimilitudinem imprimebat in pluribus rebus ut puta in mentibus angelorum, in animabus noſtris & in materia ſenſibili, ideo ex parte forme poſuit unitatem, ex parte materie pluralitatem, quam diuiſit ſecundum magnū & paruum, quia mens angelica recipiebat ſimilitudinem ydee lapidis uel cuiuſdam alterius ydeæ ſecundum magnū quia recipiebat eam ualde uniuerſaliter, anima autem noſtra reſpectu intelligentie recipiebat ſecundum paruum, quia recipiebat minus uniuerſaliter ſed reſpectu materiæ ſenſibilis recipiebat anima noſtra huiuſmodi ſimilitudinem ſecundum magnum, ſed materia ſenſibilis recipiebat eam omnino ſecundum paruum quia recipiebat eam omnino contracte & particulariter quæ omnia locum habent in primo phi. ubi hæc Platonis opinio recitatur. Sed hec opinio ſtare non poteſt, primo quia ponebat iſtas ydeas ſeparatas, tamen Augu. lib. octuagintatrium queſtionū nititur ipſum excuſare dicens q; poſuit eas in mente diuina, Sed hoc non eſt ex doctrina Platonica. Nam ſequētes Platonem has ydeas oīno ponūt ſeparatas, & uocant eas Deos ut patet ex lib. Procli. Hoc etiam idem quedam gloſa ſuper Gene. innuit dicens q; Plato poſuit tria rerum principia, Deum, exemplar, & materiā. Innuens fuiſſe Platonis opinionem ydeas fuiſſe quedam exemplaria ad que aſpiciebat Deus quum uolebat aliquid agere, ſed ponere tales ydeas ſeparatas

In Timeo & in Phœdone.

Platonis opinio circa rerum principia

Tex. cō. 8.

Improbatio opinionis Plato.

queſtione de ideis

In elementat. oē Theologica

Tria rerū principia ad mētem Platonis.

eſt in couueniens ut patet per Philoſophū in pluribus ſuis libris Rurſus
1.lib.poſt. po'uit ydeas illas eſſe quiditates rerum ſenſibilium aſſerens ꝙ de il-
tex.cō.35. lis eſſet ſcientia, quem deridēdo philoſophus in poſterioribus ait Gau
7.meta.33 deāt enim ſpecies, mōſtra enim ſunt, & ſi ſunt nihil ad rationē, dicitur
10. meta. enim aliquid gaudere quādo ſtāt ocioſi & nihil faciunt, ideo deriſorie
tex.cō.ul- dixit philoſophus Gaudeāt ſpecies ideſt gaudeāt ydeę & quieſcāt, mō
timi. ſtra enim ſūt ideſt cōtra naturā ſunt & nihil ſunt, & ſi ſunt nihil ad ra
1.poſt tex. tionem ideſt nihil ad ſcientiā quia nihil cōferunt ad noſtrum ſcire, ha-
com.35. bēt enim hæc ſenſibilia ſuis cauſas & ſua principia per quę ſciuntur, propter quod nō indigemus ydeis Platonicis ad ſciēdū, quieſcant ergo ydeæ & gaudeāt, & nō inquietētur a nobis propter ſcire noſtrū. Quod uero Plato poſuit ꝙ ab ydeis deriuabātur ſpecies in mētibus āgelorū ſi dixiſſet hoc de ydeis in mēte diuina, bene dixiſſet, ſed quia dixit hoc de ydeis ſeparatis, non bene dixit, quia nec eſt dare tales ydeas. Quod etiam dixit de animabus noſtris ꝙ ab illis ydeis deriuabantur ſpecies in animas noſtras, de quibuscunq; ydeis loquatur, patet eſſe falſū quia tūc noſtrum diſcere eſſet reminiſci, ſi enim anima noſtra in ſui primordio haberet ſpecies ſic īpreſſas non diſceret aliquid de nouo, quia
tex.cō.14. nullas nouas ſpecies acquireret, ſed ſolum reminiſceretur, quod philoſophus improbando in tertio de anima ponit ꝙ intellectus noſter in
2.phy.tex. ſui primordio eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptum. Quod aūt
com.38. ulterius dixit de materia ſenſibili, patet quod eſt dare particularia agētia a quibus introducuntur particulares formæ in materia ſenſibili ut non opporteat ponere ydeas ſufficit quidem ponere ydeas in mente diuina a quibus facta eſt prima productio rerum & ſubiecta ſunt paſſiua actiuis ut naturaliter fiant effectus ſenſibiles quos uidemus. Hiis itaq; prelibatis dicamus ꝙ licet de modis eſſendi rerum non ſit tenenda Platonis opinio gratias referre tamen debemus Platoni quia dedit nobis materiam cogitandi & inueſtigandi modos eſſendi rerum ſecū-
tex. com.2 dum quem modum loquitur philoſophus in. 2. meta. ꝙ habere gratias debemus hiis qui ſunt diſcordes ab opinionibus noſtris, excitauerunt enim intellectum noſtrum. Poſſumus ergo dicere ꝙ quātum ad preſens ſpectat octo ſunt modi eſſendi rerum, habent enim res eſſe in deo. In mente angelica, in ſeipſis in rationibus obedientialibus, in ratio-
Octo gradus eſſendi rerum. nibus ſeminalibus, in elementis, in ſuis principiis, & in ſua duratione. Res enim in deo ſunt eternaliter, in mente angelica intellectualiter, in ſeipſis eſſentialiter, in rationibus obedientialibus materialiter, in ratio

In deo
in angelis intellec
in seipsis
in rationibus obedientialibus

In rationibus seminalibus
in elementis
in principiis
in duratione

nibus ſeminalibus primordialiter, in elemẽtis cauſaliter, in ſuis princi-
piis terminatiue, in ſua duratione perpetualiter. In deo quidem ſunt
eternaliter, quia que uidemus per tempora explicari. Fiunt ab eterno
in mente diuina, & rationes eorum ab eterno fuerunt in deo. Et quia
hee rationes appropriate dicuntur eſſe in filio, Deus pater dicitur om
nia facere per filium, & filius dicitur eſſe ars patris plena omnium iſta
rum rationum, hoc eſt ergo quod Auguſt. dixit ſexto de trinit. quod fi- *Cap. 6.*
lius eſt ars quedam omnipotentis atque ſapientis Dei, plena omnium
rationum uiuentium in commutabilium, rationes enim ſunt in Deo
rerum uiuentium & non uiuentium, & ſunt ibi rationes rerum muta-
bilium & uariabilium rationes tamen rerum non uiuentium ut ſunt
in Deo ſunt uiuentes. Ideo dicitur Ioan. quod factum eſt in ipſo uita *Ioan. cap. 1*
erat, omne enim quod factum eſt, & omnia iſta que facta ſunt, & etiã
que non uiuunt ab eterno erant uita in Deo & uiuebant in ipſo. Nam
quicquid eſt in Deo, Deus eſt, ſi ergo Deus eſt uiuus & eſt ipſa uita ea
que ſunt in ipſo ut ſunt huiuſmodi uiuunt & ſunt ipſa uita, ſic e- *Iac. cano.*
tiam rationes rerum commutabilium ſunt in deo in commutabiliter, *cap. 1.*
quia apud ipſum non eſt tranſmutatio nec uiciſsitudinis obumbratio
ideo rationes illas quibus ars diuina dicitur eſſe plena uocat Aug. ui- *Rationes*
uentes & in commutabiles. Secundo dicuntur res eſſe in mente ange- *in deo sũt*
lica intellectualiter ſi enim Plato poſuiſſet illas ydeas & illas ratio- *uiuẽtes &*
nes in mente diuina & dixiſſet quod ab eiſdem ydeis & ab eiſdem ra- *immutabi-*
tionibus in mente diuina fluxerunt ſpecies in mentes angelicas intel- *les.*
lectualiter & in materiam exteriorem ſenſibiliter, bene dixiſſet, ſed in
hoc errauit ꝙ non poſuit illas in mente diuina ſed per ſe ſeparatas, ha-
bent itaq; res eſſe non ſolum in Deo eternaliter, ſed etiam in mẽte an
gelica intellectualiter, quia ab illis rationibus eternis fluxerunt ſpe- *Proclus.*
cies intellectuales rerũ in mentes angelicas, & ex hoc omnis intelligẽ
tia in libro de cauſis dicta eſt plena formis quia quot potuit recipere
de formis & ſpeciebus intelligibilibus ab ydeis & rationibus in mẽte
diuina tot recepit, & quia omne quod recipitur in aliquo recipitur ſe-
cundum modũ rei recipientis quia mentes angelice ſunt intellectuales *tex. cõ. tex*
res habẽt ibi eſſe intellectualiter. Tertio res habent eſſe in ſeipſis eſſen- *com. 21.*
tialiter quia ut probatur in. 7. meta. unũquodq; eſt id ꝙ eſt per eſſen-
tiã ſuam, & quia res in ſeipſis ſunt id quod ſunt dicuntur in ſeipſis eſſe
eſſentialiter. Quarto res ſunt in rõnibus obedientialibus materialiter,
dicuntur enim rões obedietiales ad differentiã rõnum ſeminaliũ ille

quidem dicuntur rationes ſeminales quas Deus inſeruit materie pro ut ſubiicitur agentibus naturalibus de quibus loquitur Augu. in multis locis. Nam tertio de triniti ait ꝙ ſicut matres grauide ſunt fetibus ſic iſte mundus cauſis naſcentium. Et idem in eodem libro uult quod quicquid fecerunt illi mali angeli tẽpore Pharaonis, fecerũt per adhibita ſemina coniungendo actiua paſsiuis. Ad differentiam ergo rationum harum ſeminalium per quas fiunt res naturaliter dicuntur eſſe in materia rationes obedientiales per quas fiunt ſuper naturaliter, iõ diximus ꝙ in rationibus obedientialibus ſunt res materialiter quia ex quo ipſa materia eſt producta adeo, oportet ꝙ ipſa materia ſit ad obedientiam dei, ut fiat de ea quod uult Deus, & ſecundum hoc dicuntur in materia eſſe rationes obedientiales. Conſtat autem ꝙ materia non eſt producta a naturalibus agentibus, ideo non eſt ad obedientiam eorum, niſi quatenus ordinauit Deus, & niſi quatenus uoluit Deus inſerere materie rationes ſeminales ut ſecundum eas agerent agentia naturalia, aliqua tamen reſeruauit ſibi poſſe facere de materia que non poſſunt naturalia agentia, & illa dicuntur fieri ſecundum rationes obedientiales, ſecundum itaq; tales rationes dicerentur res eſſe materialiter quia ipſa materia ſic ſubiecta Deo eſt ut fiant de ea res quas Deus uult. Quinto res ſunt in rationibus ſeminalibus primordialiter, uel ut clarius loquamur naturaliter, nam ut diximus ea dicuntur fieri ſecundum rationes ſeminales que fiunt naturaliter, uel que fiunt a naturalibus agentibus, tamen poſſunt dici ſecundũ rationes ſeminales res eſſe primordialiter, quia prius ſunt ſecundum rationes ſeminales quam ſecundum ſeipſas. Sexto dicuntur eſſe res in elementis cauſaliter, ut diſtinguamus inter rationes ſeminales & elementa ut rationes ſeminales magis ſonent in quandam aptitudinẽ paſsiuam prout ſunt in materia quedam aptitudines per quas poſſunt fieri tales effectus ut ſicut Philoſophus in primo phi. poſuit tria rerum principia, materiam, formã, & priuationẽ, reprehendendo Platonem quia priuationem deſpexit nolens ipſam ponere principiũ, ſic nos dicamus tria eſſe principia materiam formam & rationem ſeminalem. Aduertendum autem ꝙ cum priuatio de ſe ſit nõ ens, ſi autem dicit aptitudinem hoc uidetur eſſe per quandam implicationem & concomitantiam. Illud enim eſt priuatum quod non eſt, eſt tamen aptum natum eſſe, ratio autem ſeminalis magis dixit ipſam aptitudinem ad rem fiendam, & ideo magis uidetur eſſe ponendam rationem ſeminalem principium quã priuationem quãuis una uideatur intentio utriuſq; dicentis. Sed diceret

Cap. 9

Eodẽ cap.

Signa facta a magis Pharaonis in ſlinctu dæmonis ſunt facta coniungentibus actiua paſsiuis.

Rõ ſeminalis intuetur agens naturale o bedientialis agẽs diuinum.

Tex. cõ. 70

tex. cõ. 79.

Not.

Prĩo phi. tex. cõ. 75.

Priuatio per ſe non ens per implicationẽ dicit aptitudinem.

aliquis ꝙ ſemen ſonat in actionem, ideo in generatione animalium ꝙ dat maſculus dicitur ſemen, quod dat femina dicitur menſtruum, ſemen ergo quod ſe tenet ex parte maſculi in actionem ſonat, rationem itaq; ſeminalem poſſumus hoc modo referre ad actionem quia exponemus ꝙ in materia eſt ratio ſeminalis ideſt eſt ratio per quam ſubiicitur actioni. Quare ſi Aug. uidetur diſtinguere inter res eſſe ſecundũ cauſas, & ſecundum rationes ſeminales ut patet ex .6. ſuper Gene. poſſumus quãdam adaptationem dicere ꝙ in elementis & in agentibus ſecundis ſunt res cauſaliter per eorum uirtutem actiuam, ſed in rationibus ſeminalibus ſunt naturaliter per quandam aptitudinem paſſiua. Septimo res ſunt in ſuis principiis terminatiue, nam principia rerũ ſunt quaſi quidam termini & quidam fines, cuiuſmodi ſunt genus & differentia, uel materia & forma intra quos clauditur res, quaſi inter quosdam terminos quos non poteſt excedere. Octauo res ſunt in ſua duratione perpetualiter, nam uidit Deus cuncta que fecerat & erant ualde bona, & quia talia ſunt non eſt bonum ꝙ pereant, ſed quod durent & maneant, & perpetuentur quãdiu perpetuabitur motus primi mobilis. Sed hec duratio perpetua aliqua reſpicit ſecundum identitatem numeralem, aliqua ſecundum identitatem ſpecificam ut que non poſſunt perpetuari eadem numero perpetuãtur eadem ſpecie ut uult, Aug. primo ſuper Gene. & philoſophus .2. de generatione.

Cap. 10. *Cap. 8.* *Tex. com. ultimi.*

Quod omnes iſtos octo modos eſſendi rerum tangit Aug. & omnes poſſunt accipi ex ſcriptura ſacra in prima rerum productione, & in earum diſtinctione.

Cap. XXV.

AVGVSTINVS ſecundo ſuper Gene. Tres modos diſtinguit eſſendi rerum, quia res ſecundum ipſum fuerunt prius in uerbo poſtea fuerunt in cognitione angelica, ultimo in genere proprio dicit aũt ꝙ conditio cœli prius erat in uerbo Dei ſecundum ſapientiã genitam, deinde facta eſt in creatura ſpirituali, hoc eſt in cõditione angelorum ſecundũ creatam in illis ſapientiam, deinde celum factũ eſt ut eſſet etiam ipſa celi creatura in genere proprio. 5. uero ſuper Gene. diſtinguit aliter triplex eſſe rerum, uolens ꝙ res habeant eſſe in rationibus eternis, in rationibus ſeminalibus, & in ſeipſis, ita ꝙ in prima diſtinctione non fecit mentionem de rationibus ſeminalibus, nec hic de agnitione angelica. In .6. uero uult ꝙ aliter res ſunt in uerbo Dei, ubi

Cap. 8. Tres gradus eſſendi rerum. *Cap. 3. & ultimo.* *Cap. 10.*

res non ſunt facte, ſed eterne, aliter in elementis mundi ubi ſunt iam future, aliter in rebus ſecundum cauſas, ſicut Adam formatus eſt de limo terre, aliter in ſeminibus, ubi uidetur diſtinguere quadruplex eſſe rerum, quia ſunt in uerbo eternaliter ſunt in elementis prout ſunt res future, cauſaliter ſunt in ipſis rebus ſecũdum cauſas, prout Adam formatus eſt ſecundum rationes obedientiales, & ſunt in ſeminibus ſecundum rationes ſeminales. Iam ergo tacti ſunt ſex modi eſſendi rerũ quia ſunt in Deo eternaliter, in cognitione angelica ſunt intellectualiter, in ſeipſis eſſentialiter, in elementis cauſaliter, in cauſis diuinis ſunt ſecundum rationes obedientiales, in ſeminibus ſecundum rationes ſeminales. Superaddit autem Auguſt. duos alios modos quomodo ſunt res in ſua duratione perpetualiter, dicit enim primo ſuper Gene. quod duo ſunt propter que Deus amat creaturam ut ſit & ut maneat, & ſubdit quod quedam manent ſupergreſſa omnem uolubilitatem temporalem, ideſt quedam ſunt incorporalia & manent eadem numero quedam uero ſecundum ſui temporis modos per deceſsionem & ſucceſsionem quia unum decedit & aliud ſuccedit ideſt manent & perpetuantur eadem ſpecie, omnia ergo in ſua duratione perpetuantur uel eadem numero uel eadem ſpecie, ita quod ſunt res in ſua duratione perpetualiter, ſunt etiam in ſuo genere terminatiue, ita quod non excedit terminos ſui generis. Vnde Aug. quũ audimus ſic factũ eſt, uelut habet noſtra litera & factum eſt ita Intelligimus factam creaturã non exceſsiſſe terminos ſui generis. Omnes ergo illos octo modos ut patet per habita innuit Augu. Rurſus omnes illi octo modi eſſendi poſſunt haberi ex criptura ſacra q̃tum ad primam rerum productionem, & q̃tum ad earum diſtinctionem, res enim primo fuerunt producte, & poſtea per tres dies fuerũt diſtincte, quia in prima die fuit diſtincta lux a tenebris. In ſecunda fuit deſtinctum firmamentũ ab aliis cęlis. In tertia fuerunt diſtincta elementa, quia fuerũt congregate aque in locum unum & apparuit arida. In prima ergo productione rerum poſſunt haberi duo modi eſſendi, prout res habent eſſe in Deo eternaliter, & put in ipſa materia informi habent eſſe obedientialiter. Nã quum dicitur in principio ideſt in filio, tangitur eſſe rerum q̧ habent in uerbo eternaliter, quum uero additur q̧ creauit cęlum & terrã tãgitur eſſe rerum, i. totam materiam illam quam habent materialiter & per conſequens q̧ habent ſecundũ rationes obedientiales, producta fuit enim tota materia rerum ex qua facte ſunt res non ſcdm rationes ſeminales ſed ſecũdum rõnes obediẽtiales. ex illa enim materia facta fuerunt ſydera, fa-

Cap. 5.

Deus propter duo diligit creaturam.

2. lib. ſup G?n. cap. 8

tum. 2. tũ 5. tũ. 6. ſup Gene.

eta fuerunt animalia prima & perfecta que non potuerunt fieri ſcd'm rationes ſeminales, fuerunt ergo facte ſecundum rationes obedientia les. Nam Aug plane diuit.6.ſuper Gene.circa principium ꝙ ſidera nõ fuerũt facta ſecũdum rationes ſeminales, fuerunt ergo facta ſcd'm rationes obediẽtiales. Sic animalia perfecta que nõ fiunt niſi a ſibi ſimili ut equus nõ fit niſi ab equo & homo ab homine, iſta fuerunt primo producta & non habuerũt aliquod precedens ſimile, non potuerũt fieri ſcd'm rationes ſeminales ſed obedientiales, producta ergo materia, omnia fuerũt producta materialiter non ſcd'm rationes ſeminales ſed ſcd'm obedientiales. In principio ergo & in filio oĩa erunt eternaliter & in ipſo creata cęlum terra, & oĩa ſunt producta in ipſo primordio materialiter ſcdm rationes obedientiales, quia producta materia ſic fuit ad obediẽtiam Dei ut omnia fierent ex ea que uellet Deus. Et ſicut in prima rerum productione tangitur duplex modus eſſendi rerum prout omnia habuerunt eſſe in Deo eternaliter, & in materia producta materialiter, ſic in operatione prime diei ubi diſtincta eſt lux a tenebris tanguntur tres alii modi, uidelicet prout res habent eſſe in ſeipſis eſſentialiter, & prout habent eſſe in cognitione angelica intellectualiter, prout etiã habent eſſe in ſua duratione perpetualiter, ſic enim dicitur ibi, dixitq; Deus fiat lux & facta eſt lux & uidit Deus lucem quod eſſet bona & factum eſt ueſpere & mane dies unus. Tanguntur enim hic quatuor modi eſſendi, ſed unus illorum iam eſt habitus, quum enim dicitur fiat lux exponendum eſt ꝙ uerbum genuit in quo erat ut fieret, in quo uerbo fieret lux antequã fieret eternaliter, & facta eſt lux eternaliter & facta eſt lux in proprio genere eſſentialiter, & uidit Deus lucem quod eſſet bona, ideſt approbauit rem producram, uel complacuit ſibi in ea, & placuit ſibi ꝙ maneret. Vnde Aug.2.ſuper Gene. Porro quũ audimus & uidit Deus, quia bonum eſt intelligamus benignitati eius placuiſſe quod factum eſt ut pro modo ſui generis maneret. Vidit ergo Deus ꝙ eſſet bonum ut maneret perpetualiter uel in ſe, uel in eo ꝙ factũ eſt de eo, & factũ eſt ueſpere & mane dies unus quantũ ad cognitionẽ angelicam ſcd'm unum modum exponẽdi, in qua ſunt res intellectualiter, que diuiditur pro cognitionem ueſpertinam & matutinam. Tacti ergo ſunt quinq; modi eſſendi rerum, quia in cęlo & terra facte ſunt omnes res materialiter ſecundum rationes obedientiales. In ipſo quidem principio & in eo quod Deus dixit fiat exprimitur Dei filius & Dei uerbum in quo ſunt res eternaliter, & quia facta eſt lux exprimitur eius eſſe i ſeipſa eſſentialiter, & quia uidit Deus

Cap.1.

Cap.1.

Cognitio angelica ueſpertina & matutina.

ſucem & ꝙ eſſet bona, exprimitur eſſe eius in ſua duratione perpetua
liter,hoc modo uidit ꝙ eſſet bona, quia complacuit ſibi & uoluit qd
maneret & duraret,& quod ſecundum unum modum exponendi fa-
ctum eſt in cognitione angelica ueſpere & mane dies unus,dat intelli-
gi eſſe rerum quod habent in angelo intellectualiter.In opere autẽ ſe-
cundæ diei ſuper additur unus modus eſſendi prout res habent eſſe
Gen.I. in ſuo genere terminatiue.Nam quum dicitur, dixit Deus fiat firma-
mentum ideſt uerbũ genuit in quo erat ut fieret,tangitur modus eſſen
di quem habent res in uerbo de quo iam eſt factum,& quum ſubditur
& fecit Deus firmamentum uidelicet in ſeipſo tangitur alius modus eſ
ſendi quẽ habent res in ſeipſis,de quo etiam iam eſt dictum,ſed quum
ſubditur & factũ eſt ita,tangitur modus eſſendi quem habent res ter-
minatiue unde exponẽdum eſt & factum eſt ita,ideſt nec plus nec mi-
nus factum eſt niſi ſicut Deus dixit,& ſicut Deus ordinauit ut res nec
plus nec infra fierent ſed in ſuis terminis remanerent. Vnde Auguſ.
2.ſuper Gene. quum ergo audimus & factum eſt intelligamus factã
creaturam non exceſsiſſe preſcriptos in uerbo Dei terminos generis
ſui.In opere autẽ Tertie diei ſuper adduntur duo alii modi eſſendi ut
ſint in uniuerſo octo modi. Nam in tertia die diſtincta ſunt elementa
Cap.6. ubi habent res eſſe cauſaliter,quum dixit Deus congregentur aque in
locum unum & appareat arida.Nam Aug.ait.2. ſuper Gene.congre-
gentur aque & appareat arida ꝙ tunc hec duo elementa aqua & terra
acceperunt ſpecies ſuas, ſic etiam poſſumus dicere ꝙ aer & ignis ac-
ceperunt ſpecies ſuas quia tunc aqua inficiebat totum aerem, & inficie
bat forte partem illam ignis que nõ eſt pura ſed eſt immixta aeri ergo
Cap.9. in ipſa diſtinctione elementorum datur intelligi eſſe rerum quod ha-
bent in elementis cauſaliter utrum quia eadem Tertia die dixit Deus
germinet terra herbam uirentem & facientẽ ſemen,datur intelligi eſſe
rerum quod habent ſeminaliter,uel quod habent ſecundum rationes
ſeminales,quia tunc in illo uerbo Deus inſeruit materie rationes ſemi
nales coniungendo actiua paſsiuis ut fierent ex materia ſecundum ra-
tiones ibi inditas,& ſecundũ leges a deo datas ſibi, & ſic narrati ſunt
omnes octo modi eſſendi rerum quos Aug.in diuerſis locis tangit &
Vbi ſupra ex ſcriptura ſacra ut patet per habita haberi poſſunt.Sed dicet aliquis
Dubio. ꝙ in aſsignando iſtos modos eſſendi fecimus mentionem de ueſpere
4.Supra & mane exponendo de ueſpertina & matutina cognitiõe angeli quod
Gene.cap. fuit deſcendere ad opinionem Aug. & fuit diuerſificare ſtillum noſtrũ
23. & 24. ſecundum quem ſequuti ſumus communem opinionem ſanctorum,
ideo

ideo nullã faciẽdo mẽtionẽ de ueſpere & mane, uolumus breuiter recolligere oẽs illos octo modos eſſendi. Nam pretermiſſis duobus modis eſſendi qui poſſunt accipi ex prima productione rerũ quũ dicitur ĩ principio.i. ĩ filio ĩ quo ſunt oĩa eternaliter, creauit Deus cęlũ & terrã, ideſt uniuerſam rerum materiam ubi creata fuerunt omnia materialiter ſecundum rationes obedientiales, & pretermiſſis duobus aliis modis qui poſſunt accipi ex opere tertie diei quia quum ibi dicitur congregentur aque in locum unum datur intelligi diſtinctio elementorum, & potiſſime datur ibi intelligi purificatio aeris & ignis que ſunt elemẽta actiua, in quibus elementis ſunt res cauſaliter ſecundum uirtutes actiuas, & quum ibidem ſubditur, germinet terra herbam uirentem, & inſeruit Deus in materia rationes ſeminales ut eſſent in ea ſecundum quaſdam aptitudines paſſiuas. præter hos quattuor modos eſſendi deſignantur & in operibus primę & ſecundæ diei quattuor alii eſſendi modi non deſcendendo nec ad ueſpere nec ad mane, Nã de luce quæ pertinet ad primam diem dicuntur tria, uidelicet ꝙ dixit Deus fiat, & facta eſt. & uidit ꝙ eſſet bonum, de firmamento autem quod pertinet ad ſecundam diem ſuper additur unum, uidelicet & factum eſt ita, & dimittitur aliud uidelicet uidit Deus ꝙ eſſet bonum, dicitur enim ibi fiat firmamentum ſicut dicebatur fiat lux & ſubditur, & fecit Deus firmamentum ſicut etiam dicebatur & facta eſt lux, & ſuper additur ibi & factum eſt ita in quattuor ergo primis duobus poſſumus notare uidelicet ꝙ dixit Deus fiat & facta eſt ſiue fecit, & ꝙ factum eſt ita, & ꝙ uidit Deus ꝙ eſſet bonũ. Dixit ergo Deus fiat ideſt habeat eẽ in mente angelica, facta eſt ſiue fecit, prout habuit eſſe in natura propria, factũ eſt ita, nec plus nec minus prout habuit eſſe terminatum ſecundũ terminos generis proprii, & uidit Deus ꝙ eſſet bonum, ideſt complacuit ſibi in re producta, & ex hoc uoluit ꝙ haberet eſſe perpetuũ uel in ſua ſpecie, quando enim artifex complacet ſibi in opere, uult ꝙ ſtet opus, quando diſplicet ſibi deſtruit opus, quamuis placere & diſplicere ſint accipienda in deo ſecundum effectus non ſecundum uarietatem affectus. ſed aduertendum ꝙ fiat, fecit, factum eſt ita, & uidit Deus ꝙ eſſet bonũ nõ ſolum dicuntur de luce uel de firmamento, ſed repetuntur in operibus aliorum dierum & dicuntur de aliis rebus. Nam & rebus aliis competunt iſti uarii modi eſſendi.

Solutio.

In igne & aere ſunt entia cauſaliter & ſecundum uirtutes actiuas.

Nota.

P

Quod ſecundum opinionem Aug. omnes iſti ſex dies refe- rendi ſunt ad cognitionem angelicam cum ſecundũ ipſas res non fuerit niſi una dies multotiens re- petita. Cap. XXVI.

QVONIAM uidetur Aug. in operibus ſex dierum diſſenti- re a cõmuni ſanctorum ſententia, ideo bene ſe habet opinionẽ eius cũ diligentia pertractare. Sciendũ ergo ꝙ ſecundũ ipſum oẽs iſti ſex dies ſi fuerunt alii & alii dies hoc fuit ſecundum cognitionẽ angelicã, in ipſa tamen re non fuit niſi una dies multotiens repetita, ad quod ponendũ ut patet ex diuerſis locis ſuper Gene. ratione quadru- plici mouetur, ut prima ratio ſumatur ex parte infideliũ contra quos Moyſes loquebatur, ſecunda ſumatur ex parte fidelium quibus loque batur. Tertia ſumatur ex parte ipſius Moyſes qui loquebatur. Quarta ex parte ipſius ſcripture ſacre uel etiam ex parte ipſorũ uerborum que Moyſes ſcripſit & que loquebatur. Prima uia ſic patet quia ualde ca- uendum eſt ſic exponere ſcripturam ſacrã ne deridendi occaſio infide libus tribuatur. Si ergo ſic fecit Deus per interualla temporum, & in una die fecit lucem, & in alia firmamentum & ſic de reliquis quod po tuit totum ſimul facere uidetur ꝙ detur infidelibus occaſio diriden- di. Rurſus quando fecit lucem conſtat ꝙ in inſtanti fecit, quid ergo fecit tota illa die, & quid expectauit maxime de ipſis ſyderibus & de ipſis cęlis ꝙ ſic per interualla ſint facta uidetur ridiculum, ideo Augu. ait. I. ſuper Gene. ꝙ turpe autem eſt nimis & pernitioſum ac maxime cauendũ ut chriſtianum de hiis rebus quaſi ſcd͛m chriſtianas literas loquẽtẽ ita delirare ut quilibet infidelis audiat & dicat ꝙ toto cęlo cõ ſpiciẽs errare riſum tenere uix poſſit. Et ſubdit ꝙ non tam moleſtum eſt ꝙ errans homo derideretur ſed ꝙ Doctores noſtri tãq̃ indocti rep̃- hendẽdi reprehẽdantur. Scd͛a uia ad hoc idẽ ſumitur ex parte fideliũ q̃bus loquebatur, Moyſes enim loq̃batur populo rudi & tardo, & iõ diſtinxit per interualla tpm q̃ fuerũt ſimul facta. Quũ ergo dicitur di- xit Deus fiat lux & poſtea dixit fiat firmamentũ, & ſic de aliis totũ fuit ſimul factũ, ſed ſic diſtincte fuit pronunciatũ ut tardus & rudis popu lus hoc melius caperet, ut patet ex eodẽ. I. ſuper Ge. Tertia uia ad hoc ſumitur ex p͠te ipſius Moyſi qui loquebatur nã multa poſſunt ſimul fieri que nõ poſſunt ſimul dici, nã ſimul fit materia cũ forma, non ta- mẽ ſimul dicitur, quia quũ ſunt duo uerba oportet ꝙ prius proferatur unũ q̃ aliud, dato tamẽ ꝙ poſſet ſimul dici & fieri, poſſet tamen quia

Nota.

Sex dies una fuit dies multoties repetita, hoc probat Aug. 4 potiſſimis argumentis.

1. Aug. rõ. Cõfirmatur.

Cap. 19.

2. Ratio. Cap. 14. & 15.

3. Ratio. 1. ſup Ge. cap. 15.

Poſſũt plurima ſimul fieri que ſimul imprimi & pronuntiari nõ pñt.

per interualla narrare quod nō fuit per interualla factū ideo Augu.ait ꝙ quū dicimus materiā & formā ſimul dicuntur in quadā breuitate tpis ſed cū ſint duo uerba oportet ꝙ unū ante alterū proferatur. Et idē in eodē primo dixit loquendo de factionibus iſtorū ſex dierū ꝙ potuit diuidere ſcriptura loquendi tpibus ꝙ Deus faciendi tpibus non diui ſit. Quarta rō ſumitur ex parte ipſius ſcripture ſacre,& ex parte ipſorū uerborū que Moyſes ſcripſit & que loquutus eſt. Nā poſtꝗ Moyſes diuiſit oēs dies ꝙ tali die factū fuit hoc,& tali hoc, dixit ꝙ iſte ſunt generationes cęli & terre quādo create ſunt in die quo fecit Deus cęlum & terrā & oē uirgultū agri,uel ut habet alia litera & oē uiride agri. Cōſtat aūt ꝙ cęlum & terra fuerunt facta prima die uel ante oēm diem, uirgultū autem agri factū fuit die tertia quādo dixit Deus, germinet terrā herbam uirentē, & ſubditur ibidē & factum eſt ueſpere & mane dies tertius,ergo ut uidetur maniſeſte colligitur,ꝙ iſte tertius dies fuit idem cū prima die,pari ratione oēs huiuſmodi dies fuerunt idem qd primus dies,ita ꝙ in re ipſa nō fuit niſi una dies multotiens repetita ut plane dixit Aug.5.ſuper Gene. Et alibi ſcriptura ſacra. Eccleſiaſti.dixit ꝙ qui uiuit in eternum creauit omnia ſimul uerum quia maior eſt huius ſcripture authoritas quā omnis humani ingenii perſpicacitas ut dicitur.2.ſuper Gene. Ideo conatus eſt Augu.iſtum numeru ſænariū ad aliquid adaptare, ne uideretur omnino deſerere ſcripturam ſacrā. Et exinde in multis locis ſuper Gene. Et ad oroſium,& .11. de ciuita. Dei omnes iſtos dies adaptat ad cognitionem angelicam,habuit quidem ipſe angelus ab ipſo primordio omnes ſpecies rerum ſibi concreatas,ſed licet omnes ſpecies rerum fuerint facte ſimul in mente āngeli, non tamen ſecundum omnes illas ſpecies actu & diſtincte ſimul intelligeret,ſed intellexit unum poſt aliud. Et ut ſaluemus mentē Aug. dicamus,primo intellexit angelus ſeipſum & intellexit lucē factā, & in iſta intellectione fuit ueſpere & mane, ut dicatur ueſpere quando intellexit ſe in proprio genere & in ſeipſo, dicatur mane quando hoc retulit in laudem creatoris. Dixit ergo Deus fiat lux, id eſt fit creatura ſpiritualis cōuerſa ad Deum & fit ex hoc lux,que non cōuerſa erat tenebra,& in hoc fit ueſpere & mane.i.ſpiritualis creatura cognoſcat ſic ſeipſam cognitiōe ueſptina i ſuo genere & matutina referēdo ſe in laudē creatoris,& ſit hoc ueſpere & mane dies unus. Scdo cognouit Angelus per ſpecies ſibi ipreſſas ipſum firmamentū & cogitauit de ipſis cęlis quō erant diuiſi, & quō erant facti,& quomodo firmamentū ꝙ eſt

4. Ratio.

Gene.2.

Cap.1.

Cap.18.

Cap.9. & ultimo.

1.ſuper Gene.4. Cap.6.& 33.

Eiuſdē rei diuerſa cognitio angelica.

Que ſit cognitio ueſpertina & matutina.

cœlum ſydereum erat inter aquas ſuperiores & inferiores, ideſt inter cœlum chriſtallinnm & cęlos planetarum &in iſta cognitione fuit ue ſpere cognoſcendo hæc in proprio genere, & fuit etiam mane referendo ea in laudem creatoris, & hoc ueſpere & mane factus eſt Dies ſecũdus, & iſte dies ſecundus ſuceſſit diei primo, quia remittitur cognitio angeli reſpectu ſui quum inceperit cogitare de aliis, quia & ſi nunquã cadit angelus a cogitatione ui ipſius quin ſemper actu cogitet de ſeipſo, tamen non ita intenſe, nec ita directe cogitat de ipſo quum conuertit ſe ſuper ipſum. Tertio angelus cogitauit de elementis quomodo ſunt congregate aque in locum unum, quomodo apparuit arida diuiſa ab alius elementis, & quomodo arida ideſt terra germinat herbam uirentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructũ, & in hac cogitatione fuit ueſpere & mane, ideſt fuit cognitio ueſpertina & matutina & factus fuit dies tertius, & iſte dies tertius ſucceſſit diei ſecundo, quia quando incępit cogitare de iſtis deſiit cogitare de cęlis. Hii itaq; tres dies ſecundum cogitationẽ angelicam appoſiti fuerunt ad cognoſcendum diſtinctiones rerum, quia primo cognouit & cogitauit de diſtinctione angelorum, uidelicet de diſtinctione lucis a tenebris, bonorum a malis, ſecunda die cogitauit de diſtinctione elementorum. Quarto angelus cogitauit de luminaribus cęli quomodo diuidunt diem ac noctem, quomodo ſunt in ſigna, tempora dies, & annos, quomodo ſunt ibi duo luminaria magna, luminare maius ideſt ſol qui præeſt diei, & luminare minus, ideſt luna que præeſt nocti, & quomodo ſunt ibi ſtelle, & in hoc fuit cognitio ueſpertina & matutina, & ſic factus eſt ſecundum cognitionem angelicam dies quartus, & iſte dies quartus ſuceſſit tertio, quia quando incępit ſe conuertere & cogitare de luminaribus que ſunt ornamenta cęlorum deſiit cogitare de cognitione aquarũ. & de diſtinctione elementorum. Quinto poſtquã iam cogitauerat angelus diſtinctiones rerum & ornamenta cęlorum, incępit cogitare quomodo aque producunt reptilia animæ uiuentis, & quomodo producuntur uolatilia ſuper terram ſub firmamento cęli ideſt in aere, & quomodo in aqua ſunt cete grandia, & uarie ſpecies piſcium, & cogitabat quomodo in aere eſt omne uolatile ſecundum genus ſuum, quia ſunt ibi uarie ſpecies auium, ſunt enim aues ornamẽtum aeris ſicut piſces ornamentum aque, & in hac cogitatione de ornatu aeris & aque fuit ueſpere & mane, et ſic ſecundum cognitionem angelicam factus eſt dies quintus. Aduertendum tamen ꝙ ſecundum Aug. tertio ſuper Gene. ꝙ propter humiditatem aeris aues dicũtur eſ-

Cognitio angeli quomodo intendatur & remittatur.

Cap. 6. & 7.

ſe facte de aqua,ut ibi aer humidus & uaporoſus ſumatur per aquã piſces ergo fuerunt facti de aqua,quia uere eorum locus eſt aqua,aues etiam fuerunt facte de aqua,quia fuerunt facte de aere humido & uaporoſo ut uidetur ſentire Aug. Aduertendum etiã ꝙ iſte quintus dies ſucceſſit quarto,quia quando angelus incepit cogitare de auibus & piſcibus que ſunt ornamenta aeris & aque,deſiit cogitare de luminaribus que ſunt ornamenta cęlorum. Sexto & ultimo cogitauit angelus de animalibus quomodo produxit terra animam uiuentem & reptilia & beſtias ſecundum ſpecies ſuas,& quomodo homo factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei,que omnia reptilia, beſtie, & homo ſunt ornamenta terre & in hac cogitatione fuit cognitio ueſpertina & matutina, quia cognoſcendo hoc in proprio genere quod pertinebat ad cognitionem ueſpertinã,referebat ea ad laudẽ creatoris quod pertinebat ad matutinam,& ſic ſecundum cognitionem angelicam factũ eſt ueſpere & mane dies ſextus qui ſucceſſit diei quinto, quia quando incępit cogitare ornamenta terre deſiit cogitare ornamenta aeris& aque.tres itaque dies ſecundum cognitionem angelicam fuerunt appoſiti ad cogitandum ornatus rerum ſicut tres dies fuerunt appoſiti ad cogitandas diſtinctiones rerum itaq; quarto die cogitauit angelus de ornatu cęlorum.quinto de ornatu aeris & aque & ſexto de ornatu terre,& quia non erant ulterius noua cogitanda ideo ſecundum cognitionẽ angelicam perfecti ſunt cęli & terra,& alia elementa & omnis ornatus eorum. Quare ſi iſti dies referantur ad cognitionem angelicam ſunt alii & alii,& unus ſuccedit alii,ſed ſi referantur ad factiones rerum eſt unus & idem ſexies uel ſepties repetitus,quia eodem die quo fecit lucem,fecit & alia ſecundum Aug. ſententiam quam nõ pertinaciter aſſerit,ſed multum declinat ad ipſam.

Quomodo differt opinio Auguſt. à communi ſanctorum ſententia quantum ad dies productionum,& quantum ad res productas. Cap. XXVII.

DICEBATVR ſupra tres dies fuiſſe appoſitos ad rerũ productionem,& tres ad earum ornatum,tamen licet aliqui illorum ſex dierum poſſint dici dies productionum,& aliqui dies ornatuum.omnes tamẽ poſſunt dici dies productionum,quia in omni ornatu fuerunt aliqua producta,ut in ornatu cęlorum fuerunt producta luminaria,in ornatu aeris et aque fuerunt producte aues & pi-

Nota

ſces,in ornatu autem terre fuerunt producta reptilia,beſtie, & homo. Videndum eſt ergo primo quomodo iſti communes dies productionū differant ſecundum opinionem Auguſt.& ſecundum alios ſanctos. Nam licet ſecundum Auguſt. referendi ſint iſti dies ad cognitionem angelicam,ſecundum autem alios ſanctos ad res productas prout uerba Gene. ſonare uidentur. Adhuc tamen poteſt eſſe dubium quomodo referendi ſint iſti dies ad cognitionem angelicam certum eſt enim quod qualeſcunq; formas impreſsit Deus in materia quod illarū ſpecies impreſsit in mente angelica ,ſed non in tanto numero ſunt huiuſmodi forme & ſpecies in mente angelica in quanto ſunt in materia, quia per unam ſpeciem poteſt angelus multa cognoſcere. Referendo ergo hos dies ad cognitionem angelicam dicunt aliqui eos accipiendos eſſe ſecundum ordinem rerum cognitarum , non ſecundum cognitionum ſucceſsiones. Sed iſta poſitio non uidetur poſſe ſtare quia ſic accipiendi ſunt iſti dies ſecundum Augu. Referendo eos ad cognitionem angelicam prout ſecundum alios ſanctos ſunt accipiendi referēdo eos ad productionem rerum,ſed illi dies quantum ad productiones rerum non ſolum accipiuntur ſecundum ordinem rerum productarum,ſed etiam ſecundum ſucceſsionem productionum,quia primo fuit facta productio lucis,& poſtea ſubſequenter fuit facta productio firmamenti, ergo a ſimili ſi referētur ad cognitionem angelicam accipiendi ſunt ſecundum ſucceſsionem cognitionū. Rurſus ſi ſolum acciperentur hii dies ſecundum ordinem rerū cognitarum uel productarum,non eſſent niſi unus dies multipliciter repetitus. Nā & ſi omnia eſſent ſimul producta adhuc eſſet ibi ordo rerum productarum quia quedam res eſſent digniores aliis. Dicamus ergo ꝙ ſi uolumus incedere ſecundum opinionem Aug. aliquando exponemus factus eſt dies ſecundus,ideſt factus eſt idē dies ſecundo repetitus, aliquando autem exponemus factus eſt dies ſecundū ideſt factus eſt dies alius ſecundo ſuccedens fuerunt enim huiuſmodi res ſecundus Aug. ſimul producte in materia,& ſimul impreſſe in mente angelica, ſed non fuerunt omnes ſimul ab angelo cogitate,ſi ergo referamus hoc dies ad res productas dicemus ꝙ prima die facta eſt lux,ſecunda die ideſt eadē die ſecundo repetita factum eſt firmamentum,& Tertia die ideſt eadē die Tertio repetita congregate ſunt aque:& apparuit arida, & ſic de aliis diebus. Eodem etiam modo exponemus hoc dies ſi referantur ad res in mente angeli impreſſas. Nā ſecundum Aug.& ſecūdum alios ſanctos, & etiam ſcd̄m omnes philoſophos in mente angelica oīa fuerunt ſi-

Maior numerus ſpecierum in materia prima quā in angelorum memoria.

Simultas productionis rerum habet ordinem in rebus.

Tu plenus ſapientia & perfectus decore. Ezech. 28.

mul impreſſa,& ideo intelligentia dicitur plena formis,quia omnis in telligẽtia nõ recipit ſucceſsiue formas & ſpecies ſicut recipit mens no ſtra, ſed ſtatim oẽs forme rerum & ſpecies fuerunt ſibi impreſſe & ſtatim fuit plena formis & ſpeciebus.ergo ſi ad huiuſmodi impreſsionẽ uolumus referre dictos dies dicemus ꝙ prima die facta eſt lux.i. impreſſa eſt in mẽte angeli ſpecies lucis,& ſcđa die.i. eadem die ſecundo repetita factũ eſt firmamentũ i.impreſſa eſt in mente angeli ſpecies firmamenti & ſic de aliis diebus. Quantũ ergo ad hanc impreſsionem nulla eſt ibi ſucceſsio nec poſſunt ibi eſſe plures dies, ſed ſi eſt ibi pluralitas,erit dies pluries repetitus.Nec uidemus qualiter oporteat Augu. ad ſaluandũ dies confugere ad cognitionem angelicã ſi uolumus eos exponere ſcđm ordinem rerũ cognitarũ & factionem ſcdm ſucceſſionẽ cognitionum,cũ & in ipſis rebus dato ꝙ ſint ſimul producte poſſit ſaluari ordo rerũ productarum,& ſcđm hunc ordinẽ poſsint ſaluari hii dies non q̃tũ ad ſucceſsionẽ ſcđm diuerſitatem ſed q̃tum ad repetitionẽ ſcdm identitatem.Aduertendũ ergo ꝙ ut Aug.ait.11.de trinit. Non põt acies animi ſimul oĩa que memoria tenet uno aſpectu intueri,ſed alternat uiciſsim cedẽdo ac etiã ſuccedendo cogitationes,ſunt ergo in memoria angeli ſpecies in quadã cognitione quaſi habituali uel potentiali,poſtea in Intelligẽtia angeli fiũt actu huiuſmodi ſpecies non ſimul ſed ſucceſsiue,put actualiter cogitat nũc de hoc,nũc de illo itaq̨ a ſpecie in memoria gignitur ſpẽs in intelligẽtia ſicut proles a parẽte,quare ſi cognitio angelica debeat dici dies, nõ referetur ad ſpeciẽ in memoria in ſe,quia in memoria ſunt ſpecies q̃ſi in abſcũdito ut Au. ait,dies aũt ſonat quid clarũ,& quid a ptũ,referretur ergo dies ad ſpecies ut ſunt in claro & in a ꝑto & ĩ itelligẽtia, & ſi referretur ad ſpecies in memoria hoc nõ erit ſcđm ſe quia illo mõ non habent rõnẽ diei,ſed poterũt ad eas referri,put facte in actu, & gignũt ſpecies in Intelligentia ubi ſunt q̃ſi in die ſcđm hoc itaq̨ ſcđa die factũ eſt firmamentũ,qa ſcđa cogitatio angeli potuit eſſe de firmamẽto,que ſcđa cogitatio põt uocari ſcđa dies & ſic de diebus aliis.ergo differt ſentẽtia Auguſ. a cõi opinione ſanctorũ quia ſcđm alios ſanctos etiam q̃tum ad res productas fuerũt alii & alii dies.Sed ſecũdũ Aug.quãtũ ad res ꝑductas fuit una dies & eadẽ dies totiens repetita,ſed quãtũ ad cognitionẽ angeli cã potuerũt eſſe alii & alii dies prout ſcđm aliã & aliã cognitionẽ ſeu cogitationẽ angelus potuit alia & alia cognoſcere ſeu cogitare. Viſo quõ differt opinio Aug.ab opinione aliorũ ſãctorũ quia nõ ſunt alii & alii dies ꝑductionũ in re extra ſed poſſũt eſſe alii & alii ĩ cognitione

Notan. Cap.8.

11. de Trini. cap.8.

angelica prout nunc gignitur & producitur in cognitione angelica actu alis cogitatio de hac re,& poſtea gignitur alia actualis cogitatio de alia re,ſic ergo loquendum eſt de diebus productionum, ſed quantũ ad ipſas res productas loquendo de iſtis inferioribus non uidetur differre opinio Aug. qui ponit omnia fuiſſe producta ſimul ab opinione aliorum ſanctorum. Nam & alii ſancti dicunt elementa fuiſſe producta ſimul ab opinione aliorum ſanctorum diſtincta ſecũdum formas ſubſtantiales, ſed non fuiſſe ornata, quia terra non erat ornata arboribus, quod fuit factum tertia die, nec aer auibus, nec aque piſcibus quod fuit factũ quinta die nec terra animalibus terreſtribus quod fuit factum ſexta die. Aug. etiam uoluit ꝙ plante, aues piſces, & animalia terreſtria fuerunt facta ſimul cum elementis quantum ad rationes ſeminales, uel quantnm ad rationes obedientiales non autem in ſe, imo per ſucceſſionem temporum fuerunt poſtea per ſe producta dicitur.n. communiter ꝙ quantum ad res productas in quatuor differt opinio Aug. ab opinione aliorum ſanctorũ, quia ſecundũ alios ſanctos fuit dare tempus in quo non erat lux in quo non erat firmamentum, in quo non erant luminaria cẹli, in quo non erat terra diſcuperta aquis, que

Notan. non oportet ponere ut dicunt ſecundum expoſitionem Aug. Aduertendum ergo ꝙ tota intentio Aug. uidetur eſſe ꝙ non exponatur ſic ſcriptura ſacra ꝙ detur occaſio infidelibus deridendi eam, ideo que uidemus fieri per proceſſum temporis fuerunt facta per proceſſum temporis, & ſi fuerunt facta ſimul hoc fuit ſecundum rationes ſeminales uel obediẽtiales & quia ĩ iſtis inferioribus uidemus has.s. mutationes fieri proceſſum temporis, quia quotidie generantur aues, piſces, arbores, beſtie, & homines ideo proceſſu temporis fuerunt talia facta, ſed in celeſtibus non uidemus tales mutationes, ideo omnia illa fuerunt ſimul facta, quarto ergo die facta fuerũt luminaria cẹli ideſt prima die quarto repetita fuerunt illa producta, ſed in prima die, nec in initio temporis fuerunt producte arbores uel animalia ſecundum ſe, ideo dixit Au-

Cap. I. gu. 6. ſuper Gene. ꝙ ſydera non fuerunt prius facta ſecundum ratio-

Colligit nes ſeminales ſed ſecundum ſe, animalia autem & plante ſecundum

differentiam & cõuenientiã ipſum non fuerunt in principio facta ſecundũ ſe. Redeamus itaq; ad propoſitum & dicamus ꝙ quantum ad celeſtia etiam quantũ ad res productas differt opinio Aug. ab opinione aliorum ſanctorum, & poſ

Aug. & aliorum. ſumus multoplures defferentias aſſignare quam ſint aſſignate. Nam ſecundum alios ſanctos fuit dare tempus in quo nõ erat lux, & in quo

Gene. I non erat firmamenti motus uel in quo non apparebat firmamentum

diſtinctum

diſtinctum,nam ſequẽdo cõiter ſanctos & intelligendo per firmamẽ-
tum cęlum iuxta illud uocauit firmamentũ cęlum poſſumus dicere, Gen.1.
ꝙ firmamentũ factũ erat,q̃tum ad formam ſubſtantialẽ,ſed dicitur fa
ctum ſecunda die,quia ſecunda die Incepit moueri contra motum pri
mi mobilis ut extunc appareret omnino diſtinctum ab eo,ſic etiam ſe-
cundũ alios ſanctos fuit dare tempus in quo non erant luminaria cęli,
in quo non erãt nec Sol,nec Luna,nec Stelle , & per conſequens non e-
rant motus planetarum ſecundũ quem motum uadunt planete ab oc
cidente in oriens , & non erant motus epyciclorũ ſecundum quẽ ſunt
planete retrogradi & directi,ſed tunc omnia iſta facta ſunt quando di
xit Deus quarta die,fiant luminaria in firmamẽto cęli,& ſint in ſigna,
tempora,dies,& annos , quantum ergo ad iſta que in cęleſtibus poni-
mus facta ſucceſsiue ſecundũ Aug.fuerunt facta ſimul,omnes enim il-
li motus uidelicet primi mobilis,firmamenti,ſiue cęli ſyderei deferen
tium,& epyciclorum fuerunt ſecundũ Aug.ſimul,ſed fuit ibi ſucceſsio
ut ponunt alii ſancti.Nam & ſi a principio incepit motus primi mobi
lis,tamen poſtea ſecunda die quando fuit factum firmamentum ince-
pit motus firmamenti , poſtea quarta die quando facte ſunt Stelle &
planete incepit motus deferentium epyciclorum,qui ſunt motus pla-
netarum.De eo uero quod dicunt Alii ꝙ Aug. poſuit a principio terrã
diſcoopertã aquis,& ꝙ in hoc differt ab aliis ſanctis.Dicemus ꝙ non
oportet ſaluando opinionẽ Aug.ponere terram a principio diſcooper-
tam aquis.Nam quicquid fit proceſſu temporis ſecundum Augu.non Cap.11.
fuit a principio,ſed proceſſu quidem temporis uidemus ꝙ aque nebu
loſe uaporaliter immiſcent ſe aeri.& adeo aliquando uidemus intẽſas
nebulas ꝙ uix homo poſsit uidere ſociũ ſuum,ut & terra quaſi redda-
tur inuiſibilis,quare ſi proceſſu temporis hoc uidemus conſequens eſt
ꝙ a principio ponere aquam nebuloſe fuiſſe immixtam aeri non repu
gnat opinioni Aug.Vnde Aug.2.ſuper Gene.ait hiis poſtea uerbis quũ
dicitur congregentur aque & appareat arida,acceperunt hæc duo ele
menta terra & aqua ſpecies proprias,terra ergo tunc nebuloſe cooper-
ta aquis non habebat ſpeciem propriã quia non poterat in ſpecie pro-
pria apparere,aqua etiam non erat in ſpecie propria,quia non erat cõ
denſata & congregata ſed erat quaſi nebuloſa.Concludamus itaq; &
dicamus ꝙ quãtum ad enumerationem dierum, & q̃tum ad corpora 8.Phy.37.
ſuper cęleſtia ubi nullam alterationem uidemus fieri , cum ſecũdum 2 de celo.
ſapientes philoſophos cęlũ ſit corpus primũ alterans,& ex hoc ſit alte 42.
rãs inalterabile,ſicut primũ mouẽs eſt mouẽs ĩmobile,magna differẽ

tia eſt inter Aug.& alios ſanctos, ſed q̃tum ad hec inferiora & q̃tum ad res productas in hiis inferioribus cum iſta fient proceſſu temporis quia quaſi quotidie uidemus aquas nebuloſe immiſceri aeri & genera ri & animalia quaſi non eſt differentia inter Aug.& alios ſanctos, quia ſicut ſecundum alios ſanctos hec facta fuerunt proceſſu temporis, ſic ſecundum Aug.& facta ſunt proceſſu temporis, licet Augu.non ponat hec facta per diſtinctionem dierum ſicut ponunt ſancti. A principio itaq; ſecundum Aug.corpora ſupercęleſtia omnia fuerunt facta ſicut nunc ſunt, ſed elementa habuerunt aliquam admixtionem ad inuicē, & nondum erant arbores nec animalia, niſi in rationibus ſeminalibus uel obedientialibus, poſtea proceſſu tẽporis fuerunt congregate aque, exorte plante, & producta animalia.

Quomodo ſoluuntur obiectiones facte contra communia dicta ſanctorum, & quod communis ſãctorum ſententia eſt magis cõſona ſcripture ſacre. Cap. XXVIII.

Paul.I co. 3. I.cor.I. NITITVR quidem Aug.probare omnia fuiſſe facta ſimul, & potiſsime ſuper cęleſtia corpora, ne detur infidelibus occaſio deridendi ſcripturam ſacram, ideo in hoc capitulo hanc obie ctionem & alias intendimus ſoluere. Nam nihil ad nos de hiis qui fo ris ſunt, quicquid enim diceremus deriderent nos infideles iuxta id Apoſtoli ad Corinth. Nos predicamus Chriſtũ crucifixum Iudeis qui dem ſcandalum gentibus autem ſtultitiam. Deo autem qui eſt caput Eccleſię & totius ſcripture ſacre, de quo in capite libri ſcriptum eſt quũ dicitur ꝙ in principio ideſt in filio creauit Deus cęlum & terram, gen tes ſtultitiam arbitrantur & deriſionem faciunt, multo magis hoc a gunt de ipſa ſcriptura ſacra, ſed licet gentibus & hiis qui foris ſunt ſit hoc ſtultitia, hiis tamen qui ſalui fiunt eſt ſalus, uirtus, & gloria, in hoc ergo perditur ſapientia ſapientum & prudentia prudentum reproba tur iuxta illud prima ad Corinth. Perdam ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentum reprobabo. Non oportet quidem totum de ferre ſupercęleſtibus corporibus ut dicamus ꝙ omnino diſtincta & or nata ſiue perfecta producta ſint, non enim plus debemus deferre cor poribus ſupercęleſtibus q̃ angelis, ſed angeli a principio non fuerunt omnino diſtincti, non fuerunt omnino perfecti ergo magis & ſupercę leſtia corpora. fuit autem aliqua perfectio & aliqua beatitudo in ange lis qua fuerunt creati in quadam luce naturali, iō Eſai. ſub ſimilitudi

(Margin: Pſal.I. ad Hebre.Io — Eſa. cap.I 29. Abd.I.)

ne regis babilonis dicitur de diabolo. Quō cecidiſti de cęlo Lucifer qui mane oriebaris, ſic etiam fuerunt creati angeli in quadam beatitudine innocentiæ, uel ut multi dicunt in quedā beatitudine gratie, ideo diabolus dictus eſt plenus ſapiētia perfectus decore, & in delitiis Paradiſi fuiſſe ſcdm quem modū in perſona regis tyri. Ezec. dicitur de diabolo. Tu ſignaculū ſimilitudinis plenus ſapiētia, & perfectus decore, & in delitiis Paradiſi Dei fuiſti, habuerunt ergo aliquā beatitudinē omnes angeli a principio, & habuerunt aliquā perfectionē prout requirebat tps illud ſed non fuerunt oīno perfecti, nec habuerunt beatitudinē glorie a qua nullus cadit, & ideo ſicut primus homo habuit quādam beatitudinē in ſtatu innocentiæ a qua cecidit per peccatū, ſic & diabolus habuit quādam beatitudinē a qua cecidit per ſuperbiā ut uult Au. 11. de ciuitati Dei. Redeamus ergo ad propoſitū & dicamus aliq̄ ſimilitudinē fuiſſe de cęlis & angelis, & ſi nō deridebimur ponendo hoc de angelis, nullus debet nos deridere ponēdo hoc de cęlis, prio quidē habuerūt cęli aliquē decorē & aliquā perfectionē ab ipſo principio quia fuerunt creati ſcdm ſubales formas, & conſtituebant q̄dā quintā eccleſiā ut non eſſent corporales ſicut ſunt q̄tuor elementa, ſed nō fuerunt creati cęli oīno perfecti, ſic & angeli habuerunt quandā perfectionē a principio ſed nō fuerunt oīno perfecti. Scdo ſicut in angelis per motū liberi arbitrii facta eſt diſtinctio inter eos, quia per conuerſionē que eſt motus liberi arbitrii hi facti ſunt beati, & per auerſionē alii facti ſunt miſeri ſic per motus corporales facta eſt diſtinctio inter cęlos quando incepit firmamentū moueri cōtra motū primi mobiīs. Tertio ſicut angeli prio fuerūt creati, & poſtea ſunt illuminati, & p lucē glorie decorati, ſic & cęli prio fuerunt creati, & poſtea per Solē & Lunā & Stellas uelut per quaſdā luces fuerunt ornati & decorati. Vel etiā per lucē creatā pria die aliquem ornatū acceperūt licet non tantū q̄tum poſtea habuerūt & ſic ſolutū eſt incōueniēs primū quia ſi non deridemus ponēdo hoc de angelis ꝙ in ipſo pricipio nō fuerūt oīno perfecti & decorati ſicut nūc ſunt nō debemus derideri ponēdo hoc de cęlis. Non aūt iſta dicimus ut īprobemus opinionē Aug. q̄ eſt ualde ſubtilis & ſolēnis quia nec ipſe eā pertinaciter aſſerit, ſed ut ſubſtineamus opinionē ſanctorū que magis cōcordat textui ſcripture ſacre prout litera ſonat q̄d per ſex dies cęli & elementa fuerūt diſtincta & ornata. Quod autem addebatur ſecundo quod ſi Deus fecit lucē primā die quod fecit eā in Inſtāti, quid ergo fecit per totā illam diē, & ꝙ expectabat, dicemus ꝙ non expectabat aliquid quo indigeret, nec fecit hoc rōne indigētie ſed

Cap. 14.

Ezech. 28.

Cap. 11. & 13.

Solutio primæ rō. nis.

Ad confirmationem

ſecundum ordinem ſue ſapientiæ. Gentiles enim nimis dederunt crea-
Ex ordine diuinæ ſapientie nõ omnia ſũt producta ſimul. ture, poſuerunt .n. eternitatem mundi, dicentes ſic fuiſſe ab eterno oĩa
diſtincta & facta ſicut modo ſunt, & quia hoc non poſuerunt ſecundũ
diuinum beneplacitum ſed ex neceſsitate. ideo ſequitur ſecũdum eos
ꝙ productio cauſarum a deo ſit quaſi productio umbre a corpore, uel
ueſtigii a pede, quia ſi ab eterno fuiſſet corpus in lumine, ab eterno fe-
ciſſet umbram, quam cauſatam a corpore nemo dubitaret, & ſi ab e-
terno fuiſſet pes in puluere, ab eterno fuiſſet ueſtigium quod factum
a pede nulli eſſet dubium ut etiam Aug. fatetur ſed ſi ſic eſſet non age
ret deus ex libero arbitrio. Sed ex neceſsitate nature quod eſt ſumme in
conueniens ponere, ideo ad tollendam Gentilium ſuperbiam & ne ni
mis demus creature multum cõmendatur diuina ſapientia ſi non ſo-
Ad 2. confir. lum ab eterno ſed nec etiam in principio temporis non fuerũt omnia
diſtincta & ornata ſicut & modo ſunt. Quod uero addebatur Tertio
ꝙ ridiculum eſt dicere de ipſis cęlis ꝙ ſic ſucceſsiue ſint diſtincti & or-
Sap. 11. nati, dicemus ꝙ nihil ſunt cęli in conſpectu eius, quia tanq̃ momentũ
ſtature, ſic autẽ dictum eſt orbis terrarum, & tanq̃ gucta roris ante lu
cem. Vt ergo oſtendebatur ꝙ in cęlis eſt ratio obedientialis ut fiat de
Ad 2. rationẽ princ. eis quod uult Deus cõmendatur diuina ſapientia ſi non a principio ſed
per interualla temporum fuerunt cęli diſtincti & ornati. Quod uero
addebatur quarto ꝙ loquebatur Moyſes populo rudi & groſſo, ideo
diſtinxit per interualla tẽporum ut populus rudis & groſſus hoc me-
Tex. cõ. 4 lius caperet. Dici poſſet ꝙ ſufficit diſtinguere per uerba doctrinæ ad
hoc ꝙ rudes intelligant abſq; eo ꝙ fiat diſtincto per interualla tempo
rum, res enim ſicut ſe habet ad eſſe ita ſe habet ad ueritatem, & ad co-
Ad 3. rõnẽ princ. gnoſci, quia diſpoſitio unius cuiuſq; rei in entitate eſt ſua diſpoſitio in
ueritate ut poteſt haberi per .2. Meth. ſufficit ergo per uerba doctrine
narrare de rebus ſicut fuerunt facte ad hoc ꝙ habemus cognitionẽ de
factione ipſarum, ſicut ergo fuerunt facti ſimul ſic debent dici facte ſi-
mul, & ſic aliter & aliter. Qđ uero addebatur .5. ex parte ipſius Moy-
ſis quia que non poſſunt ſimul dici, poſſunt tamẽ ſimul fieri. Dici poſ
ſet ꝙ que non poſſunt in eodem inſtanti dici poſſunt ad idem inſtans
referri, nullus enim poſſet ſimul dicere cęlum & terram, abyſſum &
tenebras, & ferri ſpiritum domini ſuper aquas, ſed quamuis ſcriptura
prius nominet cęlum poſtea terram, & ſic de aliis, tamen omnia iſta re
fert ad unum & idem inſtans quum ait. In principio ideſt in initio tẽ-
porum ſecundum unũ modum exponendi fecit Deus cęlum & terrã,
& terra erat inanis & uacua, & tenebre erant ſuper faciem abyſsi, &

ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, omnia enim iſta non potuerunt ſimul dici nec ſimul ſcribi, potuerunt tamen per ſcripturam ſacrã ad idem inſtans referri, ſic etiam omnia opera ſex dierum ſi fuiſſent in eodem inſtãti facta potuiſſent ad idem inſtans referri. Quod autem adđebatur ſexto de ſcriptura ſacra ꝙ iſte ſunt generationes cęli & terre quando create ſunt in die quo fecit cęlum & terram, & omne uirgultum agri, ergo in primo eodem die quo fecit Deus cęlum & terram, fecit uirgultum agri, quod factum eſt Tertia die, itaq; Tertia dies fuit eadem cum prima die & per conſequens omnes dies ſex fuerunt idem quod primus dies, & non fuerunt niſi unus dies ſepties repetitus. Dici poteſt ꝙ ipſa ſcriptura ſoluit ſeipſam, ſic enim iacet textus, iſte ſunt generationes cęli & terre quando create ſunt in die quo fecit Deus cęlum & terrã, & omne uirgultum agri anteq̃ oriretur in terra, ſed facere uirgultum agri anteq̃ oriatur in terra, hoc eſt facere uirgultum agri non in ſe quia quando fit uirgultũ agri ſecundum ſe oportet ꝙ fiat in terra & quod oriatur in terra, ſed eſt facere ipſum uel ſecundum ſuas rationes primordiales, ſiue ſecundũ ſuas rationes ſeminales aut obedientiales, quia uirgultũ & omnia que uidemus facta prius fuerunt facta in huiuſmodi rationibus & in ſuis cauſis q̃ in ſe, erit ergo ſenſus ꝙ in primo eodem die quo fuerũt facta cœlum & terra, fuit factum uirgultum in ſuis cauſis anteq̃ oriretur in terra ſecundum ſe. Hoc ergo modo ſoluitur authoritas eccleſiaſtica ꝙ qui uiuit in eternum creauit omnia ſimul quia ut Gregorius ait ꝙ rerum ſubſtãtia ſiue rerum materia eſt ſimul creata, ſed non eſt ſimul per ſpecies formata, materialiter quidem fuit uirgultum ſimul creatum in terra anteq̃ oriretur de terra & poſtea per ſucceſſionem temporis fuit formatum de terra & ortum de terra, Vnde & Aug. uirgultum, plantas, & alia nõ ponit primo producta ab initio temporis niſi ſecũdum rationes ſeminales uel obedientiales, ſed poſtea per tempora ſunt producta. Poſſumus autẽ & aliter ſoluere quod dictum eſt, ut quum dicitur & omne uirgultum agri ratione illius & repetatur ibi in die ut ſit ſenſus, iſte ſunt generationes ſcilicet cœli & terre quando create ſunt in die quo fecit Deus cęlũ & terram, & ſupra, in die quo fecit Deus omne uirgultum agri. In die ergo fecit Deus cęlum & terram, & in die fecit uirgultum agri, ſed nõ oportet ꝙ eodem die itaq; ex ui textus non oportet dicere tertium eſſe eundem cum primo. Aduertendũ ergo ꝙ exponendo de uirgulto agri in ſe poſſumus exponere ꝙ Deus produxit uirgultum agri anteq̃ oriretur in terra, ideſt anteq̃ oriretur uirtute terre, quia productio prima

Ad 4. rõnẽ princ.

Ge. cap. 2.

Eccle. 18.

Gregorius

6. ſup Ge. cap. 1.

Aliã ſolutio ad quartam rõnem.

Nota

uegetabilium & ſenſibilium fuit facta uirtute diuina, magis q̃ uirtu-
Nota te elementorum ut in ſecunda parte huius operis poterit declarari.
Aduertendum etiam ꝙ poſſumus aliter ſoluere qui uiuit in eternum creauit omnia ſimul, quia q̃tum ad creationem que eſt facere de nihilo aliquid poſt primam creationem rerum nihil fuit poſtea de nihilo productum niſi ſicut quotidie producitur uidelicet quantum ad animas rationales que quotidie creando infunduntur & infundendo creantur. Non improbauimus quidem ut diximus opinionem Aug. ſed uolumus uiam uolentibus tenere opinionem ſanctorum aperire, ideo ſtuduimus ſoluere obiecta poſita contra opinionem predictã. Et in hoc terminatur prima pars huius libri ſex dierum.

EXPLICIT PRIMA PARS HVIVS operis, in qua agitur de operibus ſex dierũ in genere.

INCIPIT SECVNDA PARS EXAMERON ÆGIDII DE OPERIBVS SEX DIERVM VBI DE EIS AGITVR IN SPECIAE.

IN QVO AGITVR, VTRVM LVX ILLA primo ędita fuit lux corporalis uel ſpiritualis.

CAP. I.

EXPEDITA Prima parte huius operis in qua agi-
tur de operibus ſex dierũ in generali, uolumus aggre
di ſecunda partem, & agere de opere cuiuslibet diei
in ſpeciali. Et quia prima die facta eſt lux, ideo a luce
incipiẽtes oſtendemus. An lux prĩa facta die fuerit cor
poralis uel ſpiritualis. Au. tamẽ uidetur declinare ad *Cap. 1. 3. 4*
hanc partẽ ſuper Ge. ꝙ fuit ſpiritualis, dicit enim ꝙ ipſa prima creatu *& 5.*
ra uidelicet natura angeli prĩo appellata eſt cœlum cũ dicit In princ. *Vbi ſupra*
fecit Deus cęlũ & terrã, poſtea uocata eſt lux cũ dixit Deus fiat lux, &
facta eſt, lux eã reuocãte ad ſe cõuerſio eius facta atq; illuminata ĩtelli
gatur, natura ergo angelica prĩo fuit creata que noĩe cœli ſignificatur,
poſtea cõuerſa ad creatorẽ & illuminata noĩe lucis eſt ſignificata. Vn-
de idẽ Aug. ſuper Ge. dicit ꝙ lux que primũ dicta eſt ut fiat & facta pri
matũ creature tenere intelligenda eſt. Et ſubdit ꝙ ipſa eſt intellectua-
lis uita que niſi ad creatorẽ illuminãda conuerteretur fluctuaret infor
miter tamẽ ante cõuerſa illuminata eſt, factũ eſt ꝙ uerbo Dei dictũ eſt
fiat lux. Sed licet (ut uerba Aug. ſonare uidentur) per lucẽ poſſumus
intelligere conuerſionẽ ſiue illuminationẽ angelorum ſicut per cęlum
intelligimus creationem, nihilominus tamen ſicut cęlum quod prius
factum eſt fuit quoddam corpus quia fuit cęlum emphyreum per il-
lud tamẽ ſignificantur angeli, quia mox creatũ ſanctis angelis eſt re-
pletũ. Sic dicere poſſumus ꝙ lux illa primo facta fuit lux corporalis
tamen ſignificabat conuerſionẽ naturæ angelice quid ſatis probabili- *Cap. 11.*
ter creditur. Et hec ſatis plane dicit ergo lib. 1. parte prĩa. Qđ quũ lux *Quod pri*
illa corpalis fuit facta fuerũt boni angeli ad deũ cõuerſi, & mali a deo *ma lux fu*
auerſi, ut quũ corpaliter fuit lux ſeparata a tenebris dicitur ꝙ boni an *erit ſpiri*
geli fuerũt diuiſi a malis. Vidẽdũ eſt ergo an corpalis an ſpãlis ſit illa *tualis pro*
lux. poſſet aũt triplex rõ adduci ꝙ lux illa fuerit ſpãlis ut ſit prĩa rõ ex *batur tri-*
pte prioritatis ſcđa ex parte uniuerſi. Tertia ex pte firmamẽti. i. uia ſic *plici rõne*

patet, nam ut dicit Aug. ſuper Ge. ad litteram, cum dixit Deus fiat lux
1. Ratio. non illa uera coeterna patri intelligenda eſt per quam facta ſunt oīa
Cap. 17. & que illuminat omnem hominē, ſed illa de qua dici poteſt prior om
ni creatura eſt ſapientia, ſi ergo prior omni creatura eſt ſapientia ideſt
natura angelica ſiue uita ſpiritualis ut innuit Aug. & ut habetur eccl.
Eccl. 1. uidetur ꝙ non ſolum ex authoritate Aug. ſed ex authoritate ſcripture
ſacre ratione prioritatis ꝙ productio ſpiritualis ſubſtantiæ pertinent
ad primam diem, nam ſi prior omni creatura eſt ſapientia, ipſa eſt illa
lux que eſt facta primo die. Secunda uia ad hoc idem ſumitur ex par-
2. Ratio. te uniuerſi, nam in illis ſex diebus ut aliqui aiunt enarrantur uniuerſa
producta ꝙ ergo in iſta narratione pretermittantur quod eſt nobilius
in uniuerſo conditio naturæ angelice uel eius illuminatio ut uidetur
eſt inconueniens lucem ergo primo factam non referremus ad naturā
corporalem ſed ſpiritualem. Tertia uia ſumi poteſt ex parte ipſius fir-
3. Ratio. mamenti, nam ſi illa lux fuiſſet corporalis, ibi fuiſſet facta ubi ſunt fa
cta luminaria cœleſtia ſed omnia huiuſmodi luminaria facta ſunt in
firmamento cęli ut patet ex tex. Ge. ergo lux illa fuiſſet facta in firma-
Cap. 1. mento cęli quod non uidetur poſſe ſtare, cum firmamentum dicatur
factū ſecunda die, & illa lux fuerit facta prima die, illud enim in quo
fit aliud ſaltem origine procedit illud quod fit in ipſo, firmamentū
ergo nō fuiſſet factum ſecunda die imo ſaltem origine fuiſſet factum
ante primam diem, & quia ſine implicatione inconuenientis lux pri-
mo facta (ut patet per hanc rationem) non poteſt intelligi de luce cor
porali, oportet ꝙ intelligatur de luce ſpirituali. Sed omnes hæ ratio-
nes non concludunt, tamen anteꝙ ſoluamus eas, adducemus tres ra-
tiones ꝙ lux primo facta fuit corporalis, fuit enim quoddam corpus
Quod lux lucidum ut uult Magiſter in .2. Dum ait ꝙ utiqꝫ probabile eſt corpus
1. facta cor lucidum fuiſſe uelut lucida nubes. Sumatur ergo prima ratio ex par-
poralis fu te tenebrarum quod eſt oppoſitum lucis, ſecunda ex parte dierum qui
erit. ſunt effectus lucis, Tertia ex parte aliorum luminariorum que ſunt
Diſt. 13. de genere lucis. Prima uia ſic patet, nam ut dicitur Ge. Tenebre erant
1. Ratio. ſuper faciem abyſsi, ſi ergo abyſſus nominant illam informem mate-
Cap. 1. riam que erat corporalis oportet ꝙ & tenebre corporales eſſent & lux
illa primo facta que a tenebris eſt diuiſa pari ratione corporalis erat,
itaqꝫ ſi conſideramus tenebras que ſunt oppoſitum lucis primo facte,
cum oppoſita ſint nata fieri circa idem quia tenebre ille fiebant circa
corpus quia circa abyſſum & erāt corporales, lux illa corporalis fuit,
2. Ratio. Secunda uia poteſt accipi ex parte dierum qui ſunt effectus lucis, nam
appellauit

appellauit q Deus lucem diem & tenebras noctem, lucem enim appellauit diem, quia cauſat diem itaq; cum illi dies fuerint corporales ſecundum cómunem ſanctorum ſententiam oportet q lux illa corporalis fuerit. immo cum facto Sole fecerit quartum diem corporalem, cum omnes illi dies fuerint eiuſdem rationis oportet primos tres dies quos fecerat dicta lux corporales eſſe. Tertia uia poteſt ſumi ex parte ipſorum luminariorum que ſunt de genere lucis, non uidetur enim aliud intelligendum cum dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, quod factum eſt primo die q̃ cum dixit fiant luminaria in firmamẽto cęli, ſed illa luminaria fuerunt corporalia, quia fuerunt Sol, Luna, & Stelle, ut patet ex tex. ergo & lux illa corporalis fuit. His itaq; prelibatis cũ oſtenſum ſit lucem illam fuiſſe ſpiritualem, & probatum ſit fuiſſe corporalem, dici forte poſſet argumenta hinc inde procedere ſecundũ uarias opiniones, ut probantia lucem illam fuiſſe ſpiritualem procedunt ſecundum opinionem Aug. que aũt probant eam corporalem procedũt ſecundum opinionem aliorum ſanctorum. Nos autem dicere poſſumus ad litteram fuiſſe productam quãdam lucem corporalem (ut dicunt communiter ſancti) que figurabat & ſignificabat quãdam lucẽ ſpiritualem, in quo poteſt uerificari opinio Auguſti. Cum ergo queritur, qualis fuit illa lux, que producta fuit prima die, fuit lux corporalis, ſed ſignificabat lucem ſpiritualem. Ex hoc autem poſſunt ſolui argumenta utriuſq; partis. Nam cũ dicitur q prior omni creatura eſt ſapientia. Dicemus q ſapientia angelica ſiue natura angelica producta fuit ante factionem lucis, & fuit producta prior omni nõ tempore ſed dignitate. Tempore quidem ſiue duratione fuit coęua cœlo empyreo ſed dignitate erat longe prior eo, & ſicut quantum ad creationem fuit coęua cęlo empyreo, ſed dignitate longe prior, ſic quantum ad conuerſionem & illuminationem poteſt dici coæua luci prima die facte, ſed dignitate longe erat prior ea, quare ut ſupra tangebatur ſicut cęlũ primo productum fuit corporale & ſignificabat cęlum ſpirituale id eſt angelos, ſic lux primo facta fuit corporalis & ſignificabat angelos primo factos & ad Deum conuerſos qui ſunt lux ſpiritualis, angeli ergo illuminati per ea que ſunt in tex. pertinent ad primum diem ſecundum ſenſum myſticũ, quia figurati ſunt per lucem factam prima die, ſed corpus illud lucidum factum primo pertinet ad primam diem ſecundum litteram quia ad litteram fuit facta quedam lux ideſt quod corpus lucidum prima die. Quod autem. 2. addebatur q tam nobile quid ſicut eſt natura angelica in narrando partes uniuerſi non debuit

3. Ratio.

Gene. 1.

Ad 1 arg. Aug.

q. prima. Idem habetur a doctore in. 2 Sent. diſt. prima.

pretermitti. Dici poteſt ꝙ natura angelica non fuit pretermiſſa cum Moyſes narrauit partes uniuerſi nec quantum ad ſuam creationẽ nec quãtum ad ſuam illuminationem, ſed de ejus creatione & illuminatione nõ agitur aperte & literaliter ſed ſub uelamine & figuratione, quia ſub prodictione cęli empyrei intelligitur angelorũ creatio ſub factione lucis & eorũ illuminatione. Cauſa aũt quare ſub uelamine & figuratione locutus eſt Moyſes de creatione & illuminatione angelorũ non litteraliter & aperte aſsignatur, dicit una ex parte intellectus Iudeorũ, alia ex parte affectus eorũ, habebant quidẽ Iudei intellectum rudẽ, cũ non poſſent tranſcendere corporalia, ideo ſub figura corporaliũ loquebatur eis Moyſes de conditionibus ſpiritualiũ; fuiſſent forte Iudei propter ruditatẽ intellectus magis ducti in errorẽ q̃ in ueritatẽ ſi aperte fuiſſent eis propoſita ſpiritualia. Scđa cauſa ad hoc idem ſumitur ex parte malitie affectus, habebant quidẽ Iudei ita malum affectũ & ita malã uoluntatẽ ad ſequendã idolatriã ꝙ ſi fuiſſent eis propoſita manifeſte ſpiritualia credidiſſent in eis aliquid numinis & adoraſſent ea. nã cum non eſſent eis propoſita niſi corporalia etiã ipſa corporalia adorabãt ut patet Exodi quia adorauerũt uitulũ aureũ dicẽtes Hi ſunt dii tui Iſrael qui eduxerũt te de terra Aegypti. Quod autẽ addebatur tertio de firmamẽto ꝙ fuit factũ ſecunda die, dici põt ꝙ ſecundũ ſubſtantiales formas oẽs cęli fuerunt facti ante oẽm diem qui in ipſo principio tpis cęli & elemẽta fuerunt facta ſcđm ſubſtantiales formas, ſed exponendo firmamentũ pro cęlo ſydereo dicitur firmamẽtũ factũ ſcđa die, quia in ipſo principio non creditur fuiſſe motus niſi ab oriẽte in occidens, ut & oẽs cęli mouerẽtur uno motu uidelicet primi mobilis qui durationẽ incepit ſimul cũ initio tpis, ſed poſtea ſcđa die fuit factũ firmamentũ non q̃tũ ad ſubſtantialẽ formã ſed q̃tũ ad diſtinctionẽ, ut quia forte ſecũda die incepit moueri cõtra motũ primi mobilis ut ex hoc appareret oĩno diſtinctũ ab ipſo. Quare ſi cęli oẽs producti fuerunt ſecundũ ſubſtãtiales formas ab ipſo primordio potuit lux illa prĩo die produci in illo cœlo in quo producẽda erat. Eodẽ etiã modo ad argumẽta illa probantia ꝙ lux illa erat corporalis dici põt ꝙ hoc nõ excludit quin ſignificare poſſet lucẽ ſpũalẽ, imo q̃tũ ad angelos ſemper in figura aliquarũ rerũ corporaliũ locũtur Prophete. Sicut Iſaias in figura regis Babilonis loq̃tur de diabolo cũ dicit quõ cecidiſti. Et in figura regis Tyri de eodẽ loquitur Ezech cũ dicit tu ſignaculũ ſimilitudinis. Sic ſub figura lucis loquitur Moyſes de angelis cum dicit fiat lux, ut ſit ſenſus fiat lux corporalis, & facta eſt lux cor-

Quare Moyſes Iudæis ſub uelo, & figura loquutur.

Cap. 32.

Ad arg. 3.

Solutio rõ[n]um alterius opinionis in genere.

Cap. 14.

Cap. 28.

poralis ſignificans & figurans lucē ſpiritualem.

Vbi agitur ꝙ multi ſunt modi dicēdi in qua parte cœli lux illa ad primū diem pertinēs ſit producta. Cap. II.

SOLENT multi dubitare in qua parte celi illa lux fuerit producta. Magiſter quidē ſententiarū diſtinguēs multipliciter diem quia dies uel pōt dici lux illa que cauſabat diē, uel aer illuminatūs ſecundū quē cauſabatur dies, uel ſpatiū.24. horarū iuxta q̃titatē tpis ſecundū quā extenditur dies. ſed hanc ergo materiā pertractans Magiſter inquit quō dies illa prima habuit ueſperam & mane uolēs ꝙ in oriente fuerit producta lux, ſed dicitur illa dies prima nō habuiſſe mane ſed habuiſſe ueſperā propter duo, prīo quidē quia mane dicitur finis precedētis diei & initiū ſequētis, primā autē diem nulla dies preceſſerat cuius finis poſſet dici mane. Secūda ratio ad hoc idē eſt qa ſecundū ipſum mane dicitur quū eſt aurora, quia nec ſunt oīno tenebre nec eſt plena lux, tale autē non fuit in prima die ſed luce facta fuit plena dies ſuper terrā ab oriēte itaq; ſequendo Magiſtrū incohauit prima dies & oriente fuit facta illa lux, ſed in illa parte oriētis cum iam tranſacta aurora eſt plena dies ſuper terrā ut dies illa nō haberet mane, nō haberet aurorā, haberet tamē ueſperā, quia circunducta & pergens ad occidentē fecit ueſperā, ac per eius occaſum circuēs emiſperiū inferius fecit noctē, ueniens ad orientē fecit aurorā ſiue fecit mane rediēs ad illū pūctū ubi incepit prīa & plena fuit dies cōpleta habēs ueſperā noctem & aurorā, & mane, & fuit dies illa.24. horarū ſicut ſunt alii dies. Eſt aūt alius modus dicēdi ꝙ lux illa fuit facta in crepuſculo qa Xp̃s tunc dicitur reſurrexiſſe, & qa tali hora creditur futura reſurrectio. Luce itaq; illa redeūte ad illū punctum erit cōpleta circulatio, & tūc ceſſabit motus cęli itaq; ubi fuit facta lux illa ibi ſtabit. Hii ergo duo modi de luce facta in oriēte differūt qa unus dicit lucē factā plena die, alius ī crepuſculo. Alii quidē dicūt ꝙ in meridie .i. in circulo meridiano terre habitabilis, uel illius ptis terre ubi ꝓducēdus erat hō fuit facta illa lux, & qa cū Sol uel ꝙ cūq; cps luminoſū attingit meridianū circulū ſtatim īcipit declinare uerſus occidentē, & ex hoc ſtatim dici pōt ꝙ incipit facere ueſperā, iō dicitur illa dies incepiſſe a ueſpera ut poſt habuit ueſperā & poſt ea habuit mane, & ſic ueſpere & mane factus eſt dies unus. Scd̃m hanc qdē expoſitionē pōt eſſe duplex modus dicēdi uidelicet ꝙ dies illa etiā ſcd̃m motū illius lucis habuit.24. horas ut dicamus ꝙ mundus fuit productus ī Martio quū eſt eqnoctiū

2. Sent. diſtin. 13.

Lux prima quō habuit ueſpere et mane

Diuerſus modus dicendi a priori.

in uniuerſa terra. Circulus ergo ille ſecundum quem accipitur dies & nox diuiditur in duas medietates, uel in duas partes in emiſperium ſuperius quod eſt arcus diei, & in emiſperium inferius quod eſt arcus noctis. Inſuper arcus diei ſiue emiſperium ſuperius diuiditur per circulum meridianum, dicebatur autem illa lux in illis primis tribus diebus, ut dicitur modo Sol omni die reſpectu alicuius partis terre attingere circulum meridianum quando eſt meridies in illa parte terre ergo circulus meridianus diuidit diem in duas partes, quarum una eſt ab oriente uſq; ad circulum meridianum, alia eſt a circulo meridiano uſq; ad occidentē, & ſi dies artificialis diuiditur in mane & ueſperam poteſt diei mane ab oriente uſq; ad circulum meridianum, & ueſpera a meridiei circulo uſq; ad occidentē, ponendo ergo lucem illam factā in circulo meridiei erit unus modus dicendi ut ſupra aliqualiter tangebatur ꝙ lux illa in meridie facta mota ad occidentem fecit ueſperā peragens circulum noctis & ueniens ad orientem fecit noctem, rediēs ad circulum meridianū mane, & ſic ueſpere nocte & mane factus eſt unus dies naturalis habens. 24. horas. Vel quod idem eſt dicere poſſumus ꝙ ſi illa lux facta fuerit in meridiano circulo primo fecit ueſperā, poſtea fecit noctem, & ultimo rediens ad meridianum circulum fecit mane, itaꝙ nox illa fuit inter ueſperam & mane, & quia nominatis extremis datur intelligi medium nominatis ueſpere & mane datur intelligi nox illa quam fecit poſt ueſperam anteꝗ faceret mane, & ſi in ueſpere & mane, includitur nox & datur intelligi nox, poſſumus dicere ꝙ ueſpere & mane factus eſt unus dies naturalis habens 24. horas. Et autē ſecundum hunc modum exponendi alius dicendi modus, dicunt enim quidam ꝙ factio mundi preceſsit factionem lucis per ſex horas, itaꝙ primum mobile reuoluens omnes alios cęlos iam peruenerat ab oriente uſq; ad circulum meridianum, ibiq; facta fuit lux que tendens ad occidentem fecit ueſperam currens arcum noctis & ueniens ad orientem fecit mane, & factum eſt ueſpere & mane dies unus. 24. horarū, uidelicet continens ſex horas tranſactas ante factionem lucis, & ſex horas quas fecit illa lux faciendo ſcilicet ueſpere, &. 12. horas quas fecit faciendo noctem, qua expleta fecit mane, & fuit ueſpere & mane dies unus naturalis. 24. horarum. Differt autem hic modus dicendi a primo quia licet ſecundum utrūq; modum lux ſit facta in circulo meridiano cum ſcd̄m primum motum non fuit completa dies niſi quando lux peruenit ad circulum meridianum, ſed ſecundum hunc modū alium fuit completa dies quando lux peruenit ad orientem conti

Alii interpretandi modus.

nens.24.horas de quibus.18.fecerat illa lux,&ſex erant tranſacte ante factionem lucis. Sed iſte modus dicendi non uidetur congruus quia quod factio mundi precederet factionem lucis per ſex horas non uidetur conueniens,credimus quidem ualde fuiſſe paruam morulam inter factionem mundi & factionem lucis nam cum factione ſiue cum creatione mundi fuit creata natura angelica quam dicimus eſſe unum de quattuor coęuis,nam materia informis,tempus,cęlum empyreum,natura angelica ut ſupra diximus ponũtur quattuor coęua, & ſicut in creatione mundi fuit creata natura angelica, ſic ſecundum Vgonem libr.1. parte prima ſimul cum illuminatione quando facta fuit lux & diuiſa a tenebris fuit illuminata natura angelica & creditur diuiſos eſſe bonos angelos a malis,& bonos quidem permanſiſſe,malos autem cecidiſſe. Inter creationem ergo mundi & factionem lucis non creditur plus fuiſſe de mora q̃ inter creationem diaboli & eius caſum, uel inter creationem bonorum angelorum & eorum illuminationem. ſed tam modica fuit morula inter creationem & eius caſum ut dicatur mendax in principio,& dicatur in ueritate non ſteriſſe,in ueritate quidem fuit quia ut dicitur Ezech.in delitiis Paradiſi fuit,nam diabolus in ueritate innocentię & in delitiis innocẽtię fuit,ſed ita fuit modica morula inter illa ut dicatur in ueritate nõ ſtetiſſe. Propter hoc autem aliud dicendi modus de factione lucis in meridie uidelicet ꝙ primum mobile incepit moueri etiam ante factionem lucis & mouit per tantam morulam quanta fuit inter creationem mundi & factionẽ lucis & perueniens quidem illa materia de qua fuit facta lux ad circulum meridianum facta fuit inde lux quę ſtatim incipiens ire ad occaſum incepit facere ueſperam & poſtea noctem & poſtea mane, & rediens ad eundem circulum fecit perfectum diem. Hii itaq; tres modi de luce in meridie quantum ad factionẽ lucis nõ differunt ſed quantum ad materiam omnes enim dicunt lucem factam in meridie ſed primus motus nihil dicit de materia lucis per q̃tum tẽpus preceſſit factionẽ lucis ſecundus aũt dicit materia lucis fuiſſe factã in oriẽte.Tertius autem dicit materiam illam fuiſſe factam parum ante meridiem propter quod hii tres modi ſunt quaſi duo modi,quia cum primus modus nihil tangat de materia lucis ſecũdum quã differunt hii modi dicendi non proprie ponit in numerum cum aliis ſed poteſt ad opinionẽ aliam utrumq; adaptari.

Margin notes: Opinionis Vlti. improbatio. — Cap.11. — Iob.8. — Cap.28.

Cum multi modi dicendi de productione lucis ſint tacti quis illorum eſt probabilior.

Cap. III.

QVAMVIS modi dicendi tacti in precedenti capitulo de productione lucis uideantur eſſe quinq;, tamen non ſunt niſi quattuor, ſunt enim duo modi dicẽdi de luce illa producta in meridie, & duo de ea producta in oriente. Propter duos modos de meridie ſciendũ ꝙ non eſt differẽtia inter illos duos modos q̃tum ad productionẽ lucis ſed q̃tum ad materiã lucis, credibile eſt ꝙ materia illa de qua facta fuit lux erat ſpiſsior q̃ eſſent alie partes illius cęli in quo eſt facta, quia ut uult philoſophus in de cęlo & mũdo, ſtella eſt pars ſpiſsior ſui orbis, nã & elementa maiorem & minorẽ ſimilitudinem habebant etiã in ipſa prima productione rerũ ſecundum ꝙ requirebat natura eorũ, quia ubi erat terra erat ſpiſsior materia q̃ ubi erat aqua immixta aeri, & ubi erat aer & aqua ſic mixta erat ſpiſsior materia q̃ ubi erat elementũ ignis, & ſi ab ipſo primordio in ipſis elementis erat iſta diſtinctio ſecundũ maiorẽ & minorem ſpiſſitudinẽ prout requirebat natura eorũ multomagis ſic erant in ipſis cęlis, nam diſtinctiones & perfectiones poſite in elementis multomagis debent poni in cęlis, quia ſecundũ Augu. ſuper Gen. digniora debent eſſe prius diſtincta & ornata, ꝙ enim inferiora habeant aliquam diſtinctionẽ ex ſui natura prius q̃ ſuperiora uidetur inconueniens, ergo ubi debebant fieri ſtelle erant ſpiſsiores partes orbis q̃ alie & materia illa unde fuit facta illa lux erat ſpiſsior q̃ alie partes illius orbis non tamẽ habebat tantam ſpiſsitudinem q. luceret, ſed quando dixit Deus fiat lux tunc accepit ſpiſsitudinẽ & pulchritudinem lucis. Dicentes itaq; lucem illam factã eſſe in meridie quantum ad materia de qua facta eſt illa lux ſunt bipartiti, quia aliqui dicunt materiam illam fuiſſe factam in oriente & cucurriſſe ſex horas ante aduentũ eius ad meridiẽ, & in aduentu eius ad meridiẽ materia illa facta fuit lux. Alii uero dicunt & probabilius quantum ad hanc partem & materia illa fuit producta prope circulũ meridianum itaq; modica fuit morula inter productionem illius materie & ante aduentum eius ad circulum meridianum qua attingente uno die fuit facta lux, ergo q̃tum ad factionem lucis non differunt hæ due opiniones quia quelibet dicit lucem factam in meridie, ſed quantum ad productionem materie de qua fuit facta lux differunt, quia una illarum dicit materiam illam fuiſſe productam in princi-

2 cæli. tex. c. 48. & 55. clarius hoc dicit Auer. 2. celi. 42.

1. libr. cap. 1. & 3.

pio orientis diſtans per ſex horas a circulo meridiano. Alia uero dicit fuiſſe circa finem quarte orientalis prope, circulum meridianum diſtans per paruam morulam ab illo circulo, & ſicut ſunt duo modi dicendi de luce producta in meridie, ſic ſunt duo modi dicēdi de ea producta in oriente, ſed hii duo modi de oriente differunt non ſolum quātum ad productionem materie lucis ſed etiam q̄tum ad productionē ipſius lucis. nam quidam dicunt lucem illam fuiſſe productam in crepuſculo quando adhuc non eſt plena lux & non eſt ſuper orizōte, nec poteſt uideri aſpectibus hominum. Alii uero ut Magiſter ſentētiarum & ſui ſequaces uolunt lucem illam productam fuiſſe in oriente, ſed producta fuit cum facit plenum diem in parte habitabili & in parte illa ubi producendus erat homo, & cum producta fuit iam erat ſuper orizonte. Hiis itaq; prelibatis hoc ordine in hoc cap. procedemus, quia primo comparabimus ad inuicem duas opiniones de productione lucis in meridie, & oſtēdemus que illarum ſit potior, poſtea comparabimus duas alias opiniones de productione lucis in oriente, & manifeſtabimus que illarum ſit melior. Tertio cōparabimus potiorem opinionem de productione lucis in medie ad potiorē opinionem de producione lucis in oriente, & declarabimus que illarū ſit probabilitet. In 2. di. 13

Propter primum eſt ſciendūq; opinio de productione lucis in meridie aſſerens materiā unde facta eſt lux eſſe productam prope circulū meridianum, itaq; parua fuit morula inter productionē illius materie & aduentū eius ad circulum meridianū, ubi aſſerit factam lucem eſt longe probabilior q̄ alia opinio aſſerens materiā illam productā eſſe in princ. orientis, & cucurriſſe ſex horas uſq; ad circulū meridianū, nā ut ſupra tetigimus & etiā Aug. uult inde ciuitate Dei, natura angelica ſignificata eſt per cęlum & per lucē aliter tamen & aliter, quia per cęlū ſignificata eſt q̄tū ad ſui productionē, quia in illo principio in quo creauit Deus cęlū empyreū & terra etiam producta fuit natura angelica, quia ſecundū Strabū & ut ſupra diximus iſtud cęlū ſtatim factū mox ſanctis angelis eſt repletum, ſed per lucem ſignificata eſt natura angelica quantū ad ſui conuerſionem, uel quantum ad ſui illuminationem, ſic per tenebras ſignificata eſt illa natura quantum ad auerſionem & q̄tum ad caſum, ſicut ergo non ſex horę, ſed ualde parua morula fuit inter creationē nature angelice q̄tū ad malos & eius caſum, uel ſicut modica fuit morula inter creationem illius nature quantum ad bonos & eius illuminationē, ſic modica creditur fuiſſe morula inter productionē illius materie unde fuit facta lux & factionem lucis. Lib. 11. Cap. 9.

Declarato primo que opinio ſit potior de factione lucis in meridie, uolumus declarare .2. que ſit potior de factione lucis in oriente, credimus quidem opinionem Magiſtri ſententiarum ponentis lucem illam eſſe factam quum iam eſt plena dies, & quando lux eſt ſuper orizonte eſſe potiorem opinione illa dicente lucem illam fuiſſe factam in crepuſculo quando adhuc non eſt clara dies. Habet enim opinio Magiſtri Bedam pro ſe dicente qui dicebat ut dies a luce inciperet, & in mane ſequentis diei tenderet ut opera Dei a luce inchoare & in luce completa eſſe ſignificaretur, quare ſi lux illa fuit facta in crepuſculo ante claritatem non incepit dies illa a luce, ſed incepit a ſemi luce uel magis proprie loquamur non incepit a luce, ſed incepit in tenebras & lucē. Rurſus dies illa prima hoc poſito prius habuiſſet mane q̄ ueſperam, cuius contrarium habetur in textu, ſi enim lux illa fuit facta in crepuſculo fecit auroram, ſed aurora non poteſt eſſe niſi ſit mane, uel niſi ſtatim poſt ſe ſit mane, incepiſſet itaq; dies illa a mane quod non conſonat ſacre ſcripture. Viſo que ſit potior opinio de ponentibus lucē creatam in meridie, & oſtenſo que ſit potior de ponentibus eam creatam in oriente uolumus potiorem opinionem de meridie comparare ad potiorem opinionem de oriente. Propter quod ſciendum hanc diuerſitatem, quia quidā dicunt lucem creatam in meridie, quidam in oriente ex ſcriptura ſacra ſumpſiſſe originem ſecundum quam prima dies non incepit a mane, a mane ergo ſecundum q̄ mane poteſt aſſumi dupliciter (ſic.n. ſumpſit originem hec duplex opinio) poteſt enim accipi mane ut dicit medietatem arcus diei ab oriente uſq; in meridiem, & tunc accipietur ueſpera pro alia medietate uidelicet a meridie uſq; in occidente, & hunc modum loquendi ſeruant alique gentes, ut quouſq; ſit altus ſol dicunt adhuc eſt mane, ſic ergo accipiendo mane nō fuit lux illa producta in oriēte, quia ſic primus dies incepiſſet a mane & habuiſſet prius mane q̄ ueſperam. Alio modo poteſt accipi mane pro aurora, ut magiſter tangit, quando adhuc non eſt plena lux, & ſic ſequendo opinionē Magiſtri dies illa non habuit mane, & non incepit a mane, quia non habuit auroram, nec incepit ab aurora, habuit tamen ueſperam quia iuit ad occidentem, ergo de curſus illius lucis uſq; ad occidentem quod faciendo fecit ueſpera cum nocte ſequente & cū aurora ſequentis diei que poterat dici mane factus eſt dies unus. Que autem iſtarum opinionum ſit potior, uel magiſtri ponentis lucē creatam in oriente, uel dicentium ipſam creatam in meridie. Dici poteſt q̄ q̄tum ad ſuperficiem ſcripture ſacre aliqualiter opinio de meridie uidetur

Diſt. 13. 3. Sen.

In quadā Glo. ſuper Gene.

2. Sent. diſtin. 13.

detur

detur concordare,ſed ſimpliciter loquẽdo probabilior eſt opinio Ma-
giſtri, cum dicatur in Abacuch ꝙ Sol & Luna ſteterunt in habitaculis *Cap.3.*
ſuis,creditur autẽ communiter ꝙ ceſſante motu primi mobilis Sol &
Luna ſtabunt in habitaculis ſuis ideſt in locis illis ubi fuerunt create,
& communiter ponitur ꝙ Sol ſtabit in oriente,& Luna in occidente,et
quia lux illa uel eſt ſemper coniuncta Soli,uel ex ea factus eſt Sol , ut
de hoc ĩfra ſpeciale cap.faciemus iõ creditur ꝙ lux illa fuerit creata in
oriente in plena luce ut primo faceret ueſperã q̃ mane,quia in ſui pri-
mordio ut diximus non fecit auroram nec crepuſculum quod poteſt
dici mane,nam ſicut unus ſingularis homo habet ſuas etates,ſic totus
mundus habet ſuas etates,& a principio mundi uſq; ad finem mundi
eſt ultima etas iuxta illud Apoſtoli nos ſumus in quos fines ſeculorũ
deuenerunt.Verũ eſt autẽ ꝙ ſicut ultima etas hominis que poteſt inci- *1.Cor.10.*
pi a.60,ultra,aliquando plus durat q̃ omnes alie etates cum non poſ
ſumus ſcire neq; diem neq; horam,neq; annũ,neq; tempus quando fi-
nietur mundus dicente Chriſto ꝙ non eſt ueſtrum ſcire tempora uel *Matth.13.*
momenta que pater in ſua poſuit poteſtate,uoluerunt quidã & in hac
parte ſentientes non recte ꝙ licet non poſsit ſciri dies uel hora uel an- *Lucæ.in*
nus,poteſt tamen ſciri tempus, ut forte poteſt ſciri centenarius annorũ *act.1.cap.*
uel forte millenarius que omnia tanq̃ non conſona fidei ſunt abiicien- *Cap.55.*
da,quia ſecundũ Augu. ualde periculoſum eſt ſacram paginam expo- *Periculo-*
nere de eo ꝙ aliquo tempore eſt futurum & idem Auguſt. 18. de ci- *ſum eſt ſa*
uitate Dei uult ꝙ nec dies , nec hora , nec annus,nec tempus ſciri põt *crã ſcriptu*
quando iſta fuerint. Vnde ait non utiq; illi de hora uel die uel anno , *rã expone*
ſed de tempore interrogauerunt quando iſtud acceperunt reſponſum, *re ſine au-*
& ſubdit,fruſtra igitur annos qui remanent huic ſeculo computare ac *toritate,*
diffinire conatur cum hoc ſcire non eſſe ueſtrum ex ore ueritatis audia *De hisque*
mus.Reuertamur itaq; ad propoſitũ & dicamus ꝙ licet ſeculum poſ- *in futurũ*
ſit dici habere ſuas etates ſicut unus ſingularis homo,& licet non poſ- *euenire de*
ſumus ſcire tempus quo ſeculum finietur de fine ſeculi eſt aliter lo- *bent.*
quendum q̃ de fine unius ſingularis hominis,quia unus ſingularis ho- *Epilogus*
mo aliquando non dimidiat dies ſuos,aliquando enim dum eſt puer *Pſal.54.*
dum adhuc oritur ſucciditur & moritur,ſed totus mundus quando fi-
nietur perfectus erit,itaq; circulationes mundi erunt perfecte,lux ergo
illa perfectã circulationem faciet & redibit ad pũctum illum ubi fuit
creata,& quia Luna fuit creata plena creditur creata fuiſſe in occiden-
te,& lux illa in oriente, & quia poſt finem mundi non amplius moue-
buntur ſtabunt in habitaculis ſuis.

Quomodo lux illa faciebat diem & noctem. Cap. IIII.

Diſcrimen inter latinos & Græcos quō primā illa lux dies primos effecerit & noctes.

POSTQVAM narrauimus uarias opiniones & modos dicendi de luce illa in qua parte cœli ſit condita, & oſtendimus quis illorum ſit potior, uolumus declarare quomodo faciebat diem & noctem. Propter quod ſciendum ꝙ Greci de hoc aliter ſentierunt q̃ Latini, nam Greci uolũt ꝙ refuſo & contracto lumine illa lux fecerit tres, primos dies, poſtea quarta die factus fuit Sol, & facta fuit Luna, & quia Sol factus fuit in poteſtate diei qui eſt ab oriente in occidens, ideo Sol factus fuit in oriente, Luna uero que facta fuit in poteſtate noctis que incipit ab occidente & redit in oriens, facta fuit in occidente. Nec autem Grecorum opinio quãtum ad hanc partem ꝙ Sol fuit factus in oriente, & Luna in occidente concordat cũ opinione noſtra cap. precedenti tradita quia idem tenendum eſt de Sole & illa luce ſed q̃tum ad partem illam ꝙ lux illa refuſa & contracto lumine non concordamus cum illis. Quorũ uero hec ſit Grecorum opinio quam tetigimus patet per Damaſce. lib. 5. ubi ait ꝙ tribus quidem diebus re-

Cap. 7.
Gloſ ſuper Gene.

fuſo & contracto lumine diuino precepto dies & nox fiebant. Ipſe etiã idem Damaſce eodem libr. cap. de Sole facto in poteſtate diei, dicit ipſum productum in oriente, & de Luna producta in poteſtate noctis, dicit eam productam in occidente. Sed licet ſentiant Greci illos tres dies factos effuſione & contractione luminis, Latini tamen ſentiunt p motum & per circuitum illius lucis. Vnde Beda exponens illud factũ eſt ueſpere & mane. & cum ait ꝙ accedente paulatim luce poſt ſpatiũ diurne longitudinis ſubeunte partes inferiores factum eſt ueſpere ſicut nunc uſitato circuitu ſolis fieri ſolet. Et ſubdit ꝙ factum eſt autem mane eadem luce ſuper terram redeunte & alium diem inchoante, & ſic dies explectus eſt unus. 24. horarum. Aug. autem utrumq; modum tangit uidelicet ꝙ lux illa trium iſtorum dierum fecit diem & noctem Vnde ait. 4. ſuper Gen. ꝙ lux illa que dies appellata eſt uel circuitu ſuo

Cap. 21.
Opinio latinorũ probabilior.
1. Ratio.

quod diximus ſentire Latinos, uel contractione & emiſſione, quod diximus ſentire Grecos uices nocturnas diurnaſq; peregit. Hiis itaq; prelibatis uolumus declarare opinionem Latinorum eſſe potiorem, quod ſex uiis oſtendere poſſumus, ut prima uia ſumatur ex parte miraculi. Secunda ex parte primi mobilis. Tertia ex parte temporis. 4. ex parte lucis & tenebrarum. Quinta ex parte ueſpere & mane, ſexta ex parte dierũ. Prima uia ſic patet, nam ut uult Aug. ſuper Gen. quemadmodũ

conſtituit Deus naturam rerum ſecundum ſcripturas eius nos conue nit querere, non ꝙ ex eis uel in eis ad miraculum potentie ſue uelit operari, poſſet enim ut ſubdit oleum eſſe ſub aqua ſi Deus uellet, hoc tamen nature olei non competet, ad ipſas ergo naturas rerum debemus recurrere in expoſitione ſacre ſcripture & non ad miraculum ubi poſſumus eam ſine miraculo exponere, ſed intelligendo opinionem Latinorum ꝙ lux illa ſuo circuitu fecerit ueſpere & mane, nullum ponimus ibi miraculum, cum & nunc Sol ſolito curſu ſuo ſic ueſperam faciat & mane, ſed ſentiendo cum Grecis ꝙ non per circuitum ſed per cõtractionem & emiſsionem luminis fecerit lux illa diem & noctẽ oportet per miraculum hoc ponere. Ideo Damaſce. ait diuino precepto hoc fuiſſe factũ, uidebat enim quod naturaliter fieri non poterat, nam naturalia agunt ex neceſsitate, non ex electione uoluntatis, non eſt enim ex poteſtate ignis retrahere ſuum calorem ſed ex neceſsitate nature preſente calefactibili calefacit. Sic non erat in poteſtate illius lucis retrahere ſuum lumẽ ſed ex neceſsitate nature fundebat ſuum lumen. Secunda uia ad hoc idem eſt ex parte primi mobilis, oportebat quidem ſecũdum naturam (niſi uelimus confugere ad miraculum) ꝙ primus motus precederet omnes alios motus, & quia ab ipſo primordio ſemper erat aliqua uarietas in materia producta, quia ab ipſo primordio ſpiritus domini poterat deferri ſuper aquas, quia fecerat aquas ideſt materiam corporalem labilem & mobilem ut dicatur Deus ferri non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuos effectus, itaq; ut ſeruetur naturalis ordo dicemus primũ motum preceſsiſſe omnes alios motus, erat ergo iam primus motus qui eſt ab oriente, in qua illa lux fuit facta in occidens; & quia ille motus trahit ſe cũ omnes alias ſpheras ſtatim illa lux cępit rotari uerſus occidens, quod faciendo fecit ueſperam & poſtea mane, non ergo oportet recurrere ad contractionem & emiſsionem luminis, cum ſine hoc poſſumus ſaluare dies & noctes. Tertia uia ad hoc idem patet, ex parte temporis, nam tempus (ut ſupra diximus) ponitur unum de quattuor coeuis, ergo in ipſo primordio ante productionem lucis incepit eſſe tempus, & ſi fuit tempus de neceſsitate fuit motus, & ſi fuit motus (loquendo de ordine naturali) fuit primus motus. Vnde Auguſ. 5. ſuper Gene. ait ꝙ ſi nullus eſſet motus, nullũ eſſet tempus, ſic etiam poſſumus dicere naturaliter ut Philoſophi probãt, ſi nõ eſſet primus motus, nullus eſſet motus, quare ſi non debemus cõfugere ad miraculum, ubi poſſumus aliter ſaluare ſcripturam ſacrã dicere poſſumus ꝙ fuit primus motus qui cum ſit ab oriente in occidẽs

2 ſuper Gene. cap. 1.

Vbi ſupra Cap. 7.

2. Ratio.

3. Ratio.

Cap. 5.

4. Phy. 135

ſtatim illa lux producta incepit ire uerſus occidens & redire in oriens ſuoq; circuitu fecit diem & noctem, ueſperam & mane. Quarta uia ſic
4. Ratio. patet ex parte lucis & tenebrarum, ſicut enim ſcriptum eſt fiat ſcilicet lux, & facta eſt lux, & uidit Deus lucem ꝙ eſſet bona & diuiſit lucem a tenebris, non enim dicitur aliquid diuiſum quando eſt totum tale ſi enim lux illa contraxiſſet radios ſuos, & non illuminaſſet, totum fuiſſet tenebra, nihil fuiſſet de luce, non ergo fuiſſet diuiſio inter tenebras & lucem, & ipſum uniuerſum non fuiſſet diuiſum ꝙ pars eſſet lucida & pars tenebroſa, ſed totū fuiſſet tenebroſum. Cum enim illa lux circuiret terra uel circuiret iſta elementa ſemper una pars illuminabatur que obiiciebatur luci, & alia obſtrudebatur que occultabatur a luce, ut ſic ſemper per lucem illam eſſet diuiſio lucis a tenebri. Facit autem
Gene. 1. ad hoc idem quod dicitur in Textu quia uidit Deus lucē ꝙ eſſet bo-
2. Super na, cum ergo illud uidere ꝙ eſſet bonum ſecundū Aug. ſit complacere
Ge. Cap. 6. ſibi ꝙ tale quid duret & perſeueret, lux illa durauit & perſeuerauit, ſed non duraſſet lux ſi aliquando non luxiſſet, ſemp ergo lucebat, & ſuos
5. Ratio. radios non contraxit. Quinta uia ſumitur ex parte ueſpere & mane, non enim dicitur mane ex eo ꝙ lux eſt ſuper terram habitabilem, quia tunc tota dies eſſet mane, ſed dicitur mane ex eo ꝙ lux ab oriente uadit uerſus meridiem, & dicitur ueſpera ex eo ꝙ uadit uerſus occidentem. Veſpere itaq; & mane non poſſumus ſaluare proprie ſine motu corporis luminoſi. Cum ergo ſcriptura ſacra loquens de factione illius lucis nō ſolū loqtur de die & nocte ſed de ueſpere & mane & hęc nō ſunt ſine motu corporis luminoſi cōſequēs eſt ꝙ illa lux ſuo motu & ſuo circuitu fecit diem & noctē & ueſpere & mane, ſi enim ſemper ſtetiſſet in oriente ſemper fuiſſet dies ſiue mane, & ſi ſemper ſtetiſſet in circulo meridiano, ſemper fuiſſet meridies, & ſi uerſus occidētem ſemper feciſſet ueſpera. Cum ergo hoc uicisſim faceret ſuo circuitu hoc faciebat. Sed dices forte utrūq; fuiſſe uidelicet ꝙ lux illa ſuum cir
Dubitatio cuitum peragebat & radios contrahebat & emittebat ſed fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per unum, cum ergo per ſolum circuitum
Solutio. poſſumus ſaluare lucem illam feciſſe ueſpere & mane, noctem & diē, non oportet ſuperaddere omiſsionem & contractionem. Sexta uia ad hoc idem ſumitur ex parte dierum nā cum prima die fuerit facta lux
6. Ratio. ſecunda firmamentum. Tertia congregatio aquarum, quarto luminaria cœli, & ſic de aliis, quia ſcriptura ſacra eodem modo loquitur de omnibus his diebus dicens eos eſſe factos per ueſpere & mane, oportet omnes hos dies uniformiter accipi, ergo cum quarta die factus fuerit

Sol qui motu ſuo fecit ueſpere & mane diem unum ſicut & nunc facit motu ſuo oportet q̄ illi tres dies facti fuerint motu illius lucis primo factæ, aliter equiuoce fuiſſent illi tres dies ab aliis tribus diebus ſequentibus in quibus totus mundus eſt conditus & ornatus. Poſſent autem ad hoc idem adduci duo, nam duplex poteſt eſſe actus forme, unus reſpectu proprii ſubiecti, ſicut Albedo facit ſuum ſubiectum album, et calor calidum, & lux lucidum. Alius actus eſt reſpectu aliorum a ſuo ſubiecto, ſubiecto ſicut calor non ſolum facit ſuum ſubiectum calidū ſed etiam calefactibilia circa ſe poſita calefacit, & albedo facit non ſolum ſuum ſubiectum album ſed oculos ipſam intuentes diſgregat, & lux non ſolum facit ſuum ſubiectum lucidum, ſed etiam aerem circa ſe poſitum illuminat. Quantum autem ad actum ſecundum poteſt impediri forma ſaltem uirtute diuina ſicut tres pueri miſsi in caminū ignis non ſunt calefacti, calor ergo in illo igne habebat actum ſuum quantum ad interius & q̄tum ad ſuum ſubiectum quia uere ille ignis erat calidus, ſed non habebat actum ſuum quantum ad exterius reſpectu iſtorum puerorum quia eos non calefecit, nec quicq̄ moleſtie intulit. Poteſt ergo forma cohiberi q̄tum ad actum exteriorem, ſed q̄tum ad interiorem qui eſt reſpectu proprii ſubiecti uidetur omnino contradictionē implicare ut ſit calor in aliquo ſubiecto & non ſit calidum illud ſubiectum, ergo quia illa lux primo facta erat in aliquo ſicut in ſubiecto ab hoc actu non poterat cohiberi quin faceret illud corpus lucidum, ſed ſufficit corpus eſſe lucidūm ad hoc q̄ uideatur, illa ergo lux ex quo non tollebatur ab ea quia eſſet corpus lucidum, ſemper erat uiſibilis, non ergo faciebat ueram noctem cum ſemper appareret lux illa cuius erat facere diem. Sed dices q̄ uirtus diuina potuit cohiberi ne illuminaret alia, & ne multiplicaret ſpeciem ſuam ad oculum, & ne uideri poſſet, ſed non oportet ad tot miracula recurrere quando ſaluata natura rerum poſſumus ſufficienter ſacram ſcripturam exponere.

Actus forme duplex

Dan. 3.

Dubi.

Solu.

Quomodo facta fuit illa lux pertinens ad primum diem, utrum per noue forme ſubſtantialis acceptionē uel per aliam mutationē. Cap. V.

COGITVR animus dubitare quomodo illa lux factā fuerit, nam omnia fuerunt à principio producta ſecundum ſubiectā materiam & ſecūdum ſubſtantiales formas, ut poſt illud principium in quo Deus creauit cęlū & terram accipiendo illud pro princi

lux & omnia luminaria cęli fuerunt facta ſecundum ſuas ſubſtantiales formas,& illa materia unde fuit facta lux,unde fuerunt facta luminaria fuit magis ſpiſſa q̃ alii cœli ſed non erat tantum ꝙ luceret, quando ergo dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, illa materia ut facta eſt lux fuit magis denſata & inſpiſſata q̃ prius eſſet ut extunc inciperet lucere cum prius non luceret. Si ergo quæritur quomodo facta illa lux prout in titulo capituli proponebatur dicemus ꝙ fuit facta per inſpiſſationem & condenſationem ſue materie,non per acceptionem alicuius alterius forme ſubſtantialis,rarum enim & denſum non ſunt forme ſubſtantiales ſed accidentales,fuit ergo illa lux a principio producta ſecundum ſuam ſubſtantialem formam ſed non lucebat, quia illud corpus quod dicitur factum lux ab ipſo primordio non erat ita denſum & ſpiſſum quod poſſet lucere, ſed cum dixit Deus fiat lux fuit eius corpus ſic denſatum & inſpiſſatum ut luceret. Poſſumus autem ſenſibile exemplum ponere de luna,uidemus enim in Luna quãdam maculam, ut ubi eſt macula illa non luceat, ſed uideatur tenebroſa, quod non eſt Luna ſit alterius nature ubi habet illam maculam & ubi non lucet quam ubi non habet & ubi lucet,ſed quia ſecundum Cõmentatorem inde ſubſtria orbis ubi habet illam maculam & ubi non lucet Luna non eſt ita denſa & ita ſpiſſa, ubi autem non habet maculam. & ubi lucet eſt magis denſa & magis ſpiſſa. Videmus etiam in reuerberationibus quia a corpore denſo & ſpiſſo ſi ſit terſum & politum fit reuerberatio & generatur ſplendor, a corpore autem non ſic denſo nec ſic ſpiſſo quantuncunque ſit terſum & politum non fit tanta reuerberatio nec generatur ſplendor,ut ſiquis uelit tergere & polire ferrum,quia eſt corpus denſum & ſpiſſum & obiiciat ipſum ſoli ut patet in enſe fiet magis reuerberatio,& generabitur inde ſplendor, ſed lignum quia non eſt corpus ſic denſum nec ſic ſpiſſum quantuncunque ſic tergatur & poliatur & obiiciatur ſoli,non fiet inde magna reuerberatio,ne generabitur inde ſplẽdor. Videmus etiam ꝙ enſis magis & lucet oppoſitus ſoli quam aliud ferrũ quod inde eſt quia ſit de bono & forti calibe, quod eſt magis ſpiſſum & denſum quam aliud ferrum. ideo terſum & politũ ut oppoſitum ſoli plus ſplendet q̃ aliud ferrũ. Spiſsitudo ergo materie facit ad multiplicationẽ lucis & ſplendoris, ſed hoc non eſt tota cã in iſtis inferioribus quia non eſt eadẽ natura in oĩbus iſtis inferioribus. Vt forte amplius ponderat plumbũ q̃ ferrũ, & forte in uno pugno plumbi nõ minus eſt de materia quam in uno

Quõ fuerit facta lux.

Rarũ & denſum ſunt accidentia

Auer. 2. cap. de ſubſtantia orbis. 2. cœli 42. & 49.

pugno ferri, ſed quia plumbum eſt alterius nature cum ſit molle quã ferrum cum ſit durum, forte ferrum terſum & politum & appoſitum ſoli plus faceret de ſplendore q̃ plumbum, & ſi fiat ſpeculum de ferro & maxime de calibe plus faciet de ſplendore & ardebit & faciet ignẽ quod nõ ſic faceret ſpeculum factum de plumbo. Sed in ipſis ſuper cę-leſtibus ubi non eſt alterius nature ſtella quã orbis nullam aliam cau-

cœli tex. com. 41. ſam aſsignabimus quare lucet ſtella & non orbis niſi quia ſtella eſt ſpiſsior pars ſui orbis. Eſt enim cęlum de quinta eſſentia longe diſtãs a quattuor eſſentiis elemẽtorum & elementatorũ, itaq; durum & molle & huiuſmodi qualitates quas uidemus in iſtis inferioribus ibi non ponimus. Vel ſi uolumus iſtas qualitates adaptare ad cęlos dicemus ꝗ duriſsimi & ſolidiſsimi ſunt nec eſt ſolidior ſtella q̃ orbis, nullum enim inſtrumentum, nullum ferrũ nullũ ue aliquod poſset a cęlis ali-

37. Cap. quid remouere, ideo dicitur Iob. Tu forſitan cum eo fabricatus es cęlos qui ſolidiſsimi ſunt quaſi ære fuſi ſint oportet autẽ per hec inferiora manuduci in illa ſuperiora, & ideo forte non habuit Iob aliquid ſolidius quod nominare poſſet q̃ es fuſum, & ſpecialiter ſi cum ære admiſceatur aliud metallũ ut patet in factione cimbali quod fit de ualde ſolida materia ſecundum tamen ueritatem nulla eſt comparatio inter ſoliditatem cęli & æris fuſi, uel cuiuſq; rei alterius hic inferius exiſtentis, nam nulla res eſt hic inferius non patiens peregrinas impreſsiones que non poſſet ſcindi uel aliquo alio modo alterari, nam cum adamas de quo dicimus ꝗ eſt tãte ſoliditatis ut ſi ſup incudine ponatur & malleo ferro percutiatur ſi ictũ mallei expectet non frangetur ſed malleum uel incudinem ſubintrabit, & tamen (ut dicitur) ſanguine frangitur, ut nihil ſit hic inferius a peregrinis impreſsionibus omnino remotum, cœli aũt tã ſtelle q̃ orbes a peregrinis impreſsionibus ſemoti ſunt omnino, nam cum cęlum ſit primum alterans concluditur eſſe

8. Phy. 37. inalterabile. Huiuſmodi itaq; differentias inter ſtellam & orbem ut ꝗ

2. de cœlo 42. ſtella ſit dura & orbis mollis, uel ꝗ hoc patiatur peregrinas impreſſiones & rationem aſsignare non poſſumus ſed ſolum aſsignabimus differentiam ſecundum luminoſum & diaphanum, quia ſtella eſt luminoſa & orbis eſt diaphanus. Vel erit ibi differentia inter ſpiſſum & non ſpiſſum, quia ſtella eſt ſpiſsior pars ſui orbis ſecundum quem modum dici poteſt illa lux eſſe producta quia materia unde facta eſt fuit adeo inſpiſſata quod incepit lucere que poſt non ſic inſpiſſata lucere non poterat.

Quid

Quid factum fuit de illa luce, uerum ſecundum ſe per manſerit uel in corpus aliud ſit conuerſa. Cap. VI.

DE luce quidem primo facta multi ſunt modi dicendi, quorũ quoſdam tangit Aug. quosdam uero doctores aliqui inuenerunt. Poſſumus autem tangere quinq; modos dicendi, ut ſit unus modus quem tangit Aug. ꝙ illa lux eſt in partibus tam remotis ut ab oculis hominum uideri non poſſit. Sitq; modus alius quẽ idẽ Aug. tangit ut ſit lux illa ſemper coniuncta ſoli ut nobis apparere nõ poſſit. Sitq; modus tertius ꝙ facto Sole lux illa in preiacentem materiam ſit redacta. Sitq; modus quartus ꝙ lux illa erat quedam nubes lucida de qua formatum eſt corpus ſolis. Sitque modus quintus, quẽ tangit Dyoni. de diuinis nominibus ꝙ illa lux fuit ipſe Sol qui factus dicitur quarta die, erat enim ſecundũ ipſum illa lux ipſe Sol, ſiue ipſum lumen ſolare, ſed adhuc informe ſed quia quandam formoſitatem accepit quarta die, ideo tunc dicitur eſſe formatum. Hoc eſt ergo quod ait ꝙ ipſum enim uidelicet ſolare lumen eſt illud lumen q̃uis tunc informe erat quod diuinus dixit Moyſes & ꝙ ipſam determinat primam noſtrarum dierum trinitatem, due enim fuerũt trinitates dierum ideſt ſex dies fuerũt appoſiti in productione orbis, & prima trinitas dierum fuit appoſita ad rerum diſtinctionẽ, & alia trinitas ad ornatum & lumen illud quod fuit productum in illa prima trinitate dierum quia fuit productum prima die eſt illud idem lumen quod eſt Sol ſed tunc erat informe, nunc autem eſt formatum ut patet ex ſententia Dyoniſi. Hiis itaq; modis dicendi, & hiis opinionibus prelibatis, uolumus eas ſingulariter diſcutere, & opinionẽ inde eligere meliorem. Prima quidem opinio ꝙ lux illa eſt in partibus ſic remotis ut a nobis uideri non poſſit non uadit ſecundum mentẽ Aug. cum ponat omnia luminaria cęli ab ipſo primordio fuiſſe producta ſicut & nunc ſunt, ſed recitat illum modum dicendi tanq̃ dictum ab aliis, quem non eſſe rationabilem clare patere poteſt, nam ille partes remote in quibus ponitur lux illa uel fiunt cęleſtes uel elementales, ſi ſunt elementales tunc illa lux eſſet corruptibilis quia eſſet quid elementatum, non ergo ſic duraret ſed iam eſſet corrupta, niſi miraculo conſeruaretur, nec ſubeſt cauſa quare miraculo conſeruaretur ex quo nullum profectum facit. Inſuper elementum ignis & aeris totum circunuoluitur cum cęlo excepto illo modico aere qui clauditur inter

lib. I. ſuper Ge. ca p. II. Magi. ſen. in 2. diſt. 13

Cap. 4.

Opinionẽ examinatio.

monteſ ut patet ex lib. methe. ergo illa lux circunuolueretur & ꝙcun-cunq; eſſet in partibus remotis appareret nobis uiſibilis, immo quia ſuo circuitu noſtra terra habitabili faciebat diem & noctẽ ſicut tunc erat uiſibilis ita & nunc eſſet, ſi uero dicatur lucem illam eſſe in partibus cęleſtibus cum cęlum ſic circunuoluatur nunc ſicut circunuoluebatur & tunc nobis uiſibilis appareret. Sed dices ꝙ eſt ſic commixta ſoli ꝙ nobis apparere non poteſt qui ponebatur ſecundus dicendi modus. Sed nec hoc ſtare poteſt, quia ut communiter improbatur, tunc lux illa ſuperflue retineretur, nihil autem eſt ſuperuacuum in diuinis operibus, propter quod hec poſitio rationabiliter ſuſtineri non poteſt. Tertius autem dicendi modus ꝙ facto ſole in preiacentẽ materiam lux illa ſit redacta non eſt rationabilis, cum ſpetialiter dicatur de luce illa ꝙ uidit Deus lucem ꝙ eſſet bona, quia placuit ſibi manere quod fecerat, non ergo in preiacentem materiam eſt redacta, ſed adhuc manet uel in ſe uel in re quod eſt inde formatam. Quartus autem dicendi modus ꝙ illa lux erat quedam nubes lucida de qua formatũ eſt corpus ſolis, aut accipit nubem proprie prout pertinet ad naturam elementatam, & tunc ſol de ſui natura eſſet corruptibilis, quia eſſet de natura elementorum quod eſt inconueniens. Aut accipit nubem large pro illa materia cęleſti de qua facta eſt lux, de qua luce poſtea factus eſt ſol, & tunc eadem eſt opinio illa cum ea quam tangit Dyoni. Ceteris itaq; aliis opinionibus improbatis dicemus cum Dyoni. ꝙ lumen ſolare ꝙ eſt nunc erat illa lux, ſed adhuc erat informe, quod formatum quarta die dicitur factus ſol, ſed in hiis uiis. Dyoni. oritur duplex difficultas, ut ſit difficultas prima quia dato ꝙ de illa luce factus ſit ſol non uidetur bene dictum ꝙ lux illa erat ſol, nec econuerſo, ſed ꝙ de illa luce factus eſt ſol ſicut ſi de aere fieret ignis non eſſet benedictum ꝙ ignis erat ille aer de quo factus eſt, nec econuerſo, ſed ꝙ aer eſt corruptus & ignis eſt generatus. & ſic de aere factus eſt ignis eodem etiam modo ſi de illa luce factus eſt ſol, illa lux eſt corrupta, & ſol eſt inde factus. Secunda difficultas eſt quomodo lumem illud ſolare erat adhuc informe. Propter primum ſciendum ꝙ non eodem modo ex aere ſit ignis, & de illa luce factus eſt ſol, nam cum ex uno elemento ſit aliud unum corrumpitur ſecundum formam ſubſtantialem & aliud generatur, ut non poſſit dici ꝙ hoc fuerit illud ſed ꝙ ex hoc factum eſt illud, ſed quando non eſt corruptio ſecundum ſubſtãtialem formam non eſt factum aliud ſed eſt factum alterum, ſecundũ

Improbatio 2. opinionis. *Contra 3. opinionẽ.* *Impugnatio contra 4. opinionẽ* *In lib. de diuinis nom. cap. 4.* *Dubitationes contra Dyoniſium* *1. Dubita.* *2. Dubi.* *Soluti. prime dubita.*

hoc ergo manet idem ſecundum ſubſtantiam, uariãtur autem ſecundum accidentia ut ſi ex puero fiat uir quia idem manet ſecundum ſubſtantiam, optime poteſt dici qui uir iſte erat puer, ſic etiam in propoſito nam quia omnia cęleſtia fuerunt ab ipſo principio creata ſub ſubſtantialibus formis lux illa & ſol qui, dicitur factus de illa luce ſub ſua ſubſtantiali forma ſunt producta, erat enim (ut diximus) in illa parte celi ubi facta eſt lux materia magis denſa quam in aliqua parte illius orbis, ſed non erat ita denſa nec erat ibi tanta aggregatio luminis quod luceret, ſed quando Deus dixit fiat lux materia illa fuit magis condenſata & ex hoc lumen fuit ibi magis aggregatum, & ex tunc incepit lucere, poſtea quarta die quando Deus ex illa luce fecit ſolem, materia illa fuit magis aggregata & magis condenſata & lumen fuit ibi amplius multiplicatum ut ex hoc amplius luceret, ergo nec in productione lucis ex ſua materia nec in productione ſolis ex illa luce facta eſt uariatio ſecundum ſubſtantialem formam, ſed ſolum ſecundum maiorem condenſationem & ſecundum maioris luminis aggregationem, nam quilibet orbis cęleſtis ſecundum ſe totum eſt de natura lucis, propter quod idem eſt orbem cęleſtem in aliqua ſui parte condenſari & lumen ibi aggregari, & idem eſt ſtellam eſſe denſiorem partem ſui orbis, & eſſe aggregationem luminis in ſuo orbe. Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus quod in productione lucis ex ſua materia, & in factione ſolis ex illa luce non fuit uariatio ſecundum ſubſtantialem formam, ſed ſolum fuit maior condenſatio materie, maior aggegatio luminis, & ex hoc fuit ibi maior uirtus & maior potentia ad lucendum ſicut ſi puer fiet adoleſcens, & factus adoleſcens fiat uir non erit ibi uariatio ſecundum ſubſtantialem formã ſed erit ibi maior & maior adeptio uirtutis & poteſtatis, quia factus adoleſcens erit fortior & potentior ſe puero, & factus uir erit fortior & potentior ſe adoleſcente. Ex hiis autem apparere poteſt ſolutio difficultatis pretacte, nam propter identitatem eiuſdem ſubſtantialis forme lux illa primo facta eſt illud idem corpus ex quo & factus eſt Sol, & Sol eſt illud idem corpus luminoſum ex quo eſt factus, bene ergo dixit Dyoni. quod lumen ſolare erat illa lux primo facta quia eſt illud idem corpus quod erat lux illa. Ex hiis etiam apparere, poteſt quod in titulo capituli dicebatur, quod cum queritur quid factum ſit de illa luce, utrum ſecundum ſe permanſerit aut

Ex luce quõ ſol factus fuerit

in aliud corpus ſit cõuerſa. Dicemus quod ſecundum ſe permanſit & permanet ſecundum ſubſtantialem formam, ſed ſecũdum ſe non permanſit nec permanet quãtum ad equalis luminis acceptionem, quia multo magis lumen accepit cũ factus ſit inde ſol q̃ ante haberet. Unde Aug. 1. ſuper Gene. querens ait ut quid ergo factus eſt ſol in poteſtate dici qui luceret ſuper terram, ſi lux illa diei ſatisfaceret que dies etiam uocata eſt, an illa prior regiones ſuperiores a terra longinquas illuſtrabat ut ſentiri non poſſet in terris, attamen ita oportebat ſolem fieri per quem dies in ſuperioribus mundi partibus appareret, & ſubdit ꝙ poteſt ex hoc dici additũ eſſe fulgorem diei addito ideſt producto Sole ut per illam lucem minus fulgens dies q̃ nunc fuiſſe credatur, non ergo tantum lucebat illa lux q̃tum lucet Sol. Quod uero addebatur in dicto titulo utrum illa lux in corpus aliud ſit conuerſa dicamus eam non eſſe conuerſam in corpus aliud ſed in corpus alterũ, corpus tunc illud alterum fuit cum factus ſol accepit maiorẽ aggregationem luminis, non tamen ex hoc fuit aliud ſecundum ſuam ſubſtantialem formam. Sed dices ꝙ etiam non poteſt eſſe corpus alterũ ſecundum quaſcũq; conditiones, nam cum cęlum ſit primum alterãs & ex hoc ſit inalterabile, nõ uidetur corpus illud ex quo facta eſt lux ex quo poſtea factus eſt ſol potuiſſe aliquam alterationem recipere. Dicemus ergo ꝙ cęlum & quelibet pars cęli eſt alterans inalterabile ſecundum rationes ſeminales prout res eſt ſubiecta naturalibus agentibus, ſed non eſt quid inalterabile ſecundum rationes inobedientiales prout de creatura fit quod Deo placet, nã ſecundum Aug. ſuper Ge. utraſq; rationes indidit Deus, ſeminales ſecundum quas ſubduntur naturalibus agentibus, & obedientiales ſecundum quas fit de eis ꝙ Deus diſpoſuit. Adhuc forte dicet aliquis ſi corpus illud de quo facta eſt lux fuit magis condenſatum, & poſtea factus inde ſol fuit per amplius condenſatum quia non poteſt corpus condenſari niſi occupet maiorem locum, uidetur in cœlo aliquid remanſiſſe uacuum, ſed de hoc cum agetur de opere quarte diei quando producta fuerunt luminaria cęli infra in. 33. cap. difficultas mouebitur ſpetialis. Secunda quidem difficultas ſuperius tacta de informitate illius lucis ſoluta eſt per iam dicta, nam cum non eſſet lux illa tanti fulgoris & tanti luminis ſicut eſt nunc ſol poterat dici informis reſpectu ſolis. Dicunt tamẽ aliqui informitatem illam fuiſſe q̃tum ad cauſalitatẽ, quia lux illa primo facta erat ſubſtantia ſolis & habebat uirtutem in communi, ſed poſt modum data eſt ei ſpecialis & determinata uirtus q̃tum

Illa lux ex qua factus eſt ſol permanſit.
Cap. 11.

Lux cõuerſa eſt nõ in aliud corpus. 53. in alterum.
Dubitatiõ.
8. Phy. 37.
2. de cœlo. 42.
1. Soluti.
Cœlũ inalterabile & alterabile.
libr. 6. cap. 10. & 14.
Dubitatio.
Dilatio ſolutionis.
Ad. 2. Dubitatiõe principalem.
Poſitio. D. Thomæ. 1. parte ſum. q. 77. arti. 4. Ad. 2. argumen.

ad particulares effectus, ſed uel hoc eſt idem cum dicto noſtro, uel eſt ſine cauſa poſitum, nam cum tradant Philoſophi influentiam eſſe a luminoſo, ſi fuerit ei data ſpetialis uirtus ad influendum & cauſandum fuit ei ſpetialis illuminatio addita quia cum poſſumus aliquid naturaliter ſaluare non oportet ad miraculum recurrere. Propter quod dicemus quod illa lux erat informis propter minorem luminoſitatem, facto autem inde ſole dicitur fuiſſe formata propter maiorem luminoſitatem, qua acta cum influentia ſit a luminoſo potuit illa lux habens maiorem luminoſitatem in multos effectus in quos non poterat propter minorem luminoſitatem dum dicebatur eſſe informis.

Contra. D. Thomam. Lumine & motu corpora cæleſtia inferiora agunt. Elicitur ex 8. Phyſ. in prin. & 1. Metha. in prin. & 2. de cælo. 42

Quomodo illa prima dies ſe habuit ad alios dies ſecundum quantitatem temporis. Vtrum fuerit maior minor, uel equalis. Cap. VII

De illa autem die prima ſecundum quantitatem temporis & ſpacium horarum dupliciter loqui poſſumus & ſecundum unum modum loquendi illa dies fuit minor dies omnibus ſequentibus diebus, ſecundum alium modum loquendi illa dies fuit aliquibus diebus ſequentibus forte equalis aliquibus diebus minor, accipietur enim unomodo dies illa prout incepit a factione lucis ut ſit prima dies a luce in lucem, a luce quidem ire uerſus occidentem, in lucem redeuntem in orientem ſecundum quem modum dixit Beda quod opera Dei a luce inchoata in lucem completa eſſe ſignificarentur, ſecundum hunc etiam modum loquitur Magiſter ſententiarum libr. 2. quod dies illa habuit. 24. horas. Poſſumus enim diſtinguere horas quod hora ſit tranſitus corporis luminoſi per quindecim gradus quando enim ſol peragrauit quindecim gradus dicimus fuiſſe per tranſitam unam horam & quia circuli celeſtes diuiduntur in 340. gradus, quando ſol peragrauit totum circulum inter diem & noctem, & rediit ad punctum unde incepit moueri motu diurno ſiue motu primi mobilis dicimus ipſum peragraſſe. 340. gradus, qui diuiſi per horas, uel diuiſi per quindecim gradus faciunt uigintiquattuor horas, nam. 24. 15. gradus ſunt. 340. prima ergo dies incipiendo eam a factione non continebat niſi unam circulacionem, & ideo fuit minor omnibus diebus ſequentibus, credimus enim a principio fuiſſe motum primi mobilis qui eſt ab oriente in occidens, ut ex hoc uiderentur quodammodo indiſtincti alii cœli inferiores a primo mobili quia nondum habebat motum

In gloſa ſuper. Gene. diſt. 13.

Gradus circulorum celeſtium.

propriam qui eſt oppoſitus illi motui per quem diſtincte agnoſcimus alios cœlos eſſe diuerſos a primo mobili, ſed facto firmamento & facto cęlo ſydereo ſiue facta octaua ſphera ſecundum unum modum exponendi quod fuit factum ſecunda die incepit eſſe motus contrarius primo mobili, & ideo ſecunda & tertia dies fuerunt longiores q̃ prima dies, nam dies prima ſecundum modum quem tetigimus nõ continebat niſi unam circulationem tantum, ſed dies ſecunda & tertia continebant aliquid plus, prima enim die non mouebatur lux illa niſi ab oriente in occidens ſecundum motum primi mobilis, ſed ſecunda & tertia die mouebatur ab oriente in occidens ſecundum motum primi mobilis, & occidente in oriens motu firmamenti ſiue motu octaue ſphere qui dicitur incepiſſe ſecunda die, qua die dicitur firmamentum factum, ergo ſecunda dies continebat totam reuolutionem & tantum plus quantum recuperauit illa lux motu octaue ſphere, tantundem etiam temporis continebat tertia dies, alii autem tres dies ſequentes qui dicebantur dies ornatus cum iam facta eſſent lumi‑ *Ir prin. una Dies fuit mrior alia.* naria celi fuerunt maiores quam ſecunda & tertia dies. Prima itaq; dies fuit minor & ſecunda & tertia dies fuerunt minores quam quarta, quinta, & ſexta, nam ſecunda & tertia dies non continebant plus quam unam reuolutionem quãtum mouetur octaua ſphera in una die, ſed alii dies ſequentes & omnes dies qui ſunt nunc continent plus quam unam reuolutionem non ſolum quantũ mouetur octaua ſphera, ſed etiam quantum mouetur ſol, nam cum factus fuerit ſol quarta die incepit tunc moueri ſol contra motum primi mobilis ſicut moue‑ *Quot motibus ſol moueatur.* tur nunc, mouetur enim nunc ſol triplici motu, motu primi mobilis, motu octaue ſphere, & motu proprio, ſed motu primi mobilis uadit ab oriente in occidens, motu octaue ſphere & motu proprio uadit ab occidente ad oriens. Si ergo modo incipiat dies & ſol ſit in aliquo pũcta celi, ille punctus redibit ad locum unde incepit moueri in una reuolutione completa, ſed ſol motu proprio & motu octaue ſphere cũ hiis motibus econtra moueatur non erit in illo puncto in quo incepit moueri ſed retroceſsit per tantum ſpatium per quantum iuit motu octaue ſphere & motu proprio, qua propter redacto puncto cęli ad locum proprium quando incepit dies non propter hoc redit illuc ſol ſed oportet ꝙ moueatur cęlum per tantum ſpatium quantum ſol contra acquiſiuit ad hoc quod ſol incipiat apparere & ad hoc ꝙ incipiat eſſe alia dies. Concludamus ergo & dicamus ꝙ incipiẽdo pri‑ *Summa.* mam diẽ a factione lucis illa dies non continuit niſi unam reuolutio‑

nem tantum quia nondum erat factus motus firmamēti,ſecunda autem dies & tertia quādo iam factum erat firmamentum continebat unam reuolutionem & tantum plus q̄tum retrogradabatur illa lux motu firmamenti. Quarta aūt dies & omnes alii dies ſequentes facto iam ſole continebāt unam reuolutionem & q̄tum continuo uoluebatur motus firmamenti & etiam q̄tum contra uoluebatur motu proprio ſolis, propter q̄ liquide apparet q̄ quarta dies & oēs ſequentes exceſſerant ſcdām & tertiam q̄tum contra gradiebatur ſol in una die ſecunda aūt & tertia dies exceſſerunt primum diē q̄tum contra gradiebatur illa lux motu firmamēti in una die, prima uero dies meram reuolutionē continens & nihil habēt de retrogradatione quia nondū erat motus firmamenti, & nondū erat factus ſol, minor fuit omnibus aliis diebus patet quidem q̄ ſi accipiatur dies prima a factione lucis minor fuit omnibus aliis diebus cōtinens. 24. horas, uel continens ſpatiū. 340. graduū & nihil amplius, ceteri aūt dies continebant tantundem & retrogradationē octaue ſphere tantū, uel octaue ſphere & ſolis, uerū quia huiuſmodi retrogradationes q̄tum ad unum diem eſt ualde quidem modicum non dicitur dies naturalis eſſe niſi. 24. horarum & non curatur de huiuſmodi retrogradatione q̄tum ad computationē dierum, ſed ſi uellemus equare celū & uellemus ſcire punctualiter ueritatē & punctualē locum planete oportet iſtas retrogradationes computare, ſed poteſt aliter accipi primo dies ut incipiat non a factione lucis ſed a factione mundi itaq; prima dies contineat reuolutionem unā que fuit a factione lucis uſq; quo rediit ad punctum in quo facta fuit, & contineat etiam illā modicam morulam que fuit inter factionem mūdi quando in principio creauit Deus celum & terram & factionem lucis quando dixit Deus fiat lux & facta eſt lux. *Alius modus accipiendi. I. diem.* *Gene. I.*

Vtrunq; enim modum accipiendi diem inſinuat Moyſes, nam quum dixit in principio creauit Deus celum & terram, nullam mentionem fecit de diebus, ſed incepit facere mentionem de diebus a factione lucis, quia cum dixit Deus fiat lux & facta eſt lux poſtea ſubdit, & factum eſt ueſpere & mane dies unus, innuens quod illa dies prima incepit a factione lucis. Vel innuens quod unus modus accipiendi diem eſt a factione lucis. Ipſe etiam idem Moyſes poſtquem enarrauit opera ſex dierum, & ſanctificationem ſeptimi diei, quaſi recapitulando ſubdit quod iſte ſunt generationes celi & terre quādo create ſunt in die quo fecit celum & terram, ubi plane innuit quod poteſt accipi dies a factione mundi, non enim in die feciſſet Deus celum *Gene. 2.*

& terram, niſi dies illa incepiſſet a factione mundi, ſecundum quem modum loquendi erat una uniuocatio inter primam diem & omnes alias dies, quia quelibet huiuſmodi dies continebat totam reuolutionem, & cum hoc aliquid amplius, ſed aliter & aliter, quia prima dies continebat reuolutionem unam & morulam que fuit inter creationẽ mundi & factionem lucis, ſecunda & tertia dies continebant reuolutionem unã & morulam que fuit propter retrogradationem octaue

Dubitatio. ſphere, quarta uero & ſequentes dies continebant reuolutionem unã & ampliorem morulam propter retrogradationem octaue ſphere & ſolis. Sed dices primum diem declaratum non eſſe computando eũ cum morula que fuit inter creationem mundi & factionem lucis, an fuerit maior uel minor uel equalis aliis diebus, nam ſine illa morula

Solutio. erat omnibus diebus minor, ſed quid cum illa morula relinquitur de

De diuinis nominibus cap. 4. clarandum. Sciendum ergo duas eſſe trinitates dierum ut innuit Dy. de diui. no. prima quidẽ trinitas fuit apposita ad diſtinguendũ, ſecũda ad ordinandum, ſatis ergo uidetur probabiliter dictum ꝙ primi tres dies fuerunt equales, uel quaſi equales, & alii tres ſequentes dies fuerunt maiores primis, ſed in ſe fuerunt equales, nam illa morula quam computamus cum prima die inter creationem mũdi & factionem lucis dicebatur ſuperius fuiſſe tanta quãta fuit inter creationem angelorum bonorum & eorum conuerſionem, uel inter creationem malorum & eorum auerſionem que fuit ualde modica, retrogradatio autem quam ultra reuolutionem continebant due ſequentes dies fuit etiam ualde modica, quia fuit q̃tum mouetur octaua ſphera in una die, cum ſecundum Ptholomeum illa octaua ſphera in centum annis non moueatur niſi per unum gradum, ex quo poteſt apparere q̃ta fuit morula inter creationem mali angeli & eius lapſum. & ſi il-

Quanta fuit mora inter angeli creationem et lapſum. li tres dies primi fuerunt uniformes & quaſi uniformes alii autẽ tres ſequentes dies fuerunt equales, uel quaſi equales quia quelibet continebat totam reuolutionem & retrogadationem octaue ſphere & ſolis. Dicimus autem illos dies fuiſſe equales uel quaſi equales ad eccentritatem ſolis, nam licet ſol in ſuo ecentrico uadat equaliter conſequens eſt ꝙ in circulo ſignorũ uadat inequaliter. Iterum dicimus hoc propter ortum rectum & obliquum, quia ſi illud quod recuperat ſol oritur recte apponit plus de tempore ſed oblique minus.

Vt tũ

Vtrum lux in ſpiritualibus dicatur proprie, uel transſumptiue. Cap. VIII.

VERBA ſanctorum in eo quod dicimus de luce magnã diffi cultatem faciunt, nam Auguſt. 4. ſuper Gene. uult q lux in ſpiritualibus dicatur proprie, ait enim q ne quiſq̃ arbitretur id q dixit de luce ſpirituali non iam proprie ſed quaſi figuratiue dici quaſi dicat q non figuratiue nec allegorice ſpiritualis ſubſtantia dicitur lux ſed proprie idem etiam ibidem dicit q lux non dicitur hic idest in corporalibus proprie & ibi ideſt in ſpiritualibus figuratiue. Et ibidẽ uult q in ſpiritualibus melior & certior ſit lux & dies q̃ in corporalibus, et idem ibidem ait q Chriſtus non ſic dicitur lux quomodo dicitur lapis quia lux proprie dicitur lapis figurate. Ambro. tamen & multi ſancti uolunt q hæc metaphorice dicantur de ſpiritualibus ſubſtãtiis. Sciendum ergo q lux de corporalibus & ſpiritualibus non poteſt dici uniuoce, quia uera uniuocatio non eſt niſi in ſpecie ſpecialiſſima ut patet in. 7. phi. nam et ibidem dicitur q latent equiuocationes in uniuerſalibus ſiue in generibus nec poteſt dici pure equiuoce quia ubi eſt aliqua ſimilitudo non eſt omnimoda equiuocatio. Sed dices q cum ſimilitudine ſtat uera equiuocatio quia animal homo, & quod pingitur ideſt homo uerus et homo pictus dicũtur equiuoce. Ad quod dici poteſt q logicus communiter non diſtinguit inter analogum & equiuocum uel inter analogum & uniuocum ſed illam analogiam que multũ appropinquat uniuocationi uocat uniuocationẽ dicit enim q genus predicatur uniuoce de ſuis ſpeciebus, & cum (ut diximus) latent equiuocationes ſiue analogie in generibus analogiam autem illam que multũ diſtat ab uniuocatione cuiuſmodi eſt analogia entis uocat equiuocationem ideo dicit Porphirius q ſiquis omnia entia uocet equiuoce num cupabit ideo non oportet eſſe uere equiuoca que logicus uocat equoca nec uere uniuoca que uocat uniuoca. Vel poſſumus dicere q ſimilitudo que eſt inter picturam & rem non eſt ſimilitudo ſecũdum naturam nam ille idem color qui datur parieti ubi pĩgitur homo poſſet dari ligno uel alii rei alterius nature nos autem loquimur de ſimilitudine naturali Redeamus ergo ad propoſitũ & dicamus quod nec proprie uniuoce nec proprie equiuoce ſed analogice & ſecundum prius & poſterius dicitur lux in ſpiritualibus & corporalibus. Videndum eſt ergo unde dicitur lux in corporalibus, & ſecundum hoc inueſtigabimus utrum illud magis uel per prius reperiatur in corporalibus q̃

Cap. 22. 4 ſup Gẽ. cap. 18.

In ſuo Hexameron.

Lux d ſpiritualibus & corporalibus eq uoce dicatur.

Tex. cõ. 24

Dubitatio

Tex. cõ. 31

Solutio 1.

Analogum interdũ eq uocũ interdum uniuocum appellatur.

In cap. de ſpecie.

2. ſolutio.

A quo lux in corporalibus dicatur.

in ſpiritualibus uel econuerſo. Videtur autem nomen lucis ſumptum eſſe a manifeſtatione iuxta illud apoſtoli ad Ephe. omne enim quod
Cap.5. manifeſtatur lumen eſt, ex hoc uidetur ꝙ lucis eſt manifeſtare, lucis eſt irradiare tam ſuper cognoſcibilia q̃ ſuper cognoſcetia, ut ſi oculus eſt cognoſcens corporaliter & colores cognoſcuntur ab oculo corporaliter, lux corporalis irradiabit ſuper colores q ſe habet ut cognoſcibilia & ſup oculū q ſe habet ut cognoſcēs, nam niſi eſſet color illuminatus nullo modo uideretur ab oculo, nā nō poteſt īmutare uiſū niſi color illuminatus cū color ſit motiuus uiſus ſecūdū actū lucidi ut declarari
Tex cō.67 habet ſuper. 2. de anima, ut ergo colores manifeſtētur uiſui oportet lucem irradiare ſuper eos. ſic etiā dicere poſſumus ꝙ ſicut colores nō manifeſtantur uiſui niſi lux irradiat ſuper eos, ſic uiſus nō uidet manifeſte
Dubitatio. colores niſi lux irradiat ſuper eū. Sed dices ꝙ oculus in obſcuro uidet colores illuminatos ſicut patet cū ad lumen cādele legimus in aliquo libro, & nolentes pati diſgregationem uiſus uertimus lumen ad librū
Solutio. & occultamus ipſū ab oculo. Dicemus ergo eo ipſo ꝙ uiſus nō poteſt ſuſcipere ſpeciē coloris niſi illuminati dicitur lux irradiari ſup colorē & ſuper oculū inq̃tum oculus non poteſt immutari niſi a colore illuminato & in uirtute lucis, quantuncūq; ergo occultetur lumen ab oculo tamen ex quo proponitur oculo diametraliter color illuminatus ſimul recipit oculus ſpeciē coloris & luminis ut ex hoc dicatur lux ſup utrūq; irradiare. Hiis uiſis dicemus lucem Hęc importare uidetur uidelicet manifeſtationē irradiationē ſuper cognoſcibile & cognoſcens. Quare ſi iſta magis reperiūtur in ſpiritualibus q̃ corporalibus conſequens erit ut uidetur ueram eſſe opinionē Auguſt. ꝙ melior & certior & uerior eſt lux in ſpiritualibus q̃ in corporalibus, igitur ſi loquitur de primo ideſt de manifeſtatione, patet ſpiritualia & itelligētias eſſe maniſeſtiſſima in natura, ideo Philoſophus cōparat intellectū noſtrum in
Tex.cō.1. 2. meth. reſpectu intelligētiarum ad oculū noctue reſpectu Solis ſiue lucis diei dicēs, ꝙ ſicut ſe habet oculus noctue ad lumem Solis, ſic ſe habet intellectus nōſter ad ea que ſunt manifeſtiſſima in natura, ſicut ergo ſol eſt manifeſtisſimus reſpectu omniū corporalium, ſic intelligētie ſunt manifeſtisſime etiam reſpectu ipſius Solis, nulla enim corporalia ſunt ita manifeſta in natura ſicut ſunt ſpiritualia & intelligentie
12. Met. cō. 18. cum omne opus nature ſit opus intelligentie & cum natura non agat niſi rememorata a ſuperioribus. Quod ergo diximus de manifeſtatione poſſumus dicere de irradiatione tam ſuper cognoſcibilia q̃ ſuper cognoſcentia, dicimus quidem ꝙ lux ſpiritualis uehemētius irradiat ſu-

per cognoſcibilia q̃ lux corporalis, ut intellectus agens qui eſt lux ſpiritualis uehementius irradiat ſuper phantaſmata q̃ lux corporalis ſuper colores, & licet dicat philoſophus ſicut lux ſe habet ad colores, ſic ſe habet intellectus agens ad phantaſmata, iſtud tamen nõ dicit equalitatem, quia uehemẽtior eſt irradiatio intellectus ſuper phãtaſmata q̃ lucis ſuper colores nam phantaſmata ſunt intelligibilia in potentia nihil habentes ſecundum q̧ huiuſmodi de actualitate intelligibili, cũ intelligibile ab intellectu noſtro ſit uniuerſale, phantaſmata autẽ ſint ſingularia & particularia, & ſint hic & nunc, nihil habentia ſecũdum q̧ huiuſmodi de uniũerſalitate, colores tamen aliquid habẽt de actualitate uiſibili cum de compoſitione colorũ ſit lux, uel ſit perſpicuitas que participant naturam lucis, eſt enim color extremitas perſpicui ſiue perſpicuitas extrema in corpore terminato ut philoſophus ait in de ſenſu & ſenſato ſed tamen color hanc actualitatem uiſibilem non habet tantam nec in illa plenitudine q̧ poſſit immutare uiſum ſine actu lucidi qua propter ſi plus eſt q̧ phantaſmata que ſunt potentia intelligibilia moueant intellectum in uirtute intellectus agentis q̃ q̧ colores qui ſunt aliquo modo actu uiſibiles moueant oculum in uirtute lucis, poſſumus uere concludere q̧ intellectus agens qui eſt lux ſpiritualis uehemẽtius irradiat ſuper phantaſmata q̃ lux corporalis ſuper colores. Habito q̧ manifeſtatio per amplius & perfectius reperitur ĩ ſpiritualibus que ſunt manifeſtiſſima in natura q̃ in quibuſcumq; corporalibus in quibus magnus eſt defectus reſpectu ſpiritualium, Et oſtenſo q̧ irradiare ſuper cognoſcibilia uehementius competit luci ſpirituali q̃ corporali, nolumus declarare aliud uidelicet q̧ irradiare ſuper cognoſcentia uehemẽtius conuenit luci ſpirituali q̃ corporali, Eſt enim ſimile de intellectu agente qui eſt lux ſpiritualis reſpectu phantaſmatum & de luce corporali reſpectu corporum comparando colores & lucem corporalem ad aerem & lumen intellectus agentis & phantaſmata ad intellectum poſſibilem, quia ut Comentator ait in. 3. de anima, ſicut aer ſimul recipit ſpecies coloris & lumen, ſic intellectus poſſibilis ſimul recipit ſimilitudines phantaſmatum & lumen intellectus agentis, & quod dictum eſt de aere ueritatem habet de oculo quia oculus non recipit ſimilitudinem coloris illuminati ut ex hoc ſimul dicatur recipere ſimilitudinem colorum & lucis, fortior tamen eſt lux ſpiritualis ſiue lumen intellectus agentis quam ſit lux corporalis reſpectu oculi, quia quũ intellectus poſſibilis deſinit cogitare non propter hoc perdit ſpeciẽ uel lumen intellectus agen-

Intellectus agens illuminat magis quàm lux corporalis 3. de anima tex. com. 18. 3. de anima tex. com. 9 & x. Cap. 2.

Com. 18.

Diſcrimen inter uiſũ & intellectum.

tis,ſed cum oculus clauditur & deſinit uidere non remanent ibi ſpeci
es coloris neq; ſpecies lucis uehementius ergo coniunguntur intelle-
ctui poſsibili ſimilitudines phantaſmatum et lumen intellectus agen
tis ꝙ coniungantur oculo ſimilitudines colorum & lux corporalis, cũ
oculo ſe auertente a coloribus & a luce non ulterius hec remaneant in
ipſo intellectu uero deſinente conſiderare de rebus adhuc ſimilitudi
nes rerum & lumen intellectus remanent in eo quia intellectus poſsi-
bilis dicitur cognoſcens reſpectu intelligibilium ſicut uiſus reſpectu
uiſibilium benedictum eſt ꝙ non ſolum ſuper cognoſcibilia ſed etiã
ſuper cognoſcentia lux ſpiritualis uehementius irradiat ꝙ lux corpo-
ralis. Tria itaq; tacta ſunt circa lucem tam corporalem ꝙ ſpiritualem
uidelicet manifeſtatio irradiatio ſuper cognoſcentia & cognoſcibilia.

Queſitum Si ergo queratur quomodo iſta ſe habent adinuicem. Dicemus ꝙ ſũt
Solutio. ſimul tempore in illo enim eodem inſtanti in quo fit irradiatio ſuper
coloribus fit receptio ſimilitudinis coloris illuminati in oculo & fit
uiſio & quia cum fit irradiatio ſuper colores dicitur fieri irradiatio ſu
p cognoſcibilia quã autẽ recipiũtur ſimilitudines colorũ illuminatorũ
dicitur fieri irradiatio ſup cognoſcẽtia quũ autẽ fit uiſio dicũtur colo-
res fieri manifeſti oculo, ideo irradiatio ſup cognoſcibilia & irradiatio
ſup cognoſcẽtia & manifeſtatio ſũt ſimul cauſalitate tpe, ſed nõ ſũt ſi
mul cãlitate. Cũ ergo dupliciter diſtĩguatur cauſalitas ĩferẽdi & eſſẽ
di, ſi loquitur de cauſalitate inferendi magis ex manifeſtatione infere-
mus quãlibet irradiationem ꝙ econuerſo, nam bene ualet ꝙ ſi fit uiſio
& fiunt colores manifeſti oculo ꝙ fit irradiatio ſuper cognoſcentia &
bene ualet ꝙ ſi fit hoc ꝙ fit irradiatio ſuper cognoſcibilia ſed non ua-
let ſi fit irradiatio ſuper cognoſcibilia ꝙ fiat uiſio. uel ꝙ fiant colores
manifeſti oculo quia forte non eſt ibi oculus cui fiant colores manife-
ſti, ergo ſi uolumus loqui de manifeſtatione facta oculo non ſemper
ex qualibet irradiatione poſſumus inferre manifeſtationem ſed econ
uerſo ſed ſi uolumus loqui de manifeſtatione in ſe tunc unum infert a
liud & econuerſo, nam per irradiationem lucis fiunt manifeſti colores
in ſe etiam ſi a nemine uideãtur ergo ſi eſt irradiatio & huiuſmodi ma
nifeſtatio & econuerſo ſic ergo dicendum eſt quantum ad illuminatio
nem & quantum ad cauſam inferendi. Sed ſi uolumus loqui de cau-
ſa eſſendi que eſt potior & magis conſideratione digna prius eſt irra-
Cauſa uiſi diatio ſuper cognoſcibilia & ex hac cauſatur irradiatio ſuper cognoſcẽ
onis & or tia, & ex hiis cauſatur uiſio & fiunt colores manifeſti uiſui ut prius in
do. telligimus lucẽ illuminare colores, & poſtea intelligimus colores il-

luminatos cauſare ſuam ſimilitudinē in oculo, & poſtea intelligimus ex hiis fieri uiſionem & colores manifeſtos eſſe oculo & quia omnia ille fiunt in inſtanti non eſt ibi prius & poſterius tempore ſed cauſalitate natura & origine & ſecundum ea que diximus de luce, coloribus, & oculo poſſumus intelligere de intellectu agente, phantaſmatibus, & intellectu poſſibili. Concludamus ergo & dicamus ꝙ ſi irradiatio ſuper cognoſcibilia & ſuper cognoſcentia & manifeſtatio ſunt potiora in luce ſpirituali q̄ corporali, uidetur dicendum eſſe ut Auguſt. ait lucem magis proprie in ſpiritualibus q̄ in corporalibus reperiri, ſed ut ſaluemus dicta Auguſt. & aliorum ſanctorum dicemus ꝙ in nomine duo eſt cōſiderare ſcilicet impoſitionem & impoſitionis rationem ut ſi hoc nomen lapis impoſitum eſt lapidi ab hac ratione quia ledit pedem ut dicitur lapis quaſi pedem ledens poſſemus conſiderare de hoc nomine lapis & quantum ad impoſitionem & q̄tum ad impoſitionis rationem ſic & de luce poſſumus iſta duo conſiderare ſi ergo conſideremus de luce q̄tum ad nominis impoſitionem proprie cōpetit corporalibus & ex hoc tranſlatum & extenſum ad ſpiritualia nā cum noſtra cognitio incipiat a ſenſu & prius cognoſcamus lucem corporalem q̄ ſpiritualem prius fuit nomen lucis impoſitū corporalibus & ex hiis extenſum ad ſpiritualia. Sed ſi conſideremus de ratione impoſitionis ſicut multa magis poſſunt ledere pedem & magis ledunt pedem q̄ lapis ſic manifeſtatio & ea que ſunt de ratione lucis magis poſſunt conuenire & magis conueniunt ſpiritualibus q̄ corporalibus ut ex hoc nomen lucis non figuratiue ſed proprie in ſpiritualibus eſſe dicatur. Sed dices ꝙ etiam irradiatio tranſlatiue competit ſpiritualibus. Ad quod dici poteſt ꝙ quicquid ſit de impoſitione nominis idem tamen quod eſt de irradiationis ratione per amplius & perfectius competit ſpiritualibus q̄ corporalibus ut ſi ex hoc dicitur lux corporalis irradiare ſuper colores prout colores in uirtute eius mouent uiſum & ex hoc intellectus agens qui eſt lux ſpiritualis dicitur irradiare ſuper phantaſmata prout in uirtute eius mouent intellectum poſſibilem ut patet per habita perfectior eſt uirtus intellectus agentis ſuper phantaſmata ut moueant intellectum poſſibilem quam lucis corporalis ſuper colores ut moueant oculū. Et ſi uolumus iſta adaptare ad Angelum qui eſt ſubſtantia ſpiritualis ſeparata dicemus ꝙ illud quod Auguſt. ait de anima que eſt ſpiritus iūctus corpori uel que eſt ſpiritus unibilis ꝙ omnia cognoſcit ui quadam luce ſui generis ut patet ex. 12 de Triniti. poſſumus dicere & de angelo q eſt ſpiritus ſeparatus ꝙ

Vbi ſupra

In nomine duo ſunt attendenda.

Approbatio opinionis Aug. et aliorū ſanctorum.

Dubitatio

Solutio

Cap. 15

omnia cognoſcit in quadam luce ſui generis, ipſe enim intellectus angelicus inquantum retinet ſpecies poteſt dici quedam memoria, inquantum uero ab ipſis ſpeciebus in memoria generantur ſpecies in actu, ut per illas actu intelligat intellectus poteſt dici quedam intelligentia, ut ex hoc uerificetur hoc commune dictum quod i ágelo & i anima a ſpecie que eſt in memoria gignitur ſpecies in Intelligentia. Tertio ille idem intellectus angelicus qui dictus eſt memoria prout quaſi habitualiter retinet ſpeciem & dictus eſt intelligẽtia prout actualiter & clariori modo fit ibi ſpecies poteſt dici lux prout habet hanc uirtutem manifeſtatiuá quod a ſpecie que eſt in memoria ubi eſt quaſi in abſcondito & minus manifeſta gignitur ſpecies in intelligentia ubi eſt magis in actu & magis manifeſta, nam (ut patuit) per Apoſtolum omnis manifeſtatio habet rationem luminis, iſte ergo manifeſtationes non poſſent fieri per intellectum angelicum, niſi eſſet quoddam lumen & quedam lux & quia iſta manifeſtatio que fit per irradiationem & lucem ſpiritualẽ eſt perfectior quã illa que fit per corporalem ſi intime conſideramus nõ impoſitionem nominis ſed id quod intelligimus, & id quod importatur per irradiationem & lucem perfectius competunt hæc ſpiritualibus quã corporalibus.

Ad Eph. 5.

Quod lux nec eſt corpus nec defluxus corporis. Cap. VIIII.

Ratio pri. opinantiũ lucem eſſe corpus Gẽ. primo. Primo phi. tex. cõ. 64. & 7. meta. tex. cõ. 23. 26. 27. 31. et 33. 2. Ratio. In lib. d lib. arb. Tertia rõ. 5 Top. cap. 15. 2. de Genera tex. cõ. 2

VOLENTIBVS nobis probare quod lux nec eſt corpus nec defluxus corporis obuiant uel obuiare uidentur dicta ſcripture ſacre, ſanctorum & philoſophorum, & etiam dicta communia que communiter dicimus. obuiãt quidem dicta ſcripturæ ſacræ quia primo die dicitur facta lux, iuxta illud fiat lux conſtat autem quod non fit niſi compoſitum ut probat philoſophus in lib. phi. & meth. quia non fit ipſa rotunditas nec albedo, ſed fit corpus rotũdum & corpus albũ, ſi ergo ipſa lux dicitur facta, uidetur quod lux ſit quoddã corpus. Secũdo intẽtioni noſtre obuiant & obuiare uidentur dicta ſanctorum, uidetur enim uelle Auguſt. quod lux in corporibus teneat primum locum, quod non eſſet niſi ipſa eſſet corpus. Tertio uidẽtur nobis obuiare dicta philoſophorum, uidetur enĩ philoſophus uelle in Topicis quod tres ſunt ſpecies ignis, carbo, flãma & lux, ut ignis ĩ materia terreſtri eſt carbo, ĩ materia uaporali & fumoſa eſt flãma, nã ſecundũ phm flãma eſt fumus ardẽs quod manifeſte uidemus, nã ſi ſint cãdele acceſe & una extĩgua-

Carbo
flãma
Lux

tur & ſupponatur alteri itaq; fumus candele extícte attigat flāmā cā dele accēſe flāma cādele accenſe īcipiēs ardere fumū cādele extícte ac cēdet cādelā extictā,itaq; materia flāme eſt fumus igitur ſicut in ma teria terreſtri ignis eſt carbo ſic in fumoſa materia eſt flamma ſed ignis in propria ſphera ubi eſt ita rarus & diaphanus dicitur lux quia dia phanus dicitur lux quia diaphanum & perſpicuum participant natu ram lucis,quare ſi ignis in propria ſphera dicitur lux & ſic acceptus eſt corpus conſequens eſt q̄ lux ſit corpus. Quarto nobis obuiare uiden tur dicta communia que communiter proferuntur,nam hoc eſt lucere radios emittere, ipſi ergo radii ſunt quedam lux,& tamē dicimus de radiis q̄ franguntur inter ſecantur,& reflectuntur frangūtur quidem propter diuerſitatem mediorū reflectūtur propter reſiſtētiam opaco rum corporum interſecātur propter irradiationem diuerſorum lumi num,franguntur quidem radii propter diuerſitatē mediorum, ut ſiqs uideat aliquam rem per diuerſa media ſemper frangitur radius uel a perpendiculari uel ad perpendicularem ut ſi ſunt duo media per que oculus uidet rem & ſit ſubtilius medium iuxta oculum & dēſius iuxta rem frangitur radius ad perpendicularem ſiue uerſus perpendicularē ut ex hoc res uideatur maior quia uidetur ſub maiori angulo. Vt ſi ſit oculus .a. res uiſa .b. & medium differens groſſius ſit .c. .d. radius .a. .e. & .a. .f. qui recte procedentes attingerent totam rem que eſt .b. re fracti uerſus perpendicularem,& uerſus .b. non attingunt totam rem ſed partem rei ergo adhoc q̄ res uideatur oportet q̄ ſint alii radii & .a. .d. qui fracti uerſus perpendicularem & uerſus .b. attingunt totā rem & quia maior eſt angulus.a.c.d. ſub quo uidetur res per refractio nem q̄ angulus .a.e.f. ſub quo uidetur per directum, ideo uidetur res maior econtrario quidem eſſet ſi medium iuxta oculum eſſet denſius & iuxta rem uiſam ſubtilius quia eſſet fractio e perpēdiculari & uide retur res ſub minori angulo,& per conſequens uideretur minor. Quod autem quando iuxta oculum medium eſt rarius & iuxta rē uiſam den ſius res uidetur maior patet q̄a ſi ſupra literā ponatur criſtallus, litera uidebitur maior quia oculus uidebit literā per duplex medium uide licet p aerē q eſt mediū rarius iuxta oculū & p criſtallū q eſt mediū dē ſius iuxta rem uiſam. Quod uero quādo eſt mediū dēſius iuxta rē uiſā q̄ radius frāgatur uerſus ppēdicularē & uerſus rē uiſā patet,q̄ ſi pona tur moneta aurea uel argētea ī aliqua ſcutella,& homo ſtet ita aremo tis q̄ nō uidat monetā illā ſi ponatur ī illa ſcutella aq̄,itaq; oculus pos ſit uidre aq̄ īcipiet uidre monetā ꝓpter refractionē radii īfra aq̄ q̄ non

4. Ratio.

Quare radii reflectātur & interſecētur

Cur. litere per appoſitionem Criſtalli appareant maiores.

poterat uidere ſine aquā propter tranſitum radii in directum ſic autē ſe habentibus rebus ut poſitum eſt radius directus non attinget monetam fractus autem attinget. Vt ſit oculus .b. ſcudella .d. moneta. e. radius .b. .c. rectus nec attinget .e. ſiue non attinget monetam qui fractus uerſus .e. & uerſus aquam attinget ipſam. Aduertēdum autem perſpectiuū imaginari uiſiones rei per emisſiones radiorum ab oculo, itaq; radius exiēs ab oculo & attingens unam ſummitatem rei & alius radius exiens ab eodem oculo & faciens angulum in oculo cum illo radio & attingens aliā ſūmitatē rei cōplēt rei uiſionē & faciunt & angulū ſub quo res uidetur tamen ſecundum ueritatem nihil exit ab oculo, & nihil uidemus extramittendo ſed intus ſuſcipiendo.

Perſpectiui credunt uiſiones fieri extramittendo. Contra ꝑſpectiuoſ.

Radii ergo facientes angulum in oculo ſub quibus res uidentur ſunt ſpecies multiplicatę a duabus ſummitatibus rei pertingentes uſq; ad oculum facientes in eo angulum ipſa ergo ſpecies multiplicata modo quo poteſt indi rectum poteſt uocari radius perſpectiuus autem illam imaginationem ſequitur ut faciliori modo demonſtrationes tradat. Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus ꝙ propter diuerſitates mediorum ſunt radiorum fractiones propter opacitatem obiectorū ſunt radiorum reflexiones ut quando radius ſolaris ſiue alterius corporis luminoſi peruenit ad rem opacam non ualens ulterius tranſire dicitur repelli reuerberari, reflecti & reuerti ſuperius ſicut ſi proiiceretur pila ad terram inueniens ibi obſtaculum repelleretur, & reuerteretur ſuperius fiunt ergo reflexiones & repulſiones radiorum propter reſiſtentiam corporum opacorum & fiunt interſecationes eorum propter diuerſitatem luminum ut ſi ſint diuerſa lumina in aliquo medio quodlibet emittet radios ſuos propterea radii unius interſecant radios alterius luminis itaq; inconfuſe manēt radii hii & illi ſeinuicem interſecantes ut ſi duo ignes calefaciant eādem rem nō erunt in illa re duo calores ſed erit unus & idē calor magis intēſus & ſi ſubtrahatur unus ex illis ignibus non ſtatim ſubtrahetur totus calor quem īpreſſit quia eſt unus & idem calor quem īpreſſit ille & alius ignis ſed ſi ſint duo luminaria in aliquo medio radii eorum ſunt alii & faciunt aliam umbram & ſi ſubtrahitur aliquid eorum ſubtrahetur quicquid luminis faciebat in medio Sed cum hec uidelicet frangi et reflecti, inter ſecari uideantur conuenire corporibus radii uidentur eſſe corpora, & per conſequens lux uidetur eſſe corpus. His itaq; modo dubitabili-pre narratis, dicere poſſumus hanc ueritatem determinare philoſophū in 2. de anima ubi ait ꝙ lumen neq; eſt *ignis* neq; omnino corpus

Tex.com. 69.

neq;

neq; defluxus corporis nullius,eſſet (ut ait) utiq; aliquod corpus,qui ſi dicat ꝙ ſi lumen non eſt corpus non eſt ignis,neq; defluxus corporis quia cum tam ignis q̄ defluxus corporis ſit corpus ex quo negamus lumen eſſe corpus poſſumus negare ipſum eſſe defluxum corporis aut ignem,uidemus enim ꝙ ab aliquibus corporibus exeunt aliqui uapores qui poſſunt uocari quidam defluxus uel quedam deciſiones quia defluunt & deciduntur a corpore que omnia habent rationem corporis.

Innuit autem philoſophus in.2.de anima triplicem rationem ꝙ lucem *Tex. com.* aut lumen impoſſibile eſt eſſe corpus,ut una ratio ſumatur prout com *69.& .70.* paratur ad ſuum oppoſitum que eſt tenebra, ſecunda prout comparatur ad ſuum ſubiectū quod eſt aer in quo ſuſcipitur. Tertia prout comparatur ad ſuum actum qui eſt de ſe diffundere. Prima uia ſic patet cū *Quod lu-* enim lux ſiue lumen ſit in aere ſi lux eſſet corpus eſſent duo corpora in *men nō ſit* eodem ut lux & aer. Secunda uia prout lux comparatur ad tenebram *corpus ra* ſic patet nam tenebra nō eſt niſi priuatio luminis cum ergo priuatio nō *tio prima.* opponatur corpori cū nō opponatur ipſi compoſito ſecundū ſe ſed op- *2. Ratio.* ponitur formæ & perfectioni.erit lux non corpus ſed quedā forma erit *1. phi. tex.* & quedam perfectio corporis. Eſt autem hęc ſecunda uia corroboratio *com. 60.* prime uie. Poſſet enim aliquis dicere ꝙ uapores & fumoſitates qui ſūt *Prima rō.* in aere ſunt corpus nec tamen propter hoc ſunt duo corpora in eodem *non conclu* quia ubi eſt uapor non eſt aer. Sic poſſet forte dici de luce ꝙ eſt quidam *deret niſi* defluxus corporis & quedam euaporationes a corpore non tamen pro *uirtute ſe-* pter hoc ſunt duo corpora in eodem quia huiuſmodi euaporationes nō *cū le rōis.* erunt ſimul cum aere ſed erunt immixtę aeri, Sed omnia hæc tolluntur per hoc quod dictum eſt de tenebra nam cum tenebra ſit priuatio luminis & opponatur luci,& oppoſita ſint apta nata fieri circa idem oportet ꝙ ubi eſt tenebra ꝙ ibi habeat eſſe lux,ſed cum tenebra ſit priuatio, & priuatio non poſſit eſſe aliquid perſe ſed ſemper ſit in alio oportet ꝙ in ipſo aere ſit tenebra & perconſequēs in ipſo aere erit lux,quare ſi lux eſſet corpus,eſſent duo corpora in eodem. Tertia quidem uia prout lux *3 Ratio.* comparatur ad ſuum actum qui eſt ſe diffundere ſic patet,nam motus corporis non poteſt eſſe in inſtanti ſed lux ſe diffundit ab oriente uſq; in occidens in inſtanti ergo impoſſibile eſt ꝙ ſit corpus,ideo philoſophus in.2.de anima hanc materiam pertactans reprobat Empedoclem dicē *Tex. c. 7.* tem lumen multiplicari in tempore ſed latere nos nam ea que ſe multiplicant in tempore in paruo ſpatio latent nos ſed in magno latere non poſſunt nos ut patet de ſono ut ſiquis percutiat arbore,& alius ſit proprius arbori, uidebitur forte ei ꝙ in illo inſtanti in quo arbor percutitur

ſonum audiat & forte latebit eum utrum multiplicatio ſoni ſit in tem pore ſed in magno ſpatio, ut ſi ſtaret a remotis eum latere nõ poſſet nã ſepe uidimus arborem. 2. percuti anteq̃ audiremus percuſſionẽ primã Viſus ergo fit in inſtanti, auditus in tempore, & in magno ſpatio nõ po teſt nos latere quin percipiamus auditum fieri in tempore, ꝙ ergo lux in tanto ſpatio ſicut eſt ab oriente in occidẽs ſe multiplicaret in tẽpore & latere nos eſt impoſſibile ut philoſophus ait. Poſſent autem ad hoc alie rationes aſſignari, ſed cum rationes iam dicte ſufficiant & probẽt propoſitũ nõ ſit de hoc nobis cure. Propter autem obuiantia ſuperius poſita ſciendũ ꝙ nominibus utimur ad placitum, & ideo licet lux quã tum eſt de ſe dicat perfectionem corporis luminoſi ut puta perfectionẽ Solis uel perfectionem corporis illuminati quia dicit perfectionẽ dia phani uel dicat perfectionem corporis refundentis lumẽ quia dicit per fectionẽ Lunæ & ſtellarũ que recipiũt lumẽ a Sole, & refũdũt lumẽ in nos, aliquãdo autẽ nõie lucis ĩtelligimus ipſum corpus luminoſum uel illuminatũ participat nãra lucis, & ſecũdũ hoc poſſumus ſoluere tria prima obuiãtia, nã cũ dicitur de ſcriptara ſacra dixit Deus fiat lux ibi lux accipitur pro corpore lucido ut dixit Magiſter 2. ſentẽtiarũ. Quod uero addebatur de ſanctis primo de Auguſt. ꝙ lux in corporibus tenet primum locũ, poſſumus dicere ꝙ appellat ibi lucem pro corpore luci do. Vel poſſumus dicere ꝙ ibi in corporibus exponendũ eſt pro corpo ralibus ut ſit ſenſus ꝙ lux in corporibus ideſt in corporalibus & in ſen ſibilibus primatum tenet nã licet lux non ſit corpus eſt tamen quid cor porale quia eſt quid in corpore & quid ſenſibile. Quod autem addeba tur de philoſophis ideſt de Ariſt. qui inter ſpecies ignis numerat lucem. Dicemus ꝙ de exemplis logicalibus non eſt multum curandum, quia ut ipſe met dicit in prioribus. Exempla ponimus non ut ita ſint ſed ut ſentiat qui diſcit. Vel poſſumus dicere ꝙ in Topicis loquitur modo fa moſo quia famoſum erat Illud dictum, tres eſſe ſpecies ignis, carbonẽ, flãma & lucẽ, ſed in de anima loquitur ſecundũ ueritatẽ ꝙ lumẽ ſiue lux non eſt ignis nec omnino corpus nec defluxus corporis Vel poſſu mus & Tertio dicere ꝙ ibi lux accipitur pro corpore diaphano & par ticipante naturam lucis. Nam diaphanum & perſpicuum participant naturã lucis cũ ergo ignis carbo habeat materiã terreſtrẽ, ignis flãma materiã fumoſã, q̃ materia & fumus nõ dicũtur participare naturã lucis exinde eſt q. ignis in ſphera ſua ubi eſt perſpicuus & diaphanus et participat naturam lucis dicitur lux ad differẽtiã ignis ĩ materia terre ſtri & fumoſa. Quod uero addebatur quarto ꝙ radii dicuntur frangĩ

2. d Anima ubi ſupra.

Corpus luminoſum ſepius lux appellatur

Solutio argumẽtorũ ad primũ.

Ad ſecũdũ Diſt. 13.

Ad tertiũ. 1. Prior ũ Cap. 34.

Ad quartũ

reflecti & interſecari & iſta ſunt corporũ. Dici poteſt ꝙ iſta ſunt corpo-
rum ut dicunt motum localem, ſed poſſunt eſſe non corporũ ut dicũt
generationem uel multiplicationẽ alicuius perfectionis uel formę, nã
cum eſt unum & idẽ mediũ lux multiplicat ſe directe, cũ autẽ eſt diuer
ſitas mediorũ lux multiplicat ſe indirecte & oblique, illa ergo multipli
catio & illa generatio lucis obliqua dicitur fractio. Hoc idem eſt ĩ refle
xione, nã quando inuenit corpus opacũ & lux eſt apta nata nõ ualens
plus ulterius ſe multiplicare in directũ multiplicat ſe per reflexionem,
& licet non ſit omnino ſimile de proiectione pile ad terrã quia illa refle
xio eſt per motũ localẽ, reflexio autẽ lucis eſt per multiplicationẽ & per
generationem lucis, aliqua tamen ſimilitudo eſt hic & ibi quia ſicut pi
la fortiter percuſſa ad terram non ualens ulterius ire reuertitur ſurſũ,
ſic multiplicatio lucis cum eſt fortis & perueniens corpus opacũ nõ ua-
lẽs ſe ulterius multiplicare in directum multiplicat ſe per reflexionem.
Hoc etiam eodẽ modo poſſumus ſoluere de interſecatione, quia cũ ſũt
plura lumina immedio a quolibet exeũt radii luminoſi, & quia utriq;
radii ſunt uel poſſunt eſſe in eadẽ parte medii ideo dicũtur ſe interſeca-
re, hæc ergo interſecatio nõ eſt niſi multiplex luminis generatio imo ab
eodẽ corpore luminoſo prout diuerſo modo & in diuerſis pũctis exeũt
radii poteſt ibi eſſe interſecatio, licet huiuſmodi interſecatio ſit magis
nota & manifeſta cum ſit a diuerſis corporibus luminoſis, qa fiunt etiã
ibi diuerſe umbre ſi obiciatur eis corpus opacum.

Multiplicatio lucis directe & indirecte unũ ſumat originem.

Quod ex comparatione ipſius lucis oſtenditur ꝙ neq; lux neq; lumen neq; ſplẽdor ſunt forma ſubſtantialis corporis lucidi. Cap. X.

In Libris Naturalibus.

POSSVMVS autẽ aſſignare differentiã inter lucẽ, lumen, &
ſplendorem ut dicatur lux ut eſt in fonte, lumen ut eſt in medio
ſplendor prout reuerberatur a corpore denſo terſo & polito ut
Auic. uidetur diſtinguere. Et ſi uolumus hęc ad aptare ad corpora cele-
ſtia dicetur lux ut eſt in Sole, lumen dicetur ut eſt in orbe, dicetur ſplen
dor ut eſt in Luna & ſtellis. Dicemus quidem ꝙ Luna & ſtelle habent
lumẽ a Sole, & ideo uidemus Lunã ſẽp ex illa parte illuminari ex qua
reſpicit eã Sol, & iõ quãdiu luna eſt creſcẽs ſẽp habet cornua uerſus ori
ẽtẽ qa ſol reſpicit eã uerſus occidẽtẽ, & iõ uerſus occidẽtẽ illuminatur et
uerſus oriẽtẽ habet cornua, quũ autẽ eſt ĩ diminutiõe ẽ ecõuerſo, qa tũc

Ratio quare luna interdum tota ſit luminoſa ꝗ̃q; ſecundum partem.

reſpicit eam Sol uerſus orientem,& ideo tunc uerſus orientem illuminatur & uerſus occidentem habet cornua,& quod dicimus de Luna ꝙ habet lumen a Sole,ueritatem habet etiam de omnibus ſtellis ut experimento patere poteſt,& ut ſapientes tradunt,ſed a Sole non poteſt lumen ad Lunam & ſtellas niſi tranſeat per orbes celeſtes qui ſunt medii inter Solem & Lunam uel inter Solem & ſtellas.Erit ergo ſol fons luminis a quo tanq̄ a fonte deriuatur lumen ad alia,ipſi autem celeſtes orbes erunt tanq̄ medium per quod peruenit huiuſmodi lumen ad Lunam & ſtellas,ipſa autem Luna & ipſe ſtelle ſunt quedam corpora denſa mūda & polita a quibus lumen receptum a Sole deriuatur in alia,nam ratione ſuæ denſitatis eo ꝙ ſtella ſit denſior pars ſui orbis ſtelle lucent & lumen quod recipiūt a Sole reuerberāt in alia, & ideo ſi ſtella in aliqua ſui parte non eſſet ita denſa ſicut in alia in illa parte nō luceret ſicut patet in macula Lunæ,nam Luna ubi habet maculam non lucet quia creditur in illa parte non eſſe ita dēſa ſicut in alia,quare ſi Sol ſic ſe habet ut fons luminis orbes celeſtes ſe habent ut corpora denſa & ut refūdentia & reuerberantia lumē receptum a Sole,& ſi dicitur lux ut eſt in fonte lumen ut eſt in medio ſplendor ut eſt in corpore a quo reuerberatur. bene dictum eſt ꝙ dicetur lux ut eſt in Sole,lumen ut eſt in orbe ſplendor ut eſt in Luna & ſtellis,tamen communi nomine unum pro alio accipitur ut lumen accipitur pro luce & pro ſplendore & econuerſo. Hiis itaq; prelibatis dicamus ꝙ qualitercūq; accipiatur lux ſiue ut eſt in fonte ſiue ut eſt ī medio,ſiue ut eſt in corpore a quo reuerberatur & dicitur ſplendor ut eſt forma ſubſtantialis eius in quo eſt,omnia autem corpora in quibus habet eſſe lux poſſunt dici lucida ſiue habeant lucem ſicut fons & ſicut principium luminis,ſiue ſicut medium,ſiue aliomodo,nā & ipſe aer illuminatus dicitur lucidus iuxta illud phi in.2.de anima color eſt motiuum lucis ſecundum actum lucidi ideſt ſecundum medium & ſecundum aerem actu illuminatum. Dicamus ergo ꝙ neq; lux neq; lumen neq; ſplendor ſit forma ſubſtantialis corporis lucidi quia (ut diximus) qualitercunq; accipiatur lux non eſt forma ſubſtantialis eius in quo eſt. Quod duplici uia poteſt declarari,una ex parte operationis ꝙ ut mediante aliqua luce fiunt & generantur,alia ex parte ſenſus ꝙ lux eſt quid ſenſibile,& ſenſus īmuratur ab ipſa.De prima ergo uia agitur i hoc capitulo, propter quod ſciendum ꝙ communiter diſtinguitur duplex actus,primus & ſecundus,ut actus primus eſt eſſe ſecundus eſt operari. Et ideo philoſophus dicit ꝙ anima eſt primum ſentiens non eſt enī ſubſtantia animæ immediatum ſenties,itaq; iſte actus qui eſt ſentire im

Luna et ſyderailuminātur à Sole.

Auer. in d ſubſtantia orbis cap. 2.& 2. coli 49.

Lux unde dicatur lumē et ſplēdor.

Tex. c. 67

2. de anima tex. com. 5.

2. de anima tex. cō. 24.

mediate egrediatur a ſubſtantia anime ſed immediate egreditur a uirtu te ſiue a potentia ſenſitiua uerum quia ipſa uirtus & ipſa potentia ſenſi tiua oritur a ſubſtantia anime, conſequens eſt ꝙ & ipſum ſentire oriatur a ſubſtantia anime non tanꝙ a principio immediato ſed tanꝙ a princi- pio primo & principali & ideo anima dictum eſt primum ſentiens, & primum operans uirtus autem & potentia eſt immediate ſentiens & i- mediate operans & quod dictum eſt de ſubſtantia anime ueritatem ha- bet de qualibet ſubſtantia creata quia nulla talis ſubſtantia eſt imme- diate agens uel immediate operans, & ideo dixit Comentator ſuper .7. ꝙ nulla actio immediate egreditur a ſubſtantia ſiue a forma ſubſtantia- li, illud autem quod immediate egreditur a ſubſtantia ſiue a forma ſub ſtantiali non eſt actus ſecundus qui eſt agere ſed actus primus qui eſt eſ- ſe. Et ideo dixit Aug. 7. de Triniti. ꝙ a ſapientia eſt ſapere & ab eſſen- tia eſſe. Erit ergo hic ordo ꝙ primo intelligemus ſubſtantiã poſtea intel ligemus eam eſſe, deinde intelligemus eam habere potentiam & uirtu tem & Vltimo intelligemus eam agere & operari licet ergo immedia- te ſit a ſubſtantia agere uel operari, erit a ſubſtantia mediante uirtute, & quia ab ipſa luce immediate ſunt actiones & operationes; quia corpora celeſtia mediante luce cum influentia agunt a luminoſo generationes et corruptiones in iſtis inferioribus ergo ex parte ipſius operationis quam uidemus fieri per lucem poſſumus concludere ꝙ lux non ſit forma ſub ſtantialis corporis lucidi, cum a forma ſubſtantiali immediate non pro gredìatur actus, uel aliqua operatio, ſed poteſt eſſe lux & eſt quedã uir- tus & quedam potentia & quedã qualitas per quam corpus lucidum operatur. Poſſumus autem ꝗtum ad preſens ſpectat enarrare quattuor inconuenientia ſi a forma creaturę immediate progrederetur operatio, ut ſit primum inconueniens, quia tunc in creatura ſuum agere eſſet ſuũ eſſe quod de ſolo deo dicimus uerificari, ibi enim eſt idẽ ĩtelligere quod eſſe & ſapere quod eſſe. Secundum inconueniens eſſet quia creatura a- geret ſine traſmutatione & motu. Tertium quia creatura ageret in non tempore. Quartum quidem eſſet quia creatura poſſet creare. Primum in conueniens ſic patet, nam ſubſtãtia ſe habet ad eſſe ſicut uirtus & po- tentia ad agere, itaꝗ eſſe eſt actus reſpiciens ſubſtantiam ſicut agere eſt actus reſpiciens uirtutem & potentiam quaſi ſi agere immediate egrede retur a ſubſtantia tunc ſubſtantia eſſet ſua uirtus & agere eſſet ſubſtan- tia ſiue actus ſubſtantie, & quia actus ſubſtantie eſt agere, eſſet idem ꝙ eſſe quod de nulla creatura uerificatur Secũdum inconueniens ſic patet nam tota cauſa quare creatura agit mediante traſmutatione & motu

Virtus eſt immedia- tum ſẽtiẽs anima prĩ cipale.

Com. 31.

Cap. 1.

Quare à forma ſub ſtãtiali nõ egredia- tur opera- tio.

Prima rõ.

Secũda rõ

eſt quia agit mediante forma accidentali, ut ignis agit mediante calore, & quia agẽs ſemper aſsimilat ſibi paſſum ſi ignis nõ agit niſi mediãte calore nõ agit niſi calefaciẽdo, hoc ergo modo ignis generat ignẽ nõ ꝙ immediate inducat formã ſubſtantialem ignis quia nulla actio immediate egreditur a forma ſubſtantiali ſed ſi ignis generat ignem ex aere tantũ calefit ꝙ cũ tanta calefactione non poteſt ſtare forma aeris, in illo ergo inſtãti in quo aer eſt ita calefactus ꝙ nõ poteſt cum tãta calefactione ſtare forma aeris expoliatur materia forma aeris & iducitur forma ignis. Itaq; calefactio aeris fit in tempore & dicit trãſmutationẽ & motum, ſed generatio ignis & introductio formæ ignis fit in inſtanti & nõ dicit traſmutationẽ & motũ, ſed dicit terminum motus, calor enim intenditur & remittitur & calefactio eſt alteratio & fit in tẽpore. Sed forma ſubſtãtialis nõ ſuſcipit magis & minus ut probatur in. 5. phi. in ſubſtãtia non eſt motus quia in ea nõ eſt cõtrarietas, eſt enim in ſubſtãtia generatio quę nõ eſt motus ſed poteſt eſſe terminus motus. Tota ergo cauſa quare creatura agit mediante tranſmutatione & motu eſt quia agit mediante forma accidẽtali que habet contrariũ quod expellẽdo requiritur ibi tranſmutatio & motus ut ignis agit infrigidũ uel in minus calidum, quod expellendo uel quod faciẽdo perfecte calidũ facit hoc calidũ tranſmutatione & motu. Quare ſi agẽs cauſatũ ĩmediate ageret ꝑ formã ſubſtantialẽ ſuam cũ agẽs aſſimilat ſibi paſſũ ĩmediate induceret ſubſtantialẽ formã ut ignis ſi ageret ĩ aerẽ per ſuam ſubſtantialẽ formam ĩmediate ĩduceretur forma ſubſtantialis ignis ĩ materiam aeris, tamẽ qa ſubſtantia nõ recipit magis & minus tũ qa ĩ ſubſtantia nõ eſt cõtrarietas, cõſequẽs eſt ꝙ ĩ ſubſtantia nõ fit motus ut probatur. 5. phi. ageret ergo creatura ſine motu & tranſmutatione que eſſet ſpecies motus. Tertiũ autẽ incõueniẽs de leui patere poteſt, nam tota cauſa quare reqritur tẽpus ĩ actione creaturę eſt cõtrarietas, & per cõtrarietatẽ reſiſtẽtia, ut qa qualitates aeris ſunt cõtrarie qualitatibus ignis, nam aer eſt minus calidus q̃ ignis & minus calidũ eo ꝙ participat aliqualiter frigidũ cõtrariatur magis calido, uel cõtrariatur perfecte calido, cuiuſmodi eſt calidũ ignis quod nihil participat de frigido. Ratiõe itaq; huius cõtrarietatis aer reſiſtit igni, & igne ap̃pĩq̃te aeri nõ ſtatĩ aer fit perfecte calidus nec ſtatĩ cõuertitur ĩ ignẽ, ſed ſemper preſẽte igne intẽditur calor aeris donec cõuertatur in ignẽ, ſed ſi ignis ageret per formam ſubſtantialẽ ſuam cui nõ cõpetit intẽdi & remitti ideo quia ibi nõ poteſt eſſe motus in inſtanti in illo in quo ap̃pĩquaret ignis aeri, materia aeris

Tex. cõ. x.
5. Phi. tex. com. 8.
Tex. cõ. x.
3. Ratio.

expoliaretur forma ſua & ĩduceretur forma ignis,& ſic ignis ageret in inſtanti,eſſet enim hoc modo generatio ſicut uidemus ĩ aqua calefacta que per ſe redit ad frigiditatẽ,nã cũ forma ſubſtantialis aque requirat frigiditatẽ & a materia ſubiecta & a forma cauſantur omnia accidẽtiã que fiunt in ea manẽte forma aque inſua materia,ſtatim cũ remouetur forma ignis ab aqua,incipit aforma aque cũ ſua materia fluere frigiditas & expelli caliditas,donec caliditas ſit totaliter excluſa,& aqua ſit ita frigida ut requirit natura eius,ſic & in propoſito ſtante ypoteſi ꝙ a forma ſubſtantiali ĩmediate egrediatur actio ſtatim cũ ignis appropinquaret aeri,ſi forma ignis eſſet potẽtior forma aeris,materia aeris expoliaretur forma ſua & indueretur forma ignis,qua preſente in materia etiã ſi ignis eſſet amotus calore qui erat in aere corrupto ad preſentiam formæ ignis in materia intenderetur donec eſſet perfectus ſicut & calor ignis quẽ modũ generationis non uidemus in entibus. Diximus autẽ ſi forma ignis eſſet potentior forma aeris,quia poſſet eſſe tantũ de aere & ita modicũ de igne ꝙ magis materia ignis expoliaretur forma ſua,& indueretur forma aeris ꝙ̃ ecõuerſo. Quartum incõueniẽs ſic patet,nã ſi uirtus uel potẽtia fluit ab eſſentia,& actio fluit & oritur a potẽtia uel uirtute itaꝙ ſubſtantia mediante uirtute agit,& uirtus eſt media inter ſubſtantiam & actiõnẽ,ut puta quia potentia intellectiua eſt media inter ſubſtantiam anime & ſuum intelligere,ſi ſubſtantia anime eſſet idẽ ꝙ ſuum intelligere multo magis eſſet idem ꝙ ſua potentia intelligentia & ꝙ ſuus intellectus,ſed ſicut uirtus eſt media inter ſubſtantiam & actionem,ſic eſſe eſt medium inter ſubſtantiam & uirtutẽ, qa prius intelligitur ſubſtantiã eſſe ꝙ̃ habere uirtutẽ per quam competit ei agere. Quare ſi ſubſtantia eſſet ſua uirtus multo magis eſſet ſuum eſſe,ſed ſi a ſubſtantia ĩmediate egrederetur actio eſſet ſua uirtus quia hec eſt uirtus illud aquo ĩmediate egreditur actio,ergo illa ſubſtantia eſſet ſuum eſſe, & perconſequens eſſet omnino ſimplex quia ibi incipit informitas creature inquantum non eſt ſuum eſſe.& per cõſequens nõ eſt ſuum agere, nec ſua uirtus, ſi ergo creatura eſſet ſuum eſſe eſſet ſic omnia & eſſet omnino ſimplex, & quia tali enti competit creare, creaturæ competeret creatio. Et inde eſt ꝙ auctor de cauſis omnibus aliis agentibus attribuit continuatorem, ſolum autem Deum ponit ſine continuatione ut ipſe ignis per ſe ipſum non poteſt continuare aeri ut profundet ſe in aere & agat in ipſum, ſed habet uirtutem calefactiuam per quam continuat ſe aeri & profun-

Ph.tex.cõ. 80.

Quartum

Subſtantia ſuam precedit uirtutẽ natura.

Autor de cauſis.

Solus deus ſine continuatore omnes alię cãcõtinuationi addita.

dat ſe in eo. Ipſa itaq; uirtus calefactiua eſt quedam continuatio conti nuans ignem cum aliis, ſolus autem Deus eſt intimus omnibus rebus & per ſuam ſubſtantiam agit in omnia & cōtinuat ſe uirtualiter omnibus rebus.

In quo ſoluuntur obiectiones ꝙ lux eſt forma ſubſtantialis corporis lucidi, & in quo oſtenditur ex parte ipſius ſenſus ꝙ lux non eſt ſubſtantialis forma. Cap. XI.

D.Th.hāc opinionem recitat prima pte ſūmæ.q.67. art.3.1.rō.

Tex.cō.4

1.Ratio.

In de libero arbitrio.

3 Ratio.

2. De cœlo tex.cō.42.

Influentia eſt magis à ſtella quā ab orbe.q.a magis lu minoſa.

CONATI quidem ſunt aliqui tripliciter declarare ꝙ lux eſt ſubſtātialis forma corporis lucidi, ut ſit prima uia ex parte prioritatis temporis. Secūda ex parte nobilitatis lucis. Tertia ex parte cauſalitatis ipſius. Prima uia ſic patet quia dicitur in.7.meth. ſubſtantia eſt prior accidente cognitione, diffinitione & tempore. Si ergo ſubſtātia tpe eſt prior accidēte, cū autē producta lux dicatur producta primo tempore quia eſt producta primo die & in principio primæ diei non uidetur ꝙ lux poſſit eſſe accidens, erit ergo ſubſtantia. ſi non eſt ſubſtantia quæ eſt materia, erit ergo ſubſtantialis forma, itaq; ex parte prioritatis temporis arguitur lucem eſſe formam ſubſtantialem. Secunda uia ad hoc idem poteſt ſumi ex parte nobilitatis lucis, nam cum lux in corporibus teneat primatum & ſit nobilior ceteris corporalibus prout ſupra dicebatur per Auguſt. ꝙ lux in corporibus tenet primum locum cum uideatur inconueniēs ꝙ accidens ſit nobilius & perfectius q̄ ſubſtantia, lux que eſt in poteſtate nobilitatis & tante perfectionis non erit accidens ſed ſubſtantia. Tertia uia ſumitur ex parte cauſalitatis lucis, dicebatur enim ſupra, & eſt ſententia philoſophi in de cœlo & mundo ꝙ in ſupercelestibus potiſſime eſt influentia a luminoſo, ut magis eſt influentia a ſtella q̄ ab orbe eoq; ſtella ſit aggregatio luminis in orbe, quare ſi corpora celeſtia potiſſime influunt in hæc inferiora per lucem conſequens eſt ꝙ ſuas cauſalitates & ſuas actiones in hęc inferiora exerceant per lucem, & q̄a corpora ſupercelestia cauſant generationem & corruptionem ſubſtātiarum hic inferius, conſequens eſt ꝙ per lucem generantur hęc ſubſtantiæ inferiores, cum ergo accidens non cauſat ſubſtantiam ſed econuerſo, manifeſte concluditur ꝙ lux non ſit accidens ſed ſubſtantia. His itaq; prelibatis anteq̄ oſtendamus ex parte ſenſus lucem non eſſe ſubſtantialem formam corporis lucidi, uolumus ſoluere obiectiones propoſitas. Cum ergo primo arguitur ex parte prioritatis temporis lucem eſſe ſubſtantiā eoq; prius tempore ſit producta cum ſubſtātia ſit prior accidēte tēpore.

Reſponſio ad obiecta

Dici

Dici debet ꝙ ſubſtantiam eſſe priorem tempore accidente habet ſuum *ſolutio pri*
intellectum, tamen q̃tum ſpectat ad propoſitum, ſi lux eſſet oĩno pro *me rõnis.*
ducta prius tẽpore non poſſet eſſe accidens, ſed ut patet per habita cor
pus illud unde facta eſt lux, de qua poſtea factus eſt Sol fuit primo pro
ductum ſecundum ſubſtantialem formam ſuam, nam omnia corpora
ſuper celeſtia ab ipſo primordio cum in principio creauit Deus celum
& terram ſunt producta ſecundum ſubſtantialem formam quod nega
re de ſuper celeſtibus eſſet incõueniens cum & ipſa terra & alia elemẽ
ta ab ipſo primordio ſecundum ſuas ſubſtantiales formas fuerunt pro
ducta. Argumentum ergo petit quod eſt in contrario & arguit oppoſi
tum non propoſitum, nam ſi corpus illud quod poſtea factum eſt lux
ſiue factum eſt lucidum erat productum ſecundum ſubſtantialem for-
mam, illud quod poſtea aduenit ſibi aduenit enti in actu, erat accidens
ſi ergo prius exiſtens corpus & ſubſtantia, & poſtea incepit lucere conſe
quens eſt ꝙ lux ſit accidens. Quod autem arguebatur ſecundo de nobi- *Ad 2 rõm.*
litate & de perfectione lucis dici poteſt non eſſe inconueniens aliquid
nobilitatis & aliquid perfectionis eſſe in inferiori quod non eſt in ſupe-
riori natura, in iſtis corporibus eſt aliquid nobilitatis & perfectionis ut *Aliq̃d no*
quia poſſunt ſibi ſimilia generare quod non eſt in angelis, ſecundũ hũc *bilitatis ẽ.*
ergo modum aliquid nobilitatis & perfectionis poteſt eſſe in accidente *bis q̃ nõ ẽ*
quod non eſt in ſubſtantia ratione cuius aliquod accidẽs ut prima lux *in celo.*
poteſt primatum in corporalibus obtinere, ille autem modus perfectio
nis ꝙ ſit in aliquo qcquid perfectionis eſt in omnibus aliis eſt ſolius dei
ubi ut probatur. 5. Meth. congregãtur perfectiones omnium generum *Tex. c. 21.*
quod de nullo alio contingit dicere, non eſt ergo inconueniens in luce eſ *Nihil pfe-*
ſe aliquem modum nobilitatis qui non eſt in corporalibus aliis uel poſ *ctionis eſt*
ſumus dicere ꝙ non eſt idem modus loquendi de ente & de perfectio- *hic q̃ nõ ſit*
ne certum eſt quidem ꝙ ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, & accidens eſt ẽs *in deo.*
ſecundum quid, imo accidens nõ eſt ens niſi quia eſt entis, ideſt quia eſt
ſubſtantie ut probatur. 7. Sed non eſt ſic de perfectione ut dicatur ſub *Tex cõ. 2.*
ſtantia ſecundum eſſe perfecta ſimpliciter imo perficitur per uirtutes & *Nobilitas*
proprietates & per accidentia ſibi aduenientia ut homo ſecundũ ſe nõ *& pfectio*
dicitur eſſe nobilis nec perfectus ſimpliciter, quia quilibet eſſet talis, ſed *hominiſ &*
ex eoq; eſt ab antiquo ex diuitibus & potentibus progenitoribus, uel ex *ab extrin-*
hoc ꝙ eſt uirtuoſus & bene morigeratus ex eo dicitur nobilis & perfe- *ſeco & ab*
ctus, ratione itaq; nobilitatis & perfectionis non poſſumus concludere *intrinſeco*
lucem eſſe ſubſtãtiã quia hęc poſſunt eſſe accidentia ſubſtantie. Quod *pendet.*
arguebatur. Tertio de cauſalitate lucis ꝙ ſubſtantia nõ cauſatur ab ac- *Ad. 3. rõm.*

Accidens per ſe nõ cauſat ſubſtantiam. Inſtrumẽtũ uirtute ſuperioris agentis efficit aliq̃d nobiliuſeo

cidente, dicere poſſumus ꝙ accidens ſecundum ſe nõ poteſt cauſare ſubſtantiam, quia tũc ageret ultra ſuam ſpeciem, ſed accidẽs inuirtute ſubſtantie, & ut eſt organum ſubſtãtie poteſt cauſare ſubſtantiam, quia nõ eſt incõueniens orgãnũ eſt uirtute ſuperioris agentis agere ultra ſuã ſpeciẽ, ut ſerra in uirtute artis inducit formã artis. Calor itaq; ĩ uirtute formæ ſubſtantialis ignis, & ut eſt organum forme ignis facit ꝙ generetur ignis imo cum non ſit in igne uirtus actiua niſi calor, oportet ꝙ ignis calefaciendo generet ignem. Calor ergo qui eſt accidens facit ꝙ generatur ignis, & ſic calor eſt inſtrumentum ignis, ſic poteſt dici ꝙ lux eſt ĩſtrumẽtũ ſuper celeſtiũ corporum, & ſicut ignis mediante calore generat ignẽ ſic corpora ſuper celeſtia mediante luce faciunt ad generationẽ iſtorũ ĩferiorũ. Vel poſſumus dicere ꝙ ipſa lux celeſtis ut recipitur hic inferius ſecundũ ſe nõ facit ſimpliciter ad generationẽ, ſed hoc facit ratione caloris ſibi annexi, nam a corporibus ſuperceleſtibus nõ ſolũ generatur lux hic inferius ſed etiã generatur calor & frigus uel frigiditas que annexa luci faciũt ad generationẽ & corruptionẽ, nam lux hic inferius nõ ſolũ nõ habet eſſe ſubſtãtiale, ſed etiã nõ habet eſſe reale, ſed habet aliquid reale annexũ per quod realia generãtur. Solutis itaq; obiectiõibus uolumus oſtẽdere ex parte ſenſus ꝙ lux nõ ſit forma ſubſtãtialis corporis lucidi nec ĩ celeſtibus nec hic ĩferius, nã omne quod ſẽtitur uel ſẽtitur per ſe & primo ꝑ oẽm modũ, uel perſe & primo & nõ ꝑ oẽm modũ, uel ſẽtitur per ſe ſed nõ primo, uel nec ſentitur primo nec perſe, ſed ꝑ accidẽs ut patet in uiſu, nã lux uidetur primò & perſe & per omnẽ modũ, uidetur quidẽ perſe quia aliquid operatur in uiſu, uidetur primo quia perſe ipſã operatur in uiſu uidetur per omnẽ modũ quia perfecte habet unde operetur in uiſu. Vel uidetur per omnẽ modũ quia eſt ratio uidendi oĩa alia color uero uidetur perſe & primo ſed non per omnẽ modũ, uidetur quidẽ perſe, quia aliq̃d operatur ĩ uiſu, uidetur quidẽ primo q̃a per ſeipſũ operatur in uiſu, ſed non uidetur per omnẽ modũ; quia illã naturã per quã operatur ĩ uiſu nõ habet perfecte, uel nõ habet eã ĩ illa plenitudine ꝙ ſit rõ uidẽdi alia, ĩmo habet eã ita debilẽ ꝙ oportet ꝙ iuuetur per lumẽ, itaq; nõ eſt motiuũ uiſus niſi ſecũdũ actũ lucidi, ideſt ſecũdũ mediũ actu illuminatũ ut põt patere ex. 2. de aĩa imaginabimur ergo ꝙ lux & color ad eandẽ naturã reducuntur, quia color participat naturã lucis, & quia eandẽ naturã participãt ſi lux uidetur perſe & primo, & color uidetur perſe & primo, uerũ quia color participat naturã lucis ĩperfecte, lux uero perfecte, color nõ erit ratio quare uideatur lux ſed econuerſo. Videbitur ergo lux perſe & primo perfecte, color uero

A corporibus cœleſtibus calor cauſatur & frigus.

Ordo eorũ quæ ſẽtiũtur & uiſdentur.

Lux ĩ uidetur ꝑ ſe et oĩmõde.

Color uidetur merito lucis ĩõ lux opaca appellatur.

Tex. cõ. 63 & 64.

perſe primo & imperfecte, quia totũ & perfectũ idẽ & omne & totũ quaſi idẽ illud perſe primo & pfecte poteſt uocari primo & perſe & p omnẽ modũ, aliud quod eſt imperfecte poteſt uocari nõ per omnẽ modũ. Tertio uidetur aliquid per ſe ſed nõ primo nec etiã perfecte uel per omnẽ modũ & hoc modo uidetur magnitudo que nõ eſt ſenſibile ppo ſitũ ſed cõmune magnitudo quidẽ uidetur perſe quia aliquid operatur in uiſu, quia eo modo quo res habet partes eo modo facit ĩpreſſionẽ in uiſu, ut dextra pars magnitudinis ĩprimitur diametraliter ĩ dextra parte oculi, ſiniſtra in ſiniſtro, & ex hoc fit angulus ĩ oculo ut uerificetur dictũ perſpectiuis ꝙ omne quod uidetur ſub angulo uidetur, facere enim ãgulũ ꝑprie cõuenit magnitudini, uidetur itaq; magnitudo perſe ꝙ aliquid operatur in uiſu, ſed nõ uidetur primo quia nõ habet hoc de ſe ꝙ operetur ĩ uiſu. Vnde ſi magnitudo nõ eſſet colorata ſiue lucida nullo modo uideretur a uiſu, nõ enĩ habet magnitudo in ſe naturã unde moueat uiſũ ſicut habẽt lux & color, licet lux hoc habeat perfecte, color ĩperfecte, magnitudo ergo nõ ſecũdũ ſe ſed cõiũcta luci uel colori poterit mouere uiſũ, ut ex hoc dicatur uiſibilis perſe ſed nõ primo. Quarto modo uidetur aliquid nec perſe nec primo nec perfecte ſed ſolũ ſecũdũ accidens, & ſic uidetur ſubſtãtia iuxta illud phi ĩ. 2. de aĩa ꝙ ſecũdũ accidens ſentitur Darii filius & ſubdit cauſã, quia ſecũdũ ꝙ huiuſmodi nihil patitur ſenſus a tali ſenſibili, ſi enĩ eſſet altitudo ſeparata a quãtitate uel a magnitudine nõ poſſet uideri, quia nõ poſſet facere angulũ in uiſu, magnitudo itaq; aliquid operatur in uiſu, ſed ſi magnitudo eſſet ſeparata a ſubſtãtia & eſſet colorata uel lucida ita uideretur ſine ſubſtãtia ſicut cũ ſubſtãtia, ergo ſolũ p accidẽs ſe habet ſubſtãtia ad uiſũ. Poſſumus autẽ ad hoc adaptare que aperte uidemus in corpore Chriſti, nã ibi eſt magnitudo paries & quantitas ſine ſubiecto, nec uidemus ꝙ aliter uideatur magnitudo illa cũ eſt in ſubiecto & cũ eſt ibi ſubſtãtia panis & cũ eſt ſine ſubiecto ſiue cũ deſinit ibi eſſe ſubſtãtia panis nec eſt aliquis oculus, nec aliquis ſenſus quo poſſit diſcerni hoſtia cõſecrata ubi eſt quãtitas ſine ſubiecto a non conſecrata ubi eſt quãtitas cũ ſubiecto, quod totũ ideo eſt quia ſubſtantia non ſentitur niſi per accidẽs. Cõcludamus ergo & dicamus ꝙ ſi lux uidetur per ſe & primo & perfecte ſubſtantia autem non uidetur nec ſentitur niſi per accidens impoſſibile eſt lucem eſſe ſubſtantiam uel ſubſtantialem formam.

Idem totũ & pfectũ.

Magnitudo ſẽſibile commune.

Omne quod uidetur ſub angulo uidetur.

Tex. com. 64.

Subſtãtia ſentitur p accidens

Quod licet lux in proprio ſubiecto ſit realiter, in medio autem eſt intentionaliter. Cap. XII.

Di. Tho. in 1 parte summae. q. 67. art. 3. in ca. lce quaesti onis.

VOLVERVNT autem quidam & magni ꝙ lux in medio eſſet realiter, aſſignãtes ad hoc duas rationes, unam ex parte denominationis, aliam ex parte actionis. Prima uia ſecũdum eos ſic patet, nam intẽtionale ut aiunt non denominat aerem, quia dicitur aer eſſe lucidus ſiue illuminatus, ideo (ut dicunt) lux in aere habet eſſe reale. Secunda uia ad hoc idem ſecundũ eos ſumitur ex parte actionis nam cum lux in aere habeat actionem naturalem quia calefacit aerem & calefacit alia corpora que ſunt in aere, conſequens eſt ut dicũt ꝙ lux in aere habet eſſe naturale & reale, ſed anteq̃ ſoluamus obiectiones illas uolumus multis uiis oſtendere lucem in aere non eſſe realiter ſed intẽtionaliter, nam primo poſſumus hoc oſtendere ex parte ſenſus ſiue ex parte ipſius uiſus, ſecundo ex parte lucis. Primo modo poſſumus hoc oſtendere Tripliciter ſecundum ꝙ tria ſunt communia omni ſenſui, dicimus enim de omni ſenſu, ꝙ ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſum. Dicimus ſecundo de omni ſenſu ꝙ eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. Dicimus & Tertio ꝙ nõ eſt ſupra ſe cõuerſiuus. Prima duo patent per philoſophum in 2. de anima, tertium autem patet per proclum ubi uult ꝙ nullum corporale ſit ſupra ſe cõuerſiuũ. Prima uia ſic patet, nã hoc eſt ſenſibile quia realiter habet in ſe per quod ſentitur ut coloratum dicitur ſenſibile propter colorẽ quem habet in ſe, & corpus luminoſum dicitur ſenſibile propter lucẽ quam habet in ſe, ſi ergo medium haberet in ſe realiter illud per quod fit ſenſus ipſum medium diceretur quid ſenſibile, & quia aer illuminatus pertingit uſq; ad oculũ, ſi lux eſſet realiter in aere eſſet ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non ergo ſentiremus, & per aerem illuminatum non fieret ſenſus cuius cõtrariũ quottidie experimur. Si autem queratur cauſa quare ſenſibile poſitũ ſupra ſenſum non facit ſenſum, dici poteſt ꝙ ſpecies ſenſibilis recipitur ſpiritualiori modo in ſenſu q̃ in medio, & quia a ſpecie reali non poteſt gigni immediate tanta ſpiritualitas quanta requiritur ad ſenſum, ideo oportet ꝙ prius fiat ſpecies intentionaliter in medio & poſtea a ſpecie ĩmedio fiat ſpecies magis intẽtionaliter & magis ſpiritualiter in ſenſu & quia de neceſſitate requiritur ibi medium inter ſenſibile & ſenſum ideo ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſum, ſi enĩ in ipſo medio eſſet realiter ſpecies ſenſibilis eſſet eodem modo in eo ſicut in obiecto ſiue ſicut ipſo ſenſibili, quare ſicut ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſum ſic medium habens realiter ſpeciem ſeu ſimilem tangens ſenſum non facit ſenſum, per aerem ergo illuminatum non uideremus attingentem oculum ſi lux eſſet realiter in aere, ſi quis autem de

Cõtra Di. Thomam.

Tex. c. 75. & 98.

Tex. c. 121. & 158.

In d. elemẽtatione teologica.

Rõ. cõtra D. Thomã.

Vnde ẽ ꝙ ſenſibile poſitũ ſupra ſenſum nõ efficit ſẽſationẽ.

hæc materia ue lſet uidere ulterius quare ſenſibile poſitum ſupra ſenſū nō facit ſenſum querat ī hiis que diximus ſuper. 2. de anima ubi de hoc diffuſius pertractatur. Secūdo modo poteſt declarari hoc idem ex parte ſenſus prout eſt cōmune omni ſenſui q̄ ſit ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia patet per philoſophum in. 2. de a͞ia color enim & quecūq; ſpecies uiſibilis ut eſt in obiecto & habet eſſe reale & facit ad eſſe ut color eſt in pariete realiter & facit parietem eſſe coloratum ſed ut eſt in ſenſu habet eſſe intentionale & facit ad cognitionem, & ideo ſenſus dicitur eſſe ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, quia non recipit ipſam ſpeciem prout habet eſſe materiale ſed recipit ſimilitudinem ſpeciei, ut uiſus nō recipit colorem realiter ſed recipit ſimilitudinem coloris. Eſt enim oculus quaſi quoddam ſpeculum in quo recipiuntur imagines & ſimilitudines uiſibilium, & ſi inueniatur q̄ ſenſus immutetur realiter ſicut neruus in quo eſt ſenſus tactus caleſit realiter ab igne illa immutatio realis non facit ſenſum, ſed quia ille idem calor immutans neruum realiter ī mutat ipſum intentionaliter ideo fit ſenſus ex intentionali immutatione non ex reali, nam ſi ſenſus immutaretur a calore ſolum realiter non ſentiret, nam hoc modo immutantur lapides, nec tamen immutationē ſentiunt, cum enim oporteat eſſe animatum quod ſentit immutatio faciens ſenſum erit animalis que fit per intentiones non per res per quas, fit immutatio naturalis. Quare ſi oculus uidet lucem ſuſcipiet lucem ſine materia cum hoc ſit commune ſenſui, nec aliter fiat ſenſus, & quia eodē modo ſuſcipit ſpecies mediū et ſenſus, erit lux ī medio nō materialiter nec realiter ſed intentionaliter. Tertio modo poteſt hoc idem patere ex parte ſenſus prout ſenſus non eſt ſupra ſe conuerſiuus, intellectus enim eſt ſupra ſe conuerſiuus quia poteſt intelligere ſeipſum, oculus autem non eſt ſupra ſe conuerſiuus quia non uidet ſeipſum, ſi ergo oculus poſſet uidere rem coniūctam ſibi poſſet uidere ſeipſum, uel ſaltem una pars oculi uideret aliam partem ſibi coniūctam quod uidemus eſſe falſum. Vtrum autem per confricationem in confricando oculum poſſit aliquid reſultare in oculo unde uidetur oculus uidere quādam lucem ut ſiquis reciperet magnam percuſſionē ī oculo poſſet ex hoc fieri tāta diſſolutio in oculo ut uideretur oculus uidere multiplicem lucem, & uideretur ex hoc multiplex lux exire ab oculo nō eſt preſentis ſpeculationis inueſtigare quia loquitur de oculo non diſſoluto ſecundum quem modum quilibet experitur in ſe q̄ nec oculus uidet totum ſe nec partē ſui, ideo ſi ſenſibile applicaretur ad oculum non uideretur ab oculo ſicut nec partes oculi applicatæ adinuicem uiderētur a ſeipſis, nihil ergo

2. rō̄. cōtra D. Thomā. Tex. c. 121. & 138.

Oculus ha ſimilitudinem cū ſpeculo.

Si ſenſus ī mutaretur ab obiecto ſolum realiter non ſētiret.

Species in medio & ī ſēſu uniformiter ſuſcipitur.

Tertia rō̄. cōtra D. Thomam.

3. de a͞ia tex. cō̄. 15.

Dubitatio.

reale pertingens ad oculum finit uidere oculum, lux ergo ſi eſſet reali-

Reſpondet obiectioni tacitæ. ter in medio oculus attingere lucem & ſuſcipiens lucem nõ uideret uel eſſet ſupra ſe conuerſiuus, & ſi dicatur ꝙ lux multiplicat ſe realiter & intẽtionaliter cũ ſic dicẽte nõ eſſet cõcedẽdũ quia nos loquimur de luce quã uidemus que multiplicatur ꝑ mediũ uſq; ad uiſũ quam dicimus eſſe intẽtionalẽ & realẽ. Viſa Triplici uia ex parte ſenſus quomodo lux eſt in medio ĩtẽtionaliter, uolumus hoc etiam tripliciter oſtẽdere ex parte ipſius lucis, ut ſit una uia prout cõparatur lux ad ipsũ mediũ ſecũdũ ſe, ſiue ad ipsũ diaphanũ ſiue ſit celeſte ſiue ſit elemẽtare. Secunda uia ſit prout mediũ elemẽtale cõparatur ad celeſte, Tertia ſit prout lux cõparatur ad alias formas reales. Prima uia ſic patet, nã ſol exiſtẽs ĩ medio planetarũ illuminat orbes planetarũ, & lux illa peruenit uſq; ad aerẽ ĩ quo ſumus, utriq; autẽ repugnat ꝙ lux illa ſit ĩ medio realiter, repugnat quidẽ orbibus planetarũ, quia ſi immutarẽtur realiter ſuſciperẽt peregrinas ĩpreſſiones, & nõ eſſet cęlũ primũ alterans quia primũ al-

8. phi. 37. 2 de celo 42 terans debet eſſe nõ alteratũ ut Cõmẽtator ait, ſicut primũ mouẽs eſt nõ motũ, hoc eſt enĩ eſſe alteratũ, ſuſcipere nouam formam realẽ. Repugnat hoc etiam ipſi aeri ꝙ lux ſit ibi realiter, quia, omne quod recipitur ĩ aliquo recipitur ſecũdũ modũ rei recipiẽtis, cũ ergo hic inferius forme recepte realiter recipiantur cũ cõtrarietate quia materia horũ ĩ-

Formæ q̃ realiter rẽcipiuntur hic habẽt contrarietatem. feriorũ eſt ſubiecta cõtrariis lux recepta haberet cõtrarietatẽ, uel eſſet annexa forme habẽti cõtrarietatẽ, & lux multiplicaretur ĩ tẽpore nõ ĩ ĩſtanti, ĩmo cũ ſpecies uiſibiles q̃to magis ſe multiplicant tanto habeãt eſſe magis ĩtẽtionale, ſi lux Solis multiplicat ſe per orbes celeſtes & ꝑuenit uſq; ad aerẽ, ſi ĩ orbibus celeſtibus habet eſſe ĩtẽtionale cũ nõ poſſint ĩmutari realiter orbes illi ĩ aere habebit eſſe magis ĩtẽtionale q̃ in orbibus, & ĩ oculo magis q̃ ĩ aere. Secũda uia ad hoc idem ſumitur ꝙ

2. de aĩa. t. com. 68. lux ĩ aere cõparatur ad lucẽ ĩ orbe celeſti, nã ut uult pħs ſuſcipere lumẽ cõuenit aeri prout habet aliqd cõmune cũ orbe celeſti ſed iſta ĩferiora nõ cõueniũt cũ orbe celeſti prout ſuſcipiũt formas reales ſiue nãles, qa

1. d celo. t. com. 16. natura cęli dicitur quĩta natura ſeparata a naturis quattuor elemẽtorũ & per cõſequẽs a naturis elemẽtarorũ, itaq; ſecũdũ formas naturales exaltãti ſunt celi a terra & ab oĩbus elemẽtis, cũ naturales forme celeſtes ſint ſine cõtrariis tam ſubſtantiales q̃ accidẽtales, hic autẽ ĩferius

Generationes ex contrariis in contraria tendunt. ſint cũ cõtrarietate ut nulla ſit forma naturalis ſiue realis hic inferius que nõ habeat cõtrariũ ſiue ſit annexa habenti cõtrariũ ut omnes generationes naturales ſint ex cõtrariis in contraria, & nũq̃ eſt generatio forme realis que nõ ſit alteratio uel terminus alterationis, uel in ſe uel in

to ad quod dicitur,quod dicimus pro relatione, quia poteſt quis fieri de non ſimili ſimilis alteratione facta in alio. Quantũ ergo ad formas reales multũ diſtant hæc inferiora a ſuperioribus ſed quantũ ad intẽtionales cõueniunt hæc & illa,quia intẽtionales formæ etiam hic inferius non habent contrarietatem cum in eodem puncto aeris ſuſcipiatur intentio albi & nigri,& quia in aere ſuſcipitur prout conuenit cũ corpore celeſti ſuſcipietur in eo intentionaliter non realiter. Sed queret aliqs Vtrum in aliquo corpore hic inferius ſit lux realiter prout conuenit cũ corpore celeſti. Dicemus ꝙ lux in igne eſt realiter licet in medio & in ſenſu ſit intẽtionaliter,ſicut color q participat naturam lucis eſt ĩ pariete realiter & in medio & in oculo intentionaliter,& poſſemus quidem aliq̃ ſimilitudinem aſſignare non per uniuocationẽ ſed per quandam analogiam inter ignem & celeſte corpus ſed longe aliter eſt conueniẽtia inter aerem ſuſcipientem lumen & ignem & cęlum quia aer de non illuminato fit illuminatus in ĩſtanti & lumen in aere nec habet contrarium nec eſt annexus non contrario ſed meram priuationem habet oppoſitam ut tenebram,& magis uniuoce eſt lumen in aere cum lumine in orbe ubi utrobiq; eſt intẽtionaliter q̃ ſit lux in igne & lux in Sole ubi utrobiq; eſt realiter & non fit de non igne ignis niſi alteratione preuia que reſpicit contrarietatem quod non dicimus de lumine in aere lumẽ itaq; in aere eſt intẽtionaliter ſecũdũ quẽ modũ & orbes recipiũt ĩmutationẽ,propterea lumẽ eſt ĩ aere ut cõuenit cũ orbe celeſti. Tertia uia ſumitur prout lux cõparatur ad alias formas & potiſſime ut comparatur ad caliditatẽ,nam utrũq; eſt in aere a Sole illuminatio & caliditas,ſed illuminatio eſt in inſtanti,& recedente Sole ſtatim tollitur illuminatio caliditas fit in tempore & non ſtatim recedente Sole ceſſat caliditas, quare ſi lux eſſet in aere realiter ſicut caliditas non ſtatim ceſſaret lux ĩ aere ſicut non ſtatim ceſſat caliditas,ꝙ ſi dicatur ꝙ caliditas habet contrarium, lux non habet contrarium petitur quod eſt in contrario & arguitur oppoſitum, quia non poteſt aliquid recipi in materia ſubiecta contrarietati niſi habeat contrarium uel ſit annexum habenti contrarium ut non poſſit tolli & remoueri niſi tollatur contrarium, ideo in omnibus talibus requiritur tempus quod non requiritur in illuminatione aeris. Oppoſita autem hiis non eſt difficile ſoluere,nam cum dicitur forma intentionis non denominat dici poteſt ꝙ immo cum concedat pħs in.2.de anima uiſionẽ coloratam eſſe. Vel poſſumus dicere & melius ꝙ intenſio fortis denominat,debilis autem non denominat niſi forte ſecundum quid, ut ſi radii ſolares tranſeunt per uitrum

Generatio formæ realis aut eſt alteratio aut alterationis terminus.

In eodem puncto intentiones diuerſæ.

Dubitatio Solutio.

Lux in igne realiter in medio & in ſenſu intẽtionaliter

A Sole illuminatio et caliditas hæc in inſtanti illa fit in te[m]...

Reſponſio ad rõnes D.Tho.ad primã rõẽ Tex.com. 138.

coloratum faciunt eundem colorem in pariete, uel ubi ſe applicant ut manifeſte uideatur paries uiridis ſi tranſeant radii peruitrum uiride, eo ergo modo diceretur paries illuminatus per applicationem lucis poterit dici uiridis factus per applicationem illius intẽtionis colorate ut nõ aliter uideatur multiplicari lux q̃ fortis intentio coloris, itaq; ut ad propoſitum ſpectat non concludit ratio. Quod autem addebatur. 2. ꝙ intentio non tranſmutat realiter, dici poteſt ꝙ imo ſi ſit fortis ſecundum quem modum cõcedit philoſophus aerem pati a fortibus odoribus ut fiat fetidus Vel poſſumus dicere ꝙ ſol non ſolum illuminat aerem, ꝙ lumen eſt in aere intentionaliter, ſed etiam calefacit ipſum, que caliditas eſt ibi realiter, iſte autem immutationes reales magis ſunt a Sole ut calefacit realiter q̃ ut illuminat intentionaliter. Et hęc de luce & opere prime diei ſufficiant.

Al. 3. rõm. 2. de aĩma tex. cõ 27. Aer patitur ab odore non q. ſẽtiat ſꝫ. mox fit ſẽſibilis

Declarans quales ſunt ille aque que ſunt ſupra firmamentum quod factum dicitur ſecũda die uerum corporales an ſpirituales. Cap. XIII.

POST q̃ determinauimus de luce que ſpecialiter pertinet ad primam diem, uolumus etiam agere ſpecialiter de hiis que pertinent ad ſecundam diem, & quia ſecunda die dixit deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis & fecit Deus firmamentum & diuiſit aquas ab aquis que erant ſupra firmamentum ab aquis que ſub firmamento erant, ideo merito declarandum occurrit quales ſunt aque ille que ſunt ſupra firmamentũ. Sed anteq̃ hoc declaremus uolumus enarrare regulas quas debemus tenere in expoſitione ſcripturę ſacrę quas tãgit Auguſt. ſuper Gene. Tãgit autẽ Auguſt. in dicto libro ſeptem regulas. Eſt autem prima regula ꝙ non debemus ſic exponere ſacram ſcripturam ut illa ſit ſententia ſacræ ſcripturæ que eſt noſtra, ſed magis econuerſo ut illa ſit noſtra que eſt ſcripturæ ſacræ. Sunt enim aliqui ſic trahentes aquam ad molendinum ſuum ut potius uelint ſcripturam eſſe expoſitionem mentis eorum ſententiæ q̃ ecõuerſo, & potius uelint ſcripturam conformare eis q̃ ſe conformare ſcripturæ; contra quos Auguſt. ait ꝙ non pro noſtra ſentẽtia ita dimicantes ut eam uelimus eſſe ſcripturæ ſacræ que noſtra eſt, cum potius eã que ſcripturæ noſtram eſſe uelle debeamus. Secunda eſt ꝙ plus debemus exiſtimare ſcripturas ſacras q̃ alias ſcripturas ĩ tantum quidẽ debemus in precio habere ſcripturas alias inq̃tum famulantur ſcripturæ ſacræ.

Gen. I. Ex libris diuerſis ſup Geneſim he regule colligũtur. Diuerſ norme expo nẽdi ſcripturas.
1. Intellectus non debet ſcripturã trahere ſꝫ.
2. trahi ab illa.

Ybi

Vbi autem ei contradicunt non debemus eas tenere ſed repellere, ideo Auguſt. ait ꝙ periculoſius quidem erat ꝙ quidã infirmi fratres qui cũ iſtos impios de celeſtium corporum, uel de quibuſdam elementorum mundi queſtionibus ſubtiliter & copioſe differere audiunt eos cum ſu‐ſpirio ſibi preponẽtes & magnos reputantes ſaluberrime pietatis libros cum faſtidio recipiunt. Valde eſt quidem periculoſum faſtidire libros pietatis ideſt libros ſcripturę ſacræ, & libros gentilium magis reputare. Tertia regula eſt ꝙ non ſolum debemus plus exiſtimare ſcripturam ſa cram q̃ opinionem noſtram ut dicebat regula prima & plusq̃ ſcriptu ras gentilium ut dicebat ſecunda ſed plus q̃ capacitatem totius huma ni, ingenii, itaq; ſi tota capacitas, & tota ſubtilitas que poteſt eſſe in oĩ‐bus hominibus eſſet in uno homiue plus eſſet exiſtimanda ſcriptura ſa cra q̃ tota huiuſmodi capacitas hoc eſt ergo quod Auguſ. ait ꝙ maior quippe eſt ſcripture huius authoritas q̃ omnis humani ingenii capaci‐tas. Quarta eſt ꝙ quando multis modis ſcriptura ſacra exponitur, de‐bemus atendere cui expoſitioni cetera conſonant & concordant quia nihil dimittendum eſt in una parte ſcripture ſacre quod impediat aliã, ideo ait ꝙ ſi utrũq; ſenſum ſcripturam ſacram uoluiſſe creditur uiden dum eſt ſi utriuſq; ſententie cetera circunſtantia ſuffragantur. Quinta eſt obſcuritates ſacre ſcripture non debemus in aliquam partẽ ita per‐tinaciter aſſerere ꝙ aliqua labes ſcripture ſacre poſsit atribui. Sexta eſt ꝙ non debemus ſcripturam ſacram ita exponere ꝙ aliis deridendi ma‐teria tribuatur, ideo ait ꝙ turpe eſt nimis & pernitioſum chriſtianos ſic delirare in expoſitione ſcripturę ꝙ infidelis audiens riſum tenere uix poſsit. Septima eſt ꝙ cum poſſumus ſaluare ſcripturas ſacras per ea que naturaliter uidemus non debemus ad miraculum uel ad poten‐tiam diuinam recurrere, & maxime hoc dicit propter opera ſex dierũ ubi nulla inſtituta eſt natura, hoc eſt ergo quod ait, nunc enim quẽad‐modum Deus inſtituerit naturas rerum ſecundum ſcripturas eius nos conuenit querere non ꝙ in eis uel ex eis ad miraculum potentie ſue ue lit operari omnes aũt regulas tangit Aug. primo 2. ſuper Gene. non ta‐mẽ hoc eodem ordine quo ipſas poſuimus, nos autem eas ordinamus prout nobis ordinanda uidebantur. His itaq; premiſsis regulis dice‐mus nos non enarraſſe omnes has regulas propter hoc capitulum tan tum, nec etiam propter hoc opus tantum, multa tamen de hiis ſunt huic capitulo & operi neceſſaria. Sciendum ergo aliquos uoluiſſe nul lo modo ſuper celos eſſe aquas, ꝙ ſi hoc dicant quia non poſſunt ad ſuum animũ inclinare, faciunt contra primam regulã quia non ſcriptu

Margin notes: 3. — *2. Super Gen. cap. 9 & ultimo* — 4. — 5. — 6. — 7. — *Verbum maioris eſt autoritatis quã ſit miraculum* — *In Diſt. ca pitibus.*

ram ſibi ſed ſe ſcripture conformare debent. Sed ſi hoc dicant quia ſcri-
pture gentilium huic ſententie non concordant, uel quia hoc eſt hu-
mane capacitati contrarium faciunt contra ſecundã & tertiam regulã,
quia ſcriptura ſacra preeminet ſcripturis gentilium, & quia maior eſt
huius ſcripture authoritas q̃ omnis humani ingenii capacitas, ideo di
2. ſuper Ge. cap. 5. camus cũ Augu. & ſuper Gene. ꝙ quomodo autem & quales aque ibi
ſunt dubitare poſſumus, ſed eſſe eas ibi minime dubitemus. Sunt ibi
itaq; aque, ſed que & quales ſunt ille aque uolumus declarare. Dixerũt
autẽ aliqui illas aquas eſſe ſpirituales & eſſe naturas angelicas, itaꝙ
Opinionũ diuerſitas circa 4. quas que ſunt ſupra firmamentum. aque ſunt ſupra celum quia ibi ſunt angeli, & aque ſunt ſub celo quia
ibi ſunt anime humane uel quia ſunt ibi homines. Et hanc ſententiam
tangit Aug. 13. confeſ. dicens ꝙ aque ſuper celos ſunt angeli ideo ait,
ſunt autẽ alie aque ſuper hoc firmamentũ crede immortales & a ter-
rena corruptione ſecrete ſuper celeſtes populi angelorum que laudant
nomen tuũ. Et idem eodem libro circa finẽ ait. Videmus firmamentũ
celi inter ſpirituales aquas ſuperiores & corporales inferiores. In hiis
Cap. 15. aũt duabus authoritatibus uidetur Aug. uelle ꝙ aque ſuper firmamen
Cap. 32. tum ſunt ſpirituales angeli, ſed ut dicebatur in regulis ſupradictis in
expoſitione ſcripture ſacre, omnes circũſtantie ſunt conſiderande. Cũ
ergo firmamentũ factum ſecunda die ſit uocatum celum, & cui firma-
mẽto celi ſint poſita ſidera conſequens ꝙ nomine firmamenti intelli-
gimus aliquid corporale, & quia ſicut accipitur firmamentum ſic de-
Opinio propria. bent accipi aque ille que ſunt aliquid corporale. Unde Aug. in lib. retra
ctat. contradicit iſti ſententie ꝙ ille aque ſint ſpirituales. Poſſumus e-
nim dicere de iſtis aquis ſicut dicebamus de luce ꝙ uere prima die fa-
ctũ fuit corpus quodã lucidũ, & ex hoc dicitur ad litterã facta eſt lux
li. 2. cap. 6 corporalis ſed figuratiue & allegorice ſignificabat lucẽ ſpiritualẽ & na
turam angelicã ad creatorẽ conuerſam, diuiſam a tenebris ideſt a ma-
lis angelis a deo auerſis, ſic & in propoſito corporales aque ſunt ſupra
firmamentũ, ſed ille aque poſſunt ſignificare angelos ſupra firmamen-
Aque per allegoriã dicte que ſint. Ad autoritates & rationes Aug. tum ideſt angelos confirmatos. Sancti ergo dicẽtes illas aquas eſſe ſpi-
rituales loquũtur miſtice & allegorice, dicentes uero eas eſſe corpora-
les loquũtur ſecundũ literalẽ ſenſum. Cum ergo queritur in titulo capi-
tuli quales ſunt ille aque utrũ corporales uel ſpirituales patet ꝙ cor-
porales, ſed ſignificant ſpirituales. Et ex hoc ſoluuntur obiectiones &
dicta ſanctorum, quia dicentes eas eſſe corporales loquuntur ſecundũ
ſenſum hiſtorialem, qui ſpirituales ſecundũ miſticũ. Sed quid dicemus
ad authoritates Aug. quia authoritates ille nõ ſolum ſunt ſuper autho

ritates ſed etiã rationes, nam cum dicitur aque que ſunt ſuper hoc firã mamentum ſunt ſuper celeſtis populi angelorum que laudant nomẽ tuum conſtat ꝙ laudare & benedicere nõ ſpectat ad corporalia ſed ad ſpiritualia, igitur ſi ille aque laudant dominum Iuxta illud benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt dominum, Ille aque ſpirituales erũt Rurſus cũ in ſecunda authoritate dicebamus uidemus firmamentum celi inter ſpirituales aquas ſuperiores & corporales inferiores, ibi ſubtilis latitat ratio, nam ſi alique aque ſunt ſuperiores alique inferiores, cum omnis aque corporales uideantur eſſe eiuſdem nature non potetunt eſſe aque corporales alique ſuperiores alique inferiores, & maxime ſic ſuperior eis ꝙ ſint ſupra firmamentum, celi ergo erunt ille aque ſuperiores non corporales ſed ſpirituales. Propter primum ſciendũ ꝙ omnis creatura inducitur ad benedicendum Deum, nam non ſolum aque, ſed etiam ipſa terra inducitur ad benedicendũ Deum, & imber, & ros, & glacie, & niues, & omnia inducuntur ut laudant & benedicãt Deum, nam ſicut omnis creatura clamat Deum factorem ſuum quia ex omni creatura poſſumus manuduci in cognitionem creatoris, & ex hoc omni creatura dicitur clamare Deum creatorem ſuum ſic quia ex omni creatura poſſumus manuduci ad laudandum & benedicẽdum Deum dicitur omnis creatura laudare & benedicere Deũ. Quod omnis creatura clamat Deum factorem ſuum patet per Aug. in lib. de trinita. qui ait ꝙ neq; enim diuinorum labiorum tantum modo authoritas Deum predicat ſed omnis que nos circunſtat uniuerſa ipſarum rerum natura proclamat ſe habere preſtantiſsimum conditorem. Hoc idẽ etiam ſenſerũt Phi quia uult comenta. 8. Meth. ꝙ non poſsit cognoſci hec particularis ſubſtantia determinate ignorata prima cauſa. Quelibet ergo creatura clamat Deum factorem ſuum cum nõ poſsit cognoſci ignorata prima cauſa, ſic etiam quelibet creatura dicitur laudare & benedicere Deum, quia habentes diſcretionem & ſenſum ex qualibet creatura ſurgunt in glorificationem creatoris iuxta illud Baſilii ꝙ dicuntur aque glorificare Deum eo ꝙ aque ſunt rationales creature, ſed quia ab habentibus ſenſum conſideratio earum prudenter contemplata glorificationem perficit creatoris. Quod uero addebatur ꝙ non poſſunt dici aque ſuperiores nisi ſpirituales ut parebit in ſequentibus taliter poſſunt accipi aque etiam corporales ꝙ dicuntur ſuperiores, & heę aque quas uidemus inferiores.

Solu. prime rõnis

Cap. 4.

com. 12. 1. Phy. t. et 2. phy. 38. & 72.

In ſuo Hexameron. Ad 2. rõnẽ 32.

Declarans cuius nature ſunt ille aque que ſunt ſupra firmamentum. Cap. XIIII.

QVAMVIS declaratum ſit aquas illas ſupra firmamentū celi eſſe corpales, reſtat inueſtigare cuius nature ſint ille aque, Circa quod non poteſt eſſe niſi duplex modus dicēdi quia uel ſunt eiuſdem nature cū elemento aque ſiue cum iſtis inferioribus, uel ſunt de quīta eſſentia nā ſicut de celo aliqui opinati ſunt, ſic & de iſtis aliqui opinati ſunt. Quidam enim poſuerunt celum eiuſdem nature cum elementis, & circa hoc fuit opinio duplex, nam quidam dixerunt ipſum compoſitum ex omnibus elemētis ut Empedo qui dixit ipſum compoſitum ex quattuor elemētis ſed dixit ipſum incorruptibile quia non fuerat lis in compoſitione eius, ſed ſolum amicitia. Plato autē celum elementum ſimplex dicitur poſuiſſe, dixit autē ipſum incorruptibile uoluntate diuina iuxta illud Platonis. O dii deorum quorum pater & opifex ego ſum, natura ueſtra diſſolubiles, uoluntate mea indiſſolubiles permanetis, quod de corporibus celeſtibus ſecundum platonem poteſt intelligi ut ſicut natura diſſolubilia, uolūtate diuina indiſſolubilia, ꝙ ſi duę opiniones uere eſſent ꝙ celi eſſent eiuſdē nature cū omnibus elementis uel cum aliquo elemento ſimplici non eſſet inconueniens aquas illas ſuper celos eſſe eiuſdem nature cum iſtis aquis inferioribus, ſed quia celi ſunt in corruptibiles, omnia aūt elementa ſunt corruptibilia, cum corruptibile & incorruptibile differant genere non poteſt eſſe ꝙ celi ſint eiuſdem nature cū iſtis inferioribus, & quia omnia iſta inferiora ſunt de natura quattuor elemētorum tota ſphera actiuorum & paſſiuorum que pertingit uſq; ad globū lunarem dicitur cōtinere quattuor naturas, & omnia quę ſunt in huiuſmodi ſphera dicuntur moueri motu recto qui eſt motus habens contrarium & dicuntur ferri a medio uel ad medium, & ex hoc dicuntur grauia uel leuia, a globo autem lunari ſupra ut omnes celi & omnes ſtelle & luminaria omnia in eis dicuntur ſeparata ab iſtis quattuor naturis elemētorum, ut dicuntur facere quintam naturam ſiue quintam eſſentiam, omnia autē illa corpora nō mouentur motu recto qui eſt motus habens contrarium, ſed mouentur motu circulari cui nullus cōtrariatur motus q; non ſunt grauia neq; leuia ſed ſunt neutra, non mouentur a medio nec ad medium ſed circa medium, que omnia declarari habent ex lib. celi & mundi. Hiis itaq; declaratis patet opiniones prius tactas uel eſſe falſas, uel eſſe expoſitas. Poſſemus enim ſi uellemus reducere eas ad bonum intellectū ut diceremus celū eſſe ex quattuor elemētis, & hoc per amicitiam ſiue litē, quoniam eſt celū ex quattuor elementis quia eſt ex illa eadem materia per eſſentiam, ex qua ſunt quattuor elementa ut ſu

Opiniones diuerſæ de cœlo. Empedo cles.

Confutat opinionem Empedoc. & plat. 10. Met4. tex. com. ultimi. Nam corpora cœleſtia corruptibilia uoluntate diuina incorruptubilia poſuit Plato. 1. de cœlo tex. com. 24. 1. de cœlo tex. cō. 18. Pōt quō defendi Empedo. & Plato.

pra in primá parte huius operis diffuſe probauimus, & ut plane ſentit Aug.2.ſuper Gene. ad literam ubi ait ꝙ ex iſta inferiori & ex iſta corporali materia factum eſt celum, cuius multum diſtat ſpecies a terrenis, quantũ ergo ad nudam eſſentia materie & quantũ ad materiam omnino informẽ conuenit celum cũ iſtis inferioribus, ſed multum diſtat q̃tum ad formam & ſpeciẽ a terrenis eſt ergo celũ ex iſta materia quatuor elementorum, & hoc ex amicitia ſiue lite, quia illa materia ut eſt in celo non ſubiicitur forme habenti contrarium, nec forme annexe priuationi, & ideo illa materia ſic amittatur ſue forme ꝙ nullo modo lis aliqua oritur inter eas, dicemus quidem & lis & amicitia proprie habent eſſe in agentibus per intellectum uel per rationem per quandam tamen extenſionem habẽt eſſe in hiis que agunt per eſtimatiuam ſicut & beſtie, uidentur ſibi amicari & inimicari metaphorice & per quandam ſimilitudinem habent eſſe in hiis que agunt ex neceſsitate nature quãtum autẽ ad preſens ſpectat ex duobus ſurgit lis, uel ex inimicitia ut quia unus accipit alteri quod ſuum eſt, & alter patitur priuationẽ & defectum eius quod debet habere, & ideo dictũ eſt (ꝙ iuſtitia & pax oſculate ſunt) quando enim ſeruatur iuſtitia, & nullus priuatur eo qd debet habere eſt pax & ceſſant lites inter ciues. Secundo poteſt oriri lis nõ ſolum ex rebus & honoribus ut quia ille priuatur talibus que debet habere, ſed etiam ex ipſis contrariis operibus, ut quia unus contrariatur uoluntati alterius, ideo ad ſeruandam pacẽ dicit dominus quecũq; uultis que faciant uobis homines hoc facite illis. Quare ſi lis conſurgit uel ex contrarietate uel ex defectu ſiue priuatione per quandã ſimilitudinem dicitur lis eſſe inter elementa & elementa & prout agunt ex neceſsitate nature quia ſunt ſubiecta formis contrariis & habent priuationes annexas, ideo in compoſitione celi poteſt dici non interueniſſe litẽ; quia forma celi non habet contrariũ, etiam non habet priuationem annexã. Sicut ergo ad bonũ intellectum reduximus opinionẽ Empedo. ſic poſſumus ad bonum intellectum reducere opinionẽ Platonis, ut dicamus celum eſſe elementum ſimplex quia eſt ſicut elementum quantũ ad materiam, & cũ in materia conueniat cum elementis, & eſt ſimplex quantũ ad formam quia uni ſimplici forme eſt ſubiecta illa materia cum non ſit in ea appetitus ad aliam formam. Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus ꝙ ſicut de ipſis celis eſt duplex opinio ſiue modus dicendi, quorum unus eſt ſimpliciter uerus uidelicet quia ſunt quinta eſſentia. Alter autem eſt uerus per expoſitionem ut quia ſunt ex elementis ſiue lite, uel quia ſunt elementum ſimplex, ſic de illis aquis

Cap. II.

Lis & amicitia proprie in agentibus per intellectum im proprie in brutis per figurã in his q ue agunt neceſſario reperitur.

Pſal. 84.

lis unde ſurgat & amicitia.

Matt. 7.

Materia elemẽti ſeruntum ſe non appetit formã cõpoſitionem.

quibus tegũtur ſuperiora celi iuxta illud qui tegis aquis ſuperlóra eius
poteſt eſſe duplex modus dicendi unus ſimpliciter uerus ꝙ pertinet
ad quintam eſſentiam ſicut & alii celi. Alius dicendi modus poterit eſ
ſe uerus per expoſitionem ꝙ ſunt eiuſdem nature cũ iſtis inferioribus,
has autem aquas inferiores uidemus tripliciter ſe habere, uno modo
Aquarum ex multa frigiditate & ſic fiunt glacies. Aliomodo ex ponderoſitate &
inferiorũ ſic fluctuant ſuper terram, tertio ex ſubtilitate & ſic aſcendunt uapo-
diuiſio. rabiliter ſuper aliquam partem aeris, & fiunt inde pluuiæ. Secundum
itaq; hos tres modos repertos in iſtis inferioribus aquis, eſt triplex mo
dus dicendi de illis ſuperioribus aquis, quia aliqui dicũt eas glaciales,
Cap.4.5. aliqui fluctuantes, aliqui tenues & ſubtiles, omnes autem hos mo-
Quare ſte dos dicendi tangit Aug.2. ſuper Gene, ad literam, nam ut ait quidam
la ſaturni conſiderãtes ſtellam ſaturni debere eſſe multum calidum quia habet
ſit frigida magnam ſpheram continentem omnes ſpheras planetarũ & quia mo
cũ motum tum reuolutionis ſphera illa & quelibet alia ſphera circuit infra diem
habeat ue & noctem, ſolum ſphera ſaturni agens tantũ motum deberet eſſe cali-
lociſsi. diſsima. Sed ꝙ ſit frigida hoc dicunt aliqui eſſe propter illas aquas ſu
periores. Hiis ergo coniecturis aliqui dicunt ibi eſſe aquas non uapora
2. ſuper ge bili tenuitate ſed glaciali ſoliditate, ꝙ forte ideo dixerunt illas aquas
ne.4.& 5. eſſe ut magis infrigidarent ſaturnum, hoc eſt ergo quod Aug. ait ꝙ his
coniecturis ideſt ex frigiditate ſaturni quidam extenſis agunt aduerſus
eos qui uolunt credere aquam aliquam ſuper celum, uolunt enim ſtel
Cap.1. lam eſſe frigidam quia circuit iuxta ſummum celum ideſt iuxta octa
uam ſpheram ut ex hoc cogantur illic naturam aquarum credere non
uaporali tenuitate ſed glaciali ſoliditate dependere. Secundum quidẽ
Cap.4. modum dicendi ꝙ ſunt ibi aque graues & ponderoſe ſiue fluctuantes
tangit Aug. 2. ſuper Gene. circa principium dicens quoſdam dixiſſe ꝙ
ſecundum omnipotentiam Dei cui cuncta ſunt poſsibilia oportet nos
credere aquas eſſe tam graues quas nouimus atq; ſentimus eſſe celeſti
corpori in quo ſunt ſidera ſuperfuſa. Tertium etiam modum dicendi
de tenuitate aquarum tangit Aug. in eodem. 2. & uidetur multum aſ-
ſentire illi modo cum ait ꝙ ſi poteſt aqua ſicut uidemus ad tantas gut
Improba- tarum minucias deuenire ut ſuper iſtum aerem uaporabiliter feratur
tio trium & natura illa leuior eſt aquis cur non poſsit & ſuper illud leuius celũ
opinionũ minucioribus guttis & leuioribus materie uaporibus ſupereſſe. Hii au
tem tres modi dicendi ſi conſiderentur ſecundum ꝙ uerba ſonant ſuf-
ficienter improbantur per Aug. per regulam ſuperius poſitã ꝙ in iſtis
ſex diebus inquibus Deus naturam Inſtituit nos naturas rerum conue

nit querere non ꝙ ex eis ad miraculum potentie ſue uelit operari nam in eis uel ſint cum glaciali ſoliditate ſiue cum ponderoſa fluctuoſitate, ſiue cum uaporabili raritate tales aque quales iſte ſenſibiles ſunt ſupra celum naturaliter eſſe non poſſunt, nam dictum illud de uaporali raritate cui aliqualiter uidetur alludere Aug. plus de ratione habere q̃ alia dicta, & hoc cum non eſt conſonum his que uidemus nam eſſe nõ poſſet ꝙ aqua manens aqua ad tantam tenuitatem & raritatem ueniret ſicut eſt raritas ignis quem ſic rarum & tenue ſupra celum ponere eſſet conuenientius. Concludamus ergo & dicamus ꝙ cum queritur quales & cuius nature ſunt ille aque, poſſumus dicere ꝙ ſunt quinta eſſentia & ſunt nature celeſtis, poſſunt tamen dici propter aliquam ſimilitudinem glaciales ratione ſoliditatis, quia aqua in glaciem conuerſa ſoliditatem acquirit. Vel poſſunt dici glaciales propter frigiditatem quam habent non formaliter ſed effectiue, nam a quibusdam corporibus generatur hic calor a quibusdam frigus, nã ſic fecit Deus omnia in numero, pondere, & menſura ut eſſet in rebus ex diuerſis proprietatibus uel ex diuerſis effectibus quaſi quidam proportionatus numerus & quedã ſimphonia, ut ſicut ex debito numero colorum, & ex debita proportione ipſorum fit pulchritudo, & ſicut ex debita caliditate & frigiditate & aliis proprietatibus debito numero & proportione coniunctis reſultat quodam ligamentum & quedam pulchritudo in ipſis elementis, iuxta illud Boetii tu numeris elementa ligas ut frigora flammis cohereant formatur ſic in corporibus celeſtibus reſultat effectiue ut ille ſuperceleſtes aque poſſunt dici glaciales quia forte frigiditatem generant in iſtis inferioribus, & ſicut ille aque poſſunt dici glaciales ratione frigiditatis, ſic poſſunt dici ponderoſe fluctuantes ratione humiditatis, nam humidum & ſpetialiter humidum ponderoſum cuius eſt humidum aqueum nõ bene terminatur termino proprio & ideo fluit & fluctuat. Ille ergo aque celeſtes poſſunt dici ponderoſe & fluctuantes non formaliter ſed effectiue quia forte habent humectare iſta inferiora quod humectare conuenit aquis fluentibus & ponderoſis, nam ſicut quedam corpora ſuperceleſtia ſunt effectiue calida quedam frigida, ita quedam ſunt ſicca, quedam humida Tertio ille aque celeſtes poſſunt dici uaporabiles ideſt rare & tenues ratione diaphanitatis, nam ſi ſunt frigide & humide effectiue, diaphane tamen ſunt formaliter.

propria opinio.

Sap. 11

Aque que ſuper celos ſunt quõ frigide humide & uaporabiles,

In libr. de Conſol. 3. met. nono.

Soluens rationes ꝙ celum aqueum ſit immobile, & oſtendens multipliciter ꝙ motus eius eſt omnium aliorum menſura. Cap. XV.

Pſal. 103. VIDERETVR forte aliquibus ꝙ ille aque celeſtes ſiue illud celum aqueum quo tegitur firmamentum ſiue celũ ſidereum iuxta illud qui tegis aquis ſuperiora eius nõ moueretur, quod forte tripliciter quis conaretur oſtendere, primo prout illud celũ
1. Ratio. comparatur ad nos. 2. prout comparatur ad celum empireum. Tertio
10. Meta. Teſt. cõ. 3. prout comparatur ad firmamentum. Prima uia ſic patet quia ſi illud celum moueretur, eſſet primum mobile; & motus eius eſſet primus motus, eſſet itaqꝫ menſura aliorum motuum, ſed menſura debet eſſe notiſsima, cum ergo illud celum non ſit ſtella cũ non ſit nobis uiſibile
2. Ratio. non eſt nobis ita notũ ſicut ſunt alii celi uiſibiles, quare motus illius celi non erit menſura aliorum motuũ, ſed cum hoc ſit inconueniens ꝙ primus motus non ſit mẽſura aliorũ motuum conſequens eſt ꝙ prout illud celum cõparatur ad nos non moueatur. Secunda uia ad hoc idẽ poteſt ſumi prout illud celum comparatur ad celum empireum, nam
3. Ratio. Cap. 10. non ſunt niſi duo celi uniformes empireum & aqueum, celum enim empireum eſt uniforme quia eſt totum lucidum & aqueum, eſt etiam uniforme, quia eſt totũ diaphanũ, omnes alii celi non ſunt uniformes quia ſunt partim lucidi partim non lucidi. Quare ſi motus ſequitur naturam rei & celum aqueum & empireum ſunt uniformes quod dicemus de uno quantũ ad motum de alio uidebitur eſſe dicendum, ſed empireum nõ mouetur ergo nec aqueum. Tertia uia ſumitur prout cõ
Solu. rõnũ ad primã. paratur ad firmamentũ quod eſt ſtabile & quod non mouetur. Vnde Aug. 3. ſuper Gene. uult partẽ aeris ſuperiorẽ poſſe dici firmamentum
Impugnatio prime reſponſionis. ratione tranquilitatis & quietis quia non inquietatur a uento itaqꝫ de ratione firmamenti uidetur eſſe ꝙ ſit quietũ, ſed ſi firmamẽtum quod eſt celum ſidereũ non mouetur celũ aqueũ quod eſt ſupra ipſum erit immobile quia ſi moueretur moueret firmamentum, cũ ſphera ſuperior mota moueat inferiorem; Propter quod ſciendũ aliquos conceſiſſe propter rationẽ primam ꝙ motus celi aquei nõ eſt menſura aliorum motuũ dicentes ꝙ cum dicitur motũ primum eſſe menſuram aliorũ debere intelligi de primo motu nobis manifeſto & noto, & quia ſecundum eos nobis manifeſte eſt notus motus celi in quo ſunt ſidera, ideo uolunt motũ octaue ſphere ſiue celi ſiderei eſſe menſura aliorum motuum, ſed ſic dicentes ignorant ueritatem rerum, certum eſt ꝙ ut patet

per philoſophum in.x.ꝙ menſura debet eſſe quid notum,& ex hoc debet eſſe quid minimum,ſiue ſit quid minimum quātitate ſicut unitas in numeris que eſt mēſura omnium numerorum, ſiue ſit quid minimū ſimplicitate ſicut album in coloribus qui eſt ſimpliciſſimus color,ideo eſt menſura omnium colorum.Dicitur quidem album ſimplicitate ſuperare omnes colores quia hoc modo ſuperat colores medios qui ſūt compoſiti ex tertio,ſuperat etiam colorem nigrū,quia color niger plus habet de priuatione admixta albus autē plus de perfectione & actualitate ſed q̄to forma plus tendit ad actum & ad perfectionē tanto plus habet de ſimplicitate,ideo Deus qui eſt actus purus eſt ſimpliciſſimus. Album itaq; eſt quid minimum ī coloribus ſimplicitate.Tertio poteſt dici ꝙ minimum tempore,& ſic plane dicit philoſophus in.x.ꝙ accipitur menſura in motibus ſecundum quem modum motus uelociſſimus eſt menſura omnium motuum qui uocatur motus diurnus quia eſt in die naturali id eſt infra diem & noctem ſemel; huius autem motus cęli noni ſiue cęli aquei ſiue cęli criſtallini,eſt ille motus qui eſt menſura omnium aliorum quia uelocisſimus & quia minimus in tempore,nam tantus motus in tam modico tempore alius ab hoc primo motu reperiri non poteſt.Poſſumus autem ad hoc triplicem rationem adducere, quia motus celi aquei eſt menſura omnium aliorum,ut ſit una ratio ex parte notitie.2.ex parte uniformitatis Tertia ex p̄te cauſalitatis. Prima uia ſic patet,dicunt enim ponentes motum octauæ ſphæræ eſſe menſuram aliorum illum motum eſſe notiſſimum quod patet eſſe falſum, īmo motus ille eſt multum latēs,mouetur quidem octaua ſphera duobus motibus contrariis uidelicet ab oriente in occidens ſuper polos eqnoctialis ſiue ſuper polos mundi, & mouetur econtrario ab occidente in oriens ſuper polos zodiaci qui ſunt proximi poli octauæ ſphæræ. Primus autem motus eſt multum notus ſed ille non eſt nec poteſt eſſe proprius octauæ ſphæræ,ſed eſt primi mobilis reuoluentis octauam ſpheram ut infra patebit,alius autem motus octauæ ſphere cōtrarius huic ſuper polos zodiaci eſt ita latens ꝙ non niſi per armillas & per inſtrumenta aſtronomica comprehendi poteſt,immo dicunt multi & eſt quaſi commune dictum ꝙ tanta eſt latētia illius motus ꝙ tēporibus Ariſt. non erat comprehenſus, nam ſecundum Ptholomeum in centum ānis non eſt niſi per unum gradum,ualde eſt ergo difficile deprehendere talem motum,in quo tantum apponitur de tempore, motus autem qui eſt menſura aliorum eſt uelocisſimus & quid minimum in tēpore, ſed motus octauę ſpherę reſpectu primi mobilis eſt tardisſimus & eſt ma-

Tex.com. 2.&3.

Quare albedo ſit mēſura colorum ex meta.tex. com.7.

Tex.cō.4

Motus cœli cryſtallini uelociſſimus ex conſequēti mē ſura aliorum motuū triplici rōne prima rō.

In Almageſto.

Tertia uia ad hoc idem ſumitur ex parte cauſalitatis quia ut uult in decimo unum quod eſt menſura numerorum eſt principiũ numeri;illud ergo eſt potisſime mẽſura aliorũ quod eſt eorũ pricipiũ,& quia motus primi mobilis eſt omnium aliorum motuum cauſa & principium erit omnium eorum menſura. Ex parte itaq; menſure & prout celum aqueum comparatur ad nos ut arguebat prima ratio ſuperius poſita non poſſumus ponere cęlum aqueum quod eſt primum mobile ꝙ nõ moueatur ĩmo cogimur ponere ipſum moueri,cum probatũ ſit multipliciter ꝙ eſt omnium aliorum menſura. Secunda quidem uia per quã negabatur cęlum illud moueri ex parte uniformitatis prout comparatur ad cęlum empyreum quia eſt uniformæ ſicut celum empyreum ideo non mouetur ſicut non mouetur celum empyreum. Bonum poſſet eſſe argumentum,ſi hec eſſet cauſa quare non moueretur cęlum empyreum quia eſt uniformæ,ſed cauſa quare illud cęlum non mouetur nõ eſt uniformitas ſed eſt quia eſt locus bonorum ſpirituũ,& eſt locus corporis Chriſti,& in fine ſeculi erit locus omnium bonorum corporũ, & quia ubi eſt requies eterna & ubi expectatur eterna & inuariabilis beatitudo non eſt conueniens ꝙ moueatur, ideo illud celum ponitur ĩmobile,& nunc eſt ĩmobile quia nunc ſunt ibi Angeli & a principio fuit ĩmobile quia ſecundum ſanctos,mox creatum ſanctis angelis eſt repletum. Quod uero Tertio dicebatur ꝙ firmamentum non mouetur quia non eſſet firmamentum ſi moueretur. Ad hoc reſpondet Auguſt.& habetur in gloſa ſuper.Gene.ꝙ non dicitur firmamentum propter ſtationem ſiue propter immobilitatem ſed propter firmitatem ut infra clarius patebit.

3.Ratio. Tex.cõ.2.

Ad 2.rõnẽ primæ.

Celum empyreum ĩmobile.

Ad 3.rõnẽ

2.lib.ca.x.

Quod cœlum aqueũ mouetur & motus eius proprius eſt ab oriente in occidens. Cap. XVI.

SOLVTIS rationibus uolentium concludere cęlũ aqueũ eſſe ĩmobile, uolumus oſtẽdere ꝙ huiuſmodi cęlũ mouetur & ꝙ motus eius proprius eſt ab oriente in occidens. Ad probãdum autem hec duo que tãgũtur in Titulo huius capituli ꝙ cęlũ aqueũ mouetur, & ꝙ motus eius ẽ ab oriẽte ſumemus ſex ꝓpoſitiones, quarũ prima eſt per inſtrumẽta aſtronomica probata. Alie uero quiſq; ex ſenſibus poſſũt eſſe note,& quilibet bene diſciplinatus debet eas recipere. Prima prepoſitio eſt ꝙ octaua ſphera mouetur pluribus motibus ſibi ad inuicem aliquo modo contrariis, hæc autem propoſitio ut ſupra tangebamus

Firmamẽtum pluribus mouetur motibus.

& ut hic etiam diximus adeo eſt per inſtrumenta aſtronomica probato & determinata ut de ea minime dubitemus. Secunda propoſitio eſt ꝙ uni ſphere celeſti non competit niſi unus motus proprius & ſecūdum ſe, quod & ipſis ſenſibus declaratur, ſenſibiliter quidē uidemus ꝙ uni corpori ſimplici nō competit niſi unus motus proprius ut igni quod eſt corpus ſimplex, & aeri quod eſt corpus ſimplex non competit niſi unus motus, uidelicet moueri a medio & tēdere ſurſum & aque & terre cui libet eorum non competit niſi motus moueri a medio & tendere deorſum, omnibus ergo elementis quia ſunt corpora ſimplicia non cō petit niſi unus motus, itaqꝫ cum ſphere celeſtes & corpora celeſtia ſint magis ſimplicia ꝙ̃ elementa, octauæ ſpheræ non poterit competere niſi unus motus proprius, ꝙ autē ſphera celeſtis ſit ſimplicior ſphera elementali de leui patet, nam hoc eſt eſſe ſimplex eſſe unum & ecōuerſo.

Vnū quod ꝗ cœlum ꝓprio motu mouetur.

Quod eſt ergo magis ſimplex eſt magis unum, & quod magis unum, magis ſimplex, conſtat autem illud corpus eſſe magis unum cuius materia non poteſt ſubiici niſi uniformæ, magis enim ſit unum ex materia celi & ſua forma que nō poteſt ſubiici alteri forme ꝙ̃ ex materia elemēti & ſua forma que eſt commixta priuationi & poteſt ſubiici alteri formæ, quare ſi corpus celeſte eſt magis quid unum ꝙ̃ corpus elementale & per conſequens magis quid ſimplex ſi uni elemento ſimplici non cō petit niſi unus motus proprius uni corpori celeſti quod eſt quid magis ſimplex nō niſi unus motus proprius competere poterit. Tertia propoſitio eſt ꝙ q̄do aliqua ſphera celeſtis mouetur duobus motibus unus illorum erit ſibi proprius, alius erit ab aliquo celeſti corpore illam ſpheram mouente & reuoluēte. Hęc autem propoſitio partim eſt declarata per habita & partim poteſt ſenſibiliter declarari, nam cum declaratū ſit ꝙ uni ſphere non poteſt cōpetere niſi unus motus proprius ſi uidemus ſpheram moueri duobus motibus unus illorum erit ſibi proprius alius autem aliunde ſibi erit, querimus autem unde aliunde ? uel hoc erit a corpore elementali uel a corpore celeſti uel ab aliqua intelligentia.

Vnitas cō ſequitur ſimplicitatem et e cōtra.

Sphera ꝙ̃ duplici motu mouet. ab alia ſfera mouetur.

Dubitatio

Diceret enim forte aliquis ꝙ cum aliqua ſphera celeſtis mouetur duobus motibus unus illorum erit ſibi proprius, alius erit ab intelligētia mouente ipſam. ſed cum motus proprius alicui corpori celeſti ſit a ſuo motore appropriato que eſt aliqua intelligentia ſi alius motus cōpeteret ſibi immediate per aliquam intelligētiam, tunc illud corpus celeſte haberet duas intelligentias īmediate mouentes, quod idem eſſet ponere ꝙ aliquod corpus animatum haberet duas animas, nam licet intelligentia īmediate mouens non ſit per omnē modum anima eius,

Solutio.

Intelligē-

q̃tum tamen ad propoſitum ſpectat poteſt dici anima ipſius quia ſicut motus corporis animati non eſt niſi ab una anima in mediate, ſic motus corporis celeſtis non eſt niſi ab unaintelligentia ĩmediate,& ſi due intelligentie ĩmediate mouerẽt aliquod corpus celeſte,& quelibet influeret ſibi alium motum,tunc illius corporis celeſtis eſſent duo motores appropriati & eſſent ei duo motus proprii,quod eſt contra determinata. Diximus autem ꝙ corpus animatum nõ mouet ĩmediate niſi una anima,nam unum corpus animatum poteſt mouere aliud uel deferre aliud,ſicut equus defert equitantem,& tamen equitans cum cruribus percutit equum equo non quieſcente ſed moto,itaq; crus equitantis ſimul & ſemel mouetur duplici motu,uno quo percutit equum,& alio quo defertur ab equo,& iſte duplex motus erit a duplici anima, nã motus cruris quo percutitur equus erit ab anima hominis motus cruris quo fertur ab equo erit ab anima eq ſed ab anima hominis mouetur crus ĩmediate,ſed,ab anima equi mouebitur mediate,quia anima equi primo mouebit corpus equi quo moto mouebitur crus equitantis & totus equitans,ſic & in ipſis corporibus celeſtibus poteſt contingere ꝙ aliqua intelligentia mouebit ſpheram ſuam propriam,& alia intelligentia mouabit aliam ſpherã,qua mota mouebitur illa ſphera,una ergo intelligentia mediante ſua ſphera poteſt mouere aliã ſpheram,unum itaq; corpus animatum a duabus animabus ĩmediate moueri non poteſt,& una ſphera celeſtis a duabus intelligentiis ĩmediate moueri non ualet,inde eſt ꝙ philoſophus in 12.probat numerum ĩtelligentiarum ſecundum numerum ſpherarum celeſtium ſupponens ꝙ una ſphera celeſtis non niſi ab una intelligentia moueri poteſt ĩmediate cum unius ſphere celeſtis non niſi unus motus proprius eſſe poſſit. Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus ꝙ cum aliquod corpus celeſte mouetur duobus motibus hoc non erit a duabus intelligentiis ĩmediate,ſed unus illorum motuum erit a ſuo motore appropriato, alius autem erit ab aliquo alio corpore mouente & reuoluente ipſum, ſed non a corpore elementali,cum elementa non poſſint influere in ſuper celeſtia corpora,erit ergo ab aliquo alio corpore celeſti, bene ergo dictum eſt ꝙ cũ aliquod corpus celeſte mouetur duobus motibus unus illorũ motuũ erit ei proprius,alius autẽ erit ab aliquo alio corpore celeſti mouente & reuoluente ipſum.Quarta propoſitio eſt ꝙ corpus aliquod celeſte non poteſt moueri & reuolui ab alio corpore inferiori ſed ſuperiori & ꝙ ſenſibiliter poteſt eſſe motũ,nam ſemper deferens & reuoluens eſt uirtuoſius & preſtantius patiente,ſuperiora autem ſunt pre

tia non eſt proprie anima celi.

Extremũ ſatis cõmodũ quomodo aliquid poſſit moueri à duplici motore.

Idẽ nõ poteſt immediate moueri à duplici motore.

12.meth.t. com.48.

Elementa infra ſe influunt.

Inferius corpus nõ mouet corpus ſupeiuſ

3.de aĩa tex.cõ.19.

ſtātiora & uirtuoſiora inferioribus,iuxta illud philoſophi ſemper agēs eſt preſtantius patiente īmo ſi corpore celeſti īefriori moto indueret & reuolueret corpus ſuperius,nullū eſſet cęlū īmobile quod eſt contra ea que fides tenet cū cęlū empireū ponatur īmobile,cū enī orbis Lunæ ſit inter cęlos infimus & eius orbis mouetur,ſi ad motū orbis inferioris or bis ſuperior moueretur,moto orbe Lunæ moueretur aliquis orbis ſu• perior,& iſto moto moueretur alius,& ſic nullū eſſet cęlū īmobile ꝙ eſt incōueniens. Ex hiis quattuor propoſitionibus poſſumus declarare primum quod in titulo huius capituli dicebatur,uidelicet ꝙ cœlum a queum non eſt īmobile ſed mouetur,aſſumemus autem propoſitionē primā ꝙ octaua ſphera mouetur duobus motibus quodāmodo cōtra• riis.Aſſumemus ſecundā propoſitionē ꝙ octauæ ſpheræ nō poteſt cōpe tere niſi unus motus proprius. Aſſumemus Tertiam propoſitionē ꝙ ſi octaue ſphere uel cuicunq; ſphere competunt duo motus non erunt a duabus intelligētiis immediate,ſed unus illorum motuum erit ſpherę proprius,alius erit ab aliquo alio corpore celeſti mouente ipſam.Aſſu• memus propoſirionem quartam ꝙ cęlum ſuperius mouet inferius nō econuerſo.Concludamus ergo & dicamus ꝙ cū octaua ſpheta mouea tur duobus motibus,erit aliquod celum ſuperius motū quod mouet & reuoluit ipſam,ſed hoc non erit celum empireum quod ponitur im mobile,erit ergo celū aqueum,quare cęlum aqueum non eſt immobile ſed mouetur,quod declarare uolebamus. Adductis quattuor propoſi• tionibus per quas oſtenſum eſt primū principale quod in Titulo huius capituli dicebatur ꝙ cęlū aqueū nō eſt īmobile ſed mouetur.Volumus adducere duas alias propoſitiones ut ſunt in uniuerſo ſex propoſitio• nes per quas oſtendemns ꝙ motus proprius cęli aquei ſiue criſtallini eſt ab oriēte in occidens,ſit itaq; una noſtra propoſitio ꝙ nō poteſt una & eadem ſphera moueri motibus duobus contrariis uel quaſi contra• riis ſup eoſdē polos uel eoſdē axes,nā ſi eſſent penitus duo motus cō• trarii uel quaſi contrarii ſuper eoſdem polos & eoſdem axes unus aliū penitus impediret,ideo ponimus ꝙ octaua ſphera mouetur ab orien• te in occidens ſuper polis equinoctialis ſiue ſuper polos mundi & ſuper axem ab uno polo ad alium qui eſt linea imaginata tranſiens a puncto unius poli ad punctum alterius mouetur etiam octaua ſphe ra ab occidente in oriēns, ſed hoc eſt ſuper alios polos & alium axem quia hoc eſt ſuper polos zodiaci diſtantibus a polis mundi per . 23 . gradus & aliquid amplius , & quia ſunt diuerſi poli habent alium axem.Secunda propoſitio eſt ꝙ ſphera reuoluta habet polos mobiles,

Super eoſdem polos non poteſt una ſphæra contrariis motibus moueri.

Sphere mote poli

ſphera reuoluens (ſi non eſt reuoluta) habet polos ímobiles, nã ſemper poli ſphere quantum ad motum proprium ſunt ímobiles, ſi ergo mouerentur poli alicuius ſphere hoc erit ſecũdum motum alium, & quia nos uidemus polos octauæ ſpheræ moueri conſequens eſt ꝙ octaua ſphera habet plures motus, & reuoluitur ab aliqua ſphera alia. Cœlum nanq; aqueum quia non habet aliud cęlum ſuperius per quod reuoluatur, & non habet niſi ſuum proprium motum polos habet ímobiles quia poli mundi ſiue poli equinoctiales ſunt ímobiles conſequẽs eſt ꝙ ſuper illis polis mouetur cęlum aqueum ſiue celum criſtallinum, & quia ſuper illis polis ſit motus ab oriente in occidens, proprius motus celi criſtallini eſt ab oriente in occidẽs & quia ab oriente in occidẽs eſt proprius motus celi criſtallini ſuper polos mondi relinquitur ergo ꝙ ꝓprius motus octauæ ſpheræ ſit ab occidente in oriens ſuper polos zodiaci. Declaratum eſt itaq; quod declarare uolebamus. Aduertendum tamen nos dixiſſe octauam ſpheram moueri motibus contrariis, quia motus octauæ ſpheræ proprius qui eſt ab occidente in oriens & motus eius qui eſt ab oriente in occidens quem habet octaua ſphera non proprium ſed a celo criſtallino reuoluẽte ipſam ſunt quaſi motus contrarii, cum unus ſit ad occidens alius ad oriens, ſed non ſunt omnino contrarii cum non ſint ſuper eoſdem polos, & ſuper eũdem axem ut per habita eſt declaratum.

ſunt mobiles ſicut penitus mouẽtis ímobiles.

Motus cœli cryſtallini ab oriẽte in occidens.

Mot' octauæ ſpheræ ab oriente in occidẽs & ab occidẽte ĩ oriens ſũt cõtrarii & nõ contrarii.

Soluens obiectiones ꝙ firmamentũ diuidẽs aquas ab aquis non ſit factum ſecunda die. Cap. XVII.

DICEBATVR autem ſupra ꝙ lux fuit opus diei primæ, firmamentum autem diei ſecundę, ſed hanc ueritatem uidẽtur quattuor impedire, ut ſit primum impedimentum ex parte ſacræ ſcripturæ, ſecundum ex parte naturæ cęleſtis. Tertium ex parte multiplicitatis firmamenti. Quartum ex parte naturæ elementorum Videtur enim preſtari impedimentum ex parte ſcripturæ ſacræ ꝙ firmamentum ſit factum ſecunda die, nam ſcriptura ſacra illud firmamentum uocat cœlum iuxta illud uocauitq; Deus firmamẽtum cœlum, ſed cœlum dicit ſcriptura ſacra factum ante omnem diem iuxta illud In principio creauit Deus cęlum & terram, firmamẽtum ergo quod eſt cęlum fuit factum ante lucem & per conſequens ante primam diem, non ergo fuit factum ſecunda die. Secundo preſtatur impedimentum huic ueritati ex ipſa natura cęleſti, dictum eſt enim

Quod firmamẽtum nõ fuerit factũ die 2.

1. Ratio.

Gene. 1.

2. Ratio.

ꝙ materia cęli non eſt annexa priuationi, & non habet formam haben tem contrarium, propter quod conſequens eſt ꝙ celum non poſſit fieri ex materia preiacente, nam omnes alterationes & omnes tranſmutationes fiunt ex contrariis & in contraria quibus ſemper eſt priuatio annexa, qae omnia a natura celeſti ſunt penitus aliena, quare ſi quantum ad
Ecceli. 18. materiam qui uiuit in eternum creauit omnia ſimul quia poſt primã creationem rerum non fuit producta aliqua noua materia nullum cęlum potuit fieri ſecunda die, quia tunc eſſet factum ex preiacente mate
3. Ratio. ria. Tertio preſtatur huic ueritati impedimentum ex parte multiplici-
Cap. 1. tatis firmamenti, nã firmamentũ ut patet per Auguſt. 2. ſuper Gene. poteſt accipi pro cęlo ſuperiori uel pro ſidereo, uel pro ĩterſtitione aeris ſed ſi accipiatur firmamentum pro interſtitione aeris non poteſt dici factum ſecunda die, quia huiuſmodi firmamentum poteſt dici
4. Ratio. factum quando congregate ſunt aque quod non fuit factũ ſecunda die ſed tertia. Quarto preſtatur impedimentum ex parte naturæ elementorum, nam natura elementorum eſt longe ignobilior natura
Gen. 1. celeſti, ſed elementa fuerunt facta in ipſo primordio ante omnem diẽ, nam elementum terre factum fuit in primordio iuxta illud in prĩcipio creauit deus celum & terram, ſic etiam in ipſo primordio fuit factum elementum aque, quia anteꝗ̃ fiat aliqua mentio de aliquibus diebus dicitur ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, ergo ſi elementa fuerunt facta in primordio multo magis fuerunt facti cęli ergo & firmamentum non ſecunda die ſed in primordio fuit factum. Sed ut ſupra diximus quãdo dedimus regulas expoſitionis ſcripture ſacre debemus noſtram mentem & noſtrum intellectum conformare ſcripturę ſacræ non ecõuerſo, & debemus huiusmodi ſcripturam tenere ſuper omnes alias, immo debemus eam exiſtimare ſuper omnẽ capacitatem humanam, ideo ſi nequiremus intelligere huiusmodi factionem firmamenti ſecunda die, & ſi ſcripturæ aliæ huic ueritati cõtradicerent, & ſi omnis humani ingenii capacitas ad hoc non poſſet attingere inconcuſse tenere debemus ꝙ ſcriptura ſacra dicit firmamentum eſſe factum ſecunda die, & ſi adheremus opinioni Auguſt. accipientis diem pro cognitione angelica modicam difficultatem haberet quod dicitur, attamen accipiendo diem ſecundum communem ſanctorum ſentẽtiam pro quodã ſpacio temporis, uidendum eſt quomodo factum ſit firmamentum ſecunda die, cum tamen huiusmodi firmamentum uocatum ſit cęlum, & cęlum dicatur factum in primordio & etiam cum huiuſmodi firmamentum diuidat aquas ab aquis. Tria ergo ſunt declaranda uidelicet
quid

quid eſt illud cœlum quod dicitur factum in primordio quomodo accipitur firmamentum & quomodo diuidat aquas ab aquis. Propter primum ſciendum ꝙ cęlum factum in primordio nõ dicitur firmamẽtum iſtud uiſibile ſiue iſtud cęlum ſidereum ſed dicitur cęlum empyreum uel igneum non ab ardore ſed a ſplendore, & iſta eſt ſententia ſtrabi dicentis ꝙ in principio creauit Deus cœlum & terram, cęlum ut ait non uiſibile firmamentum ſed empyreum uel igneum, uel intellectuale, quod non ab ardore ſed a ſplendore igneum dicitur quod ſtatim repletum eſt angelis, angeli ergo ſunt aſtra illius cęli iuxta illud cum me laudarent aſtra matutina, illud ergo cęlum empyreum dicitur intellectuale non ratione ſui ſed ratione ſuarum ſtellarum ſiue ſuorum aſtrorum, quia habet ſtellas & aſtra ſpiritualia. Damaſcenus tamen tangit quandam opinionem ꝙ cęlum factum in primordio ſit cęlum ſine ſtellis idest cęlum totum diaphanum quod nos uocamus cęlum aqueum Vtrunq; autem opinionem credimus eſſe ueram & illam quam aſſerit Strabus ꝙ cęlum factum in primordio ſit cęlum empyreum, & iſtam quam tangit Damaſcenus ꝙ huiuſmodi cœlum eſt cęlum totum diaphanum ſine ſtellis, eodem nomine celi utrumq; poteſt ſignificari quia utrunq; eſt nobis inuiſibile, utrunq; eſt totum uniformæ, ideo propter has conuenientias eodem nomine celi poſſunt ſignificari. Vtrunq; autẽ huiuſmodi cęlum poteſt dici factum in primordio cui poſt primordiũ nihil eſt additum, nam cęlum empyreũ ſic eſt ſicut in primordio fuit factum unde a primordio fuit factum totum lucidum & totum ſtabile & ſemper lucidum, ſic etiam dicere poſſumus ꝙ cęlum criſtallinũ a primordio fuit factum diaphanum, & quia illud eſt primum mobile, ab ipſo primordio incepit moueri cum primum motum nullus alius preceſſit & ſemper manſit diaphanũ totum, & ſemper continuabit ſuũ motum & cõtinuabit donec atteratur cęlum & fiat reſurectio mortuorum. Secundo uidendum eſt quomodo accipiatur firmamentum, nam ut ſupra diximus ſcriptura ſacra cum poteſt multipliciter exponi illa expoſitio potiſsime eſt accipienda cui cetera ſuffragantur, & cui cetera conſonant, & ideo cum dixit Deus fiat firmamẽtum in medio aquarũ licet hoc poſſit exponi de cęlo ſidereo ſuper quod ſunt aque idest cęlũ aqueum, & de interſtitio aeris ſuper quod ſunt aque uaporales & pluuiales, magis tamen accipienda eſt expoſitio prout firmamentum accipitur pro cęlo q̄ pro aere, quia huic expoſitioni ſequentia magis & euidentius ſuffragantur, dicitur enim ibi ꝙ uocauit firmamẽtum cęlum. Sed dices ꝙ etiam aer dicitur cęlũ quia & aues uocantur uolucres cęli

Empyreũ fuit factũ in principio.

In lib. ſup Geneſim.

Iob. ca. 38.

Empyreũ quare intellectuale dicatur.

lib. 1. ca. 3.

Cœlum empyreũ & aqueũ cœli ſunt inuiſibiles; & in ſuis ptibus uniformes.

Dubitatio

Ps. 8.

Solutio. cum tamen ſint in aere, ſed cum dixit ſcriptura ſacra q̧ Deus uocauit firmamentum celum. poſtea ſubdit q̧ dixit Deus fiant luminaria in firmamento celi illa autem luminaria ſunt ſtelle que ſunt non in aere ſed in celo ſidereo. Vnde & Beda firmamentum factum ſecunda die dixit eſſe cęlum in quo ſunt ſidera. Aduertendum tamen q̧ accipiendo firmamentum pro cęlo poteſt dupliciter intelligi uidelicet omnes cęli uiſibiles ubi ſunt ſeptem planete & etiam cęlũ ubi ſunt ſtelle totum uocetur firmamentum ubi ſunt poſtea luminaria, & hec expoſitio multũ concordat cum ſacra ſcriptura nam cum dicit Deus fiant luminaria in firmamento celi & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna tempora & annos, patet q̧ illa luminaria ſunt Sol & Luna, & omnes ſtelle tam erratice q̃ fixe, nam ſtatim poſtea ſubditur q̧ fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius idest Solem & luminare minus idest Lunam & ſtellas, & poſuit eas in firmamento celi, conſtat autem q̧ Sol & Luna & ſtelle non ſunt hec omnia in celo ſidereo niſi dicantur eſſe in celo illo q̧ ſunt ſub illo. Si ergo dicitur firmamentũ celi in quo ſunt omnia iſta luminaria, uidetur magis conſonum ſcripturę q̧ pro ipſo firmamẽto accipiatur celum ſidereum non ſecundum ſe tantum ſed ut continet omnes cœlos planetarũ huic etiã dicto conſonant uerba Damaſce. qui omnia hæc dicit eſſe in firmamento celi. Viſis his reſtat Tertio uidendũ quomodo firmamentum cęli diuidat aquas ab aquis. hoc eſt enim firmamentum cęli diuidere aquas ab aquis eſſe inter aquas & aquas ſi ergo firmamẽtum celi accipiatur ſolum pro celo ſidereo tunc nomine aquarum itelligemus oẽ diaphanum. Nam Moyſes ut communiter ponitur loquebatur populo rudi & groſſo & ſẽſibili ideo ſolum ſenſibilia proponebat eis, ipſa etiam ſenſibilia ſiue ſubtilia elementa cuiuſmodi eſt aer & ignis & etiam omne diaphanum proponebat eis ſub nomine aque cum dixit, ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quod gloſa interlinearis exponens dixit ferebatur ſuper aquas idest ſuper informem & ductibilem materiam, a cęlo autem empyreo infra tota poterat uocari informis materia quia tota quaſi circumuoluebatur terra autem tunc poterat dici informis ſed non ductibilis propter ſui immobilitatem, celum autem empyreum nec informe nec ductibile dici poterat totum autem aliud quaſi poterat dici informe & ductibile, & per conſequens poterat uocari aqua, dicimus autem totum fuiſſe quaſi ductibile, quia pars aeris nubiloſi tunc erat clauſa inter montes, & cum terra ſit immobilis non circum uoluebatur cum reuolutione celi, erat ergo in primordio celum empyreum & terra inter que

In gloſa interlineari ſuper Gen.

Gene. I.

Quomodo ſol et luna ſint in firmamento cœli.

Li. 2. ca. 6.

duo tota illa materia erat & poterat dici informis & quaſi fluctuans & poſtea ſecunda die factum eſt firmamentũ celi inter aquas & aquas ideſt inter celum aqueum & totam aliam materiam fluctuantem, ſed ſi accipiatur firmamentum non pro celo ſidereo ſecundum ſe tantum ſed ut includit omnes zonas planetarum, tunc factum fuit firmamentũ inter aquas & aquas ideſt inter elementa que tunc poterãt dici aque & celũ aqueũ quod & per aquas intelligebatur, quia ut ſupra diximus tũc aque erant ita uaporabiles & tenues φ inficiebãt totũ aerẽ & etiã partẽ ignis, ſaltẽ partem illã que nũc inficitur aere qua propter aqua et ignis ſic in mixta uocabatur aqua, ſed ſuper aquã aerẽ & ignem ſunt ſeptẽ zone planetarũ & celũ ſidereum, ſupra que eſt celum aqueum, accipiendo ergo firmamentũ pro celo ſidereo put includit ſeptẽ zonas planetarũ factũ eſt huiuſmodi firmamẽtũ iter aquas ideſt inter celũ aqueũ & aquas ideſt inter tria illa elemẽta que proprie in mixtionẽ aquarum uaporabilium aque poterant nuncupari. Itaq; accipiendo firmamentũ pro celo ſidereo prout cõtinet totũ ſpatium ubi ſunt planete, multum concordat cum ſcriptura ſacra φ hoc modo omnia luminaria facta ſunt in firmamento cœli, hoc etiam modo firmamentum factum inter aquas & aquas, quia facto firmamento dicere poſſumus tunc quĩ φ potuiſſe numerari, quia ſupremum erat cœlum empyreum, poſt hoc cœlum aqueum, poſt quod erat firmamentum ideſt cœlum ſidereum cum ſpacio omnium planetarum, poſt firmamentum autem erant tria elementa modo quo diximus immixta aquis, in infimo quidem erat terra propter quod manifeſte patet firmamentum tunc eſſe inter aquas & aquas quia erat inter cęlum aqueum & elementa que propter immixtionem aque poterant nuncupari. Sed queres quomodo factum fuit firmamentum ſecunda die? Ad quod dici poteſt φ non fuit factum q̃tum ad ſubſtantialem formam, quia & ipſa elementa ſecundũ ſubſtantialẽ formam fuerũt facta ab ipſo primordio, multo ergo magis cęli, ſed dici poteſt factum firmamentum ſecunda die q̃tum ad diſtinctionem, nam ab ipſo primordio fuit factũ cęlũ aqueum quod eſt primũ mobile, omnia alia inferiora ſecũ circũ uoluens excepta terra & que claudebantur inter montes terre. Sed ſecunda die poteſt dici φ incepit moueri firmamentum contra motum primi mobilis ut ex tunc diceretur fieri quia factum eſt diſtinctum, & habuit motum diſtinctum contra primum mobile, Quare ſi accipiatur firmamentum pro ſolo cęlo ſidereo factum fuit tale firmamentũ ſecũda die, quia incepit habere motum diſtinctum a primo mobili ipſa die.

Dubitatio

Solutio.

Si uero accipiatur firmamẽtum pro celo ſidereo & omnibus aliis inferioribus celis uerificatur quod dicitur quia moto celo ſidereo in contra
Solutio argumẽtorũ rium omnes celi inferiores inceperunt conferri. Ea autem que in principio ponebantur nõ eſt difficile ſoluere, nam cum arguitur ex ſcriptura
Ad 1. ſacra ꝙ celum factum eſt in ipſo primordio ante omnem diem patet ꝙ celum factum in primordio fuit celum empyreum. quod ſic per manſit ut eſt factum. Vel celum criſtallinum quod non aliter eſt motum ꝙ̃
Ad 2. a principio mouebatur. Quod autem dicebatur ſecundo de natura celeſti ꝙ non poteſt ſubiici alteri forme patet ꝙ non dicitur factum firmamentum per tranſmutationem ad formam, ſed per tranſmutationem ad ubi, quia tunc ſecunda die incepit habere firmamẽtum motum ad
Ad 3. ubi contrarium primo motui. Quod autem addebatur Tertio de multiplicitate firmamenti quia poteſt accipi firmamentum nõ ſolum pro celo ſidereo ſed etiam pro interſtitio aeris, quod non fuit factum ſecunda die, eo modo quo magis concordat ſcripturæ ſacræ & hoc modo eſt celum ſidereum uel in ſe uel ut includit zonas planetarum. Vel poſſumus dicere ꝙ ſi acciperetur firmamentum pro interſtitio aeris, tũc prima die facta fuiſſet diſtinctio celorum cum dixit Deus fiat lux & facta eſt lux. Secunda autem & Tertia die fuiſſet facta diſtinctio elemẽtorũ, ſed de hoc aliquid ſupra tetigimus, & cum agetur de opere Tertiæ diei
Ad 4. dicemus aliquid. Quod autẽ dicebatur, 4. ꝙ elemenra fuerunt producta ſub ſuis ſubſtãtialibus formis ergo multo magis celi, patet ꝙ firmamentum ſiue celum ſidereum non fuit factum ſecunda die quantum ad ſubſtantialem formam, quia hoc modo fuit productum a primordio, ſed dicitur eſſe factum ſecunda die ratione diſtinctionis, quia incępit habere diſtinctum motum a motu primi mobilis.

Declarans quomodo habent eſſe partes diuerſimode in rebus, & quomodõ cęli ab iſtis inferioribus ſunt diuerſi mode animati. Cap. XVIII.

Tex. cõ. 7 8. 9. & x. & infra. QVIA antiqui philoſophi poſuerunt in cęlo dextrũ & ſiniſtrũ ideo in. 2. cęli & mũdi iſta materia diffuſius per tractatur, ubi philoſophus manifeſte aſſerit in cęlo eſſe dextrum & ſiniſtrũ. Sed huic phiſico dicto quinq; uidentur eſſe contraria, primo ſi comparemus celum ad alia animata, ſecundo ſi cõſideremus quid ſit dextrũ & quid ſiniſtrum. Tertio ſi conſideremus ipſum cor reſpectu cuius ſumitur dextrum & ſiniſtrum. Quarto ſi conſideremus uniuerſaliter par

tes habentes dextrum & ſiniſtrum. Quinto ſi conſideremus ipſas pla- *In cœlum*
netas quibus non damus dextrum & ſiniſtrum. Primum ſic patet nam *nõ ẽ dẽxtrũ*
non ponimus dextrum & ſiniſtrum niſi in rebus animatis, ſi autem in a *nec ſini-*
liis dicimus eſſe dextrum uel ſiniſtrum hoc non eſt in ſe, ſed per compa *ſtrum.*
rationem ad nos quia quod eſt ad dextram noſtram dicimus dextrum Ratio. 1.
ad ſiniſtram ſiniſtrum ſed cęli ſunt inanimati & in ſenſibiles iuxta illud
Damaſce. Nullus autem animatos cęlos uel luminaria exiſtimet, ina- *2. lib. ca. 6.*
nimati ſunt enim & in ſenſibiles. Et ſubdit ꝙ ſi dicat ſcriptura diuina *Ps. 95.*
letetur cęli & exultet terra, eos qui in cęlis ſunt angelos, & qui in terra *Cœlorum*
ſunt homines ad letitiam uocat, quare ſi ſolum animata habent dextrũ *lætitia.*
& ſiniſtrũ, cęli ut cõparantur ad animata talia nõ habẽt quia ſunt ina-
nimati. Secundo hoc idẽ patet prout conſideramus ipsũ dextrũ & ſini- *2. Ratio.*
ſtrũ, nã in animali dextrũ ſẽper manet dextrũ, & ſiniſtrũ ſiniſtrũ, ſed ſi ĩ
cęlo eſſet dextrũ oriens & ſiniſtrum occidens ut phs, ponit, quia pars
cęli que eſt in oriente aliquando eſt in occidente, dextrum fieret ſiniſtrũ *3. cœli tex*
& econuerſo. Tertio poſſumus hoc idẽ oſtendere ex parte ipſius cordis *com 15.*
ex quo ſumitur dextrũ & ſiniſtrũ, nã ex hoc dicitur una pars dextra alia *3. Ratio.*
ſiniſtra, quia cor prius influit motum in partem dextram q̃ in partem
ſiniſtrã. Sed hoc non eſt ponere in cęlo ergo. Quarto hoc patet ſi conſi- *4. Ratio.*
deremus partes rei animate, quia quando una pars mouetur alia qui-
eſcit, ideo dicitur cor prius influere motũ in unã partẽ q̃ in aliã, ſed ſi
omnes partes mouerentur ſimul non diceretur prius influi motus in
unã partẽ q̃ in aliã ideo ex hoc poſſet ibi accipi dextrũ & ſiniſtrum, ſed
celũ cũ ſit corpus continuũ totũ mouetur ſimul ergo. Quinto hoc pa- *5. Ratio.*
tet ſi cõparemus celũ ad ipſas plantas nã magis uidentur plãte anima
te q̃ celi, cũ anima ſit forma ſubſtantialis plantarũ. & intelligentia nõ
ſit forma ſubſtantialis celi ſed in plantis nõ ponimus dextrũ & ſiniſtrũ
ut patet per phm in de celo & mundo ergo nec ponimus iſta in cęlo. *2. celi. tex.*
Hiis itaq; prelibatis ad declarandã ueritatẽ huius queſiti uolumus di- *com. 12.*
ſtinguere in hoc capitulo de partibus rerũ, poſtea uolumus oſtendere ĩ
ſequenti capitulo quomodo dextrũ & ſiniſtrũ ſunt in celo. Sciendũ er-
go ꝙ partes aliquando ſumuntur formaliter non materialiter, uel ſu-
muntur per cõparationẽ ad totũ & non ſecũdũ ſe, ut ſi nauis ligata ad
palũ fixũ in terra eſſet in flumine diceretur illa nauis q̃ diu eſſet ſic liga
ta eſſe in eadẽ parte fluminis ſed non eſſet in eadẽ parte fluminis ma-
terialiter & ſecundũ ſe, quia ſẽper alia & alia aqua eſſet ſubter ipſam,
ſed eſſet in eadẽ parte fluminis formaliter & per cõparationẽ ad totũ
quia ſemper haberet eũdem ordinẽ ad totũ flumen & quilibet diceret

eam eſſe in eadem parte fluminis. Sic etiam ſi aliquis quieſceret in aliqua parte aeris & ueniret uentus & totum illum aerem expelleret, ſi quieſcens non eſſet in eadem parte uniuerſi materialiter quia haberet aliũ aerem circa ſe q̃ prius ſed eſſet ĩ eadem parte uniuerſi formaliter, quia q̃diu quieſceret ſemper haberet eundem ordinem ad uniuerſum. Secũdo poſſumus diſtinguere de partibus non ſolum ratione materiæ & formæ, ſed etiam ratione figuræ, quia aliquãdo aliter figurata eſt una pars q̃ alia, aliquando uero non ſicut ſurſum in homine quod eſt caput aliter figuratum eſt q̃ deorſum ubi ſunt pedes, attamẽ pars dextra non eſt aliter figurata q̃ ſiniſtra nam manus dextra ita eſt formata ſicut ſiniſtra, poteſt enim eſſe groſſior magis dextra q̃ ſiniſtra, ſed eodẽ modo eſt lineata & figurata. Tertio modo poteſt accipi dextra partium penes potentiam & uirtutem prout pars dextra eſt potentior & uirtuoſior q̃ ſiniſtra, heæ autem differentie aliquando concurrunt omnes ad diuerſitatem partium, aliquando concurrunt non omnes ſed alique ſicut caput differt a pedibus etiam materialiter quia nunq̃ pedes erunt caput nec econuerſo, ſed pars celi que eſt in oriente aliquando eſt in occidente & econuerſo, ſic etiam caput differet a pedibus figura & uirtute, quia eſt aliter figuratum caput q̃ pedes; & ſunt alique uirtutes in capite que non ſunt in pedibus, ſed in dextro & ſiniſtro non ſunt omnes ille differentie quia (ut diximus) non eſt aliter lineata, & figurata minus dextra quam ſiniſtra. Viſo de diuerſitatibus partium, uolumus oſtendere quomodo celi ab iſtis inferioribus ſunt diuerſimode animati. Ad quod oſtendendum aſſumemus hanc propoſitionem q̃ celi aliquo modo ſunt animati & aliquo modo inanimati, & ideo ſecundum alium & alium intellectum uerum dicunt dicentes eos animatos ut dicit philoſophus, & dicentes eos inanimatos ut dicit Damaſce. Differt quidem animatio celorũ ab animatione animalium & plantarum quia in animalibus & plantis fit unũ ſecũdum ſe ex anima & corpore ut ex his uerificetur illud dictum philoſophi in de anima q̃ uiuere uiuentibus eſt eſſe, ſed ex anima celi & celo non fit unum ſecundum ſe ſed ſecundum operationem ſiue ſecundum motum quia illo eodem motu quo intelligẽtia mouet mouetur celũ ideo dicit Comenta in. 8. meth. q̃ celi ſunt animati & uiuunt non q̃ ſint animati per animam, uel q̃ uiuant per uitam ſed ſunt animati & uiui per ſe celum enim non eſt animatum per animam formaliter, nec uiuit per animam formaliter, ſed formaliter eſt animatum per ſe & uiuit per ſe. Propter quod ſciendum q̃ nos diſtinguimus animatum a non anima

Pars cœli que ĩ oriẽte interdũ ẽ ĩ occidẽte, & ecõuerſo.

Celi animati et inanimati.

2. de celo. tẽ. 2. et. 3. L. 2. cap. 3.

2. de anima tex. cõ. 37.

Com. 12.

to ſenſu & motu, nam que ſentiunt dicimus animata & que mouen tur ex ſe ſiue moueantur motu nutritioris ſiue augumēti ſicut mouen tur plante que nutriuntur & augumentantur ex ſe, ſiue moueantur motu locali ſicut mouentur animalia omnia. talia dicimus anima ta, igitur motus & ſenſus quibus diſtinguimus animata a non ani matis & uiuentia a non uiuentibus poſſunt dici quedam opera uitæ, hoc ergo modo uiuit cęlum non quia ſentiat ſed quia mouetur, nam in telligentia influit motum celo qui eſt quoddam opus uitæ, & ex in de dicitur celum uiuere. Sed dices quod ſi intelligentia moueret lapidem influeret motum lapidi non tamen propter hoc diceretur lapis uiuere. Sciendum ergo quod multipliciter ſe habet intelligentia ad ipſum celum ſiue anima ad ſuum proprium corpus. nam ſicut anima non poteſt im mediate mouere niſi ſuum proprium corpus, ſecundum hūc ordinem quem Deus indidit nam poſſet enim Deus alium ordinem dare rebus ſed ſecundum hunc ordinem intelligentia (ſicut anima) nō poſſet ali um orbē mouere. Rurſū ſicut corpus animatū nō poteſt īmediate mo ueri ab alia anima niſi a propria, ſic ſecundū iſtū ordinem quem uide mus nullū cęlum poteſt immediate ab alia intelligentia moueri quam a p pria. Amplius ſicut anima mediante proprio corpore poteſt mouere a liud corpus ſiue animatum ſiue inanimatum, ſic intelligentia mediāte proprio celo poteſt mouere alios celos & hæc inferiora. Ex his omni bus poteſt concludi quod intelligentia eſt motor appropriatus proprii cęli, ſicut anima eſt motor appropriatus propriicorporis & quia mo tus qui eſt a motore appropriato poteſt dici quoddam opus uitæ motus igitur celi erit quoddam opus uitæ. Quare ſi intelligentia moueret lapidem non diceretur ex hoc lapis uiuere, quia intelligen tia non eſſet eius motor appropriatus, ſed celum ex motu intelligen tiæ dicitur uiuere quia eſt eius motus appropriatus. Ex his autem pa tere poſſunt uerba Comenti quod cęlum loquendo formaliter non ui uit nec eſt animatum per animam ſed uiuit & eſt animatum per ſe, nam tota cauſa quare cęlum dicitur uiuere eſt motus ſibi influxus ab intelligentia qui eſt quoddam opus uitæ ſic etiam tota cauſa qua re celum dicitur animatum eſt motus ſecundum quem fit unum ex intelligentia & celo. ideo corpus dicitur aliquod animatum quia fit unum ex anima & illo corpore, ſeparata quidem anima a corpore illud corpus non ulterius dicitur animatum. Sic cęlum eſt anima tum quia fit unum ex intelligentia & ipſo ſed non fit unum ſecundū eſ ſe ſed ſecundum operationem ſiue ſecūdum motū ut ſupra tetigimus.

Aīata ſūt illa quæ ſē tiunt aut mouentur ex ſe.

Motus ui te dici pōt

Dubitatio

Solutio.

Cœlum. 2. ſtatutū or dinem diui nū nō pōt moueri ni ſi à ꝓpria intelligen tia.

8. Meta. com. 12.

eam eſſe in eadem parte fluminis. Sic etiam ſi aliquis quieſceret in aliqua parte aeris & ueniret uentus & totum illum aerem expelleret, ſi quieſcens non eſſet in eadem parte uniuerſi materialiter quia haberet aliū aerem circa ſe q̃ prius ſed eſſet ī eadem parte uniuerſi formaliter, quia q̃diu quieſceret ſemper haberet eundem ordinem ad uniuerſum. Secūdo poſſumus diſtinguere de partibus non ſolum ratione materiæ & formæ, ſed etiam ratione figuræ, quia aliquādo aliter figurata eſt una pars q̃ alia, aliquando uero non ſicut ſurſum in homine quod eſt caput aliter figuratum eſt q̃ deorſum ubi ſunt pedes, attamē pars dextra non eſt aliter figurata q̃ ſiniſtra nam manus dextra ita eſt formata ſicut ſiniſtra, poteſt enim eſſe groſſior magis dextra q̃ ſiniſtra, ſed eodē modo eſt lineata & figurata. Tertio modo poteſt accipi dextra partium penes potentiam & uirtutem prout pars dextra eſt potentior & uirtuoſior q̃ ſiniſtra, heæ autem differentie aliquando concurrunt omnes ad diuerſitatem partium, aliquando concurrunt non omnes ſed alique ſicut caput differt a pedibus etiam materialiter quia nunq̃ pedes erunt caput nec econuerſo, ſed pars cæli que eſt in oriente aliquando eſt in occidente & econuerſo, ſic etiam caput differet a pedibus figura & uirtute, quia eſt aliter figuratum caput q̃ pedes, & ſunt alique uirtutes in capite que non ſunt in pedibus, ſed in dextro & ſiniſtro non ſunt omnes ille differentie quia (ut diximus) non eſt aliter lineata, & figurata minus dextra quam ſiniſtra. Viſo de diuerſitatibus partium, uolumus oſtendere quomodo cæli ab iſtis inferioribus ſunt diuerſimode animati. Ad quod oſtendendum aſſumemus hanc propoſitionem q̄ cæli aliquo modo ſunt animati & aliquo modo inanimati, & ideo ſecundum alium & alium intellectum uerum dicunt dicentes eos animatos ut dicit philoſophus, & dicentes eos inanimatos ut dicit Damaſce. Differt quidem animatio cælorū ab animatione animalium & plantarum quia in animalibus & plantis fit unū ſecūdum ſe ex anima & corpore ut ex his uerificetur illud dictum philoſophi in de anima q̄ uiuere uiuentibus eſt eſſe, ſed ex anima cæli & cælo non fit unum ſecundum ſe ſed ſecundum operationem ſiue ſecundum motum quia illo eodem motu quo intelligētia mouet mouetur cælū ideo dicit Comenta in. 8. meth. q̄ cæli ſunt animati & uiuunt non q̄ ſint animati per animam, uel q̄ uiuant per uitam ſed ſunt animati & uiui perſe cælum enim non eſt animatum per animam formaliter, nec uiuit per animam formaliter, ſed formaliter eſt animatum per ſe & uiuit perſe. Propter quod ſciendum q̄ nos diſtinguimus animatum a non anima

Pars cæli que ī oriēte interdū ē ī occidēte, & ecōuerſo.

Cel' aīmati et inanimati.

2. de celo. t cō 2, et. 3. l. 2. cap. 3. 2. de anima tex cō. 37.

Com. 12.

Aīata ſūt illa quæ ſētiunt aut mouentur ex ſe.

to ſenſu & motu, nam que ſentiunt dicimus animata & que mouentur ex ſe ſiue moueantur motu nutritionis ſiue augumēti ſicut mouentur plante que nutriuntur & augumentantur ex ſe, ſiue moueantur motu locali ſicut mouentur animalia omnia, talia dicimus animata, igitur motus & ſenſus quibus diſtinguimus animata a non animatis & uiuentia a non uiuentibus poſſunt dici quedam opera uitæ, hoc ergo modo uiuit cęlum non quia ſentiat ſed quia mouetur, nam intelligentia influit motum celo qui eſt quoddam opus uitæ; & exinde dicitur celum uiuere. Sed dices q̄ ſi intelligentia moueret lapidem influeret motum lapidi non tamen propter hoc diceretur lapis uiuere. Sciendum ergo q̄ multipliciter ſe habet intelligentia ad ipſum celum ſiue anima ad ſuum proprium corpus, nam ſicut anima non poteſt immediate mouere niſi ſuum proprium corpus, ſecundum hūc ordinem quem Deus indidit nam poſſet enim Deus alium ordinem dare rebus ſed ſecundum hunc ordinem intelligentia (ſicut anima) nō poſſet alium orbē mouere. Rurſū ſicut corpus animatū nō poteſt imediate moueri ab alia anima niſi a propria, ſic ſecundū iſtū ordinem quem uidemus nullū cęlum poteſt immediate ab alia intelligentia moueri q̄ a ꝓpria. Amplius ſicut anima mediante proprio corpore poteſt mouere aliud corpus ſiue animatum ſiue inanimatum, ſic intelligentia mediāte proprio celo poteſt mouere alios cęlos & hæc inferiora. Ex his omnibus poteſt concludi q̄ intelligentia eſt motor appropriatus proprii cęli, ſicut anima eſt motor appropriatus proprii corporis & quia motus qui eſt a motore appropriato poteſt dici quoddam opus uitæ motus igitur cęli erit quoddam opus uitæ. Quare ſi intelligentia moueret lapidem non diceretur ex hoc lapis uiuere, quia intelligentia non eſſet eius motor appropriatus, ſed celum ex motu intelligentiæ dicitur uiuere quia eſt eius motus appropriatus. Ex his autem patere poſſunt uerba Comenti q̄ cęlum loquendo formaliter non uiuit nec eſt animatum per animam ſed uiuit & eſt animatum per ſe, nam tota cauſa quare cęlum dicitur uiuere eſt motus ſibi influxus ab intelligentia qui eſt quoddam opus uitæ ſic etiam tota cauſa quare celum dicitur animatum eſt motus ſecundum quem fit unum ex intelligentia & celo. ideo corpus dicitur aliquod animatum quia fit unum ex anima & illo corpore; ſeparata quidem anima a corpore, illud corpus non ulterius dicitur animatum. Sic cęlum eſt animatum quia fit unum ex intelligentia & ipſo ſed non fit unum ſecundū eſſe ſed ſecundum operationem ſiue ſecūdum motū ut ſupra tetigimus.

Motus uite dici pōt

Dubitatio

Solutio.

Cœlum. 2. ſtatutū ordinem diuinū nō pōt moueri niſi à ꝓpria intelligentia.

8. Meta. com. 12.

Cauſa ergo & ratio animationis celi eſt motus ſibi influxus ab intelligẽtia, ille motus formaliter eſt in cœlo ſecundum ſe, eſt enim ab anima effectiue ſed nihil de illo motu nec per ſe nec per accidens eſt in anima celi quia motores celorum mouent immobiliter, ideo cęlum dicitur eſſe animatum & uiuere ſecunduм ſe quia motus ille in celo eſt formaliter ſecundum ſe. Declarata ſunt ergo que in Titulo capituli dicebantur uidelicet ꝙ dextrum & ſiniſtrum diuerſimode ſunt in rebus quia ĩ aliquibus differunt materialiter & ſecunduм uirtutem, ſed ſi in cœlo ſunt hæc differunt formaliter, & ſecundum uirtutem ſed non materialiter. Declaratum eſt etiam celos ab his inferioribus eſſe diuerſimode animatos obiecta autem in principio capituli poſita in ſequenti capitulo diſſoluentur.

8. Phy. tex co. 50. et 52.

Quod in oriente eſt primus motor, & ꝙ in illa parte eſt dextrum cęli, & in oppoſita eſt ſiniſtrum. Cap. XVIIII.

QVONIAM de diuerſitate parcium rerum & de diuerſitate dextri & ſiniſtri in rebus locuti ſumus propter dextrum & ſiniſtrum in celo, & quia propter hoc idem loquuti ſumus de animatione celorum, ideo uolumus declarare ubi habet eſſe anima cęli & ſpetialiter anima primi mobilis, ut ex hoc oſtendamus inqua parte cęli eſt dextrum & ſiniſtrum. Aduertendum ergo ꝙ quia aliter animati ſunt celi & animalia & plante ideo aliter habet eſſe anima celi ĩ celo & in animalibus & plãtis, nam cum ex anima animalium & plãtarum & ex eorum corporibus fiat unum ſecundum eſſe, quod fieri nõ poteſt ſine preſentia eſſentie animæ, conſequens eſt ꝙ anima per eſſentiam in iſtis inferioribus ſit ĩ toto corpore & in qualibet parte corporis ſiue hoc ſit per extenſionem ut in animabus & plantis ſiue per totalitatem ut in homine, nam in animalibus & plantis ubi anima educta eſt de potentia corporis educta eſt tota de toto & pars de parte itaqꝫ eſt tota in toto & pars in parte, & eſt extenſa extenſione corporis, anima autẽ rationalis quia non ſic educitur & non eſt ſitualiter in corpore non habet partem & partem & non extenditur extenſione corporis ſed eſt tota in toto & tota in qualibet parte. Sed qualitercunqꝫ in iſtis inferioribus habeat eſſe nam ſiue ſolum ſecundum totalitatem ſiue ſecundum extenſionem hoc eſt commune omni animato hic inferius ꝙ in qualibet parte habeat eſſe anima nam cum in iſtis inferioribus quelibet pars

2. de aĩa. t. co. 20. aĩa tota in toto et ĩ qualibet parte tota.

animati

animati uiuat & illud uiuete ſit eſſe, & anima non poſſit dare eſſe niſi
per eſſentiam oportet in qualibet parte rei animate eſſe animam per
eſſentiam ſiue ſit hoc per extẽſionem ſiue per totalitatem, uerum quia
ex anima cęli & celo non fit unum ſecundum eſſe ſed ſecundum mo-
tum, quia celum eſt corpus continuum & mota una parte mouetur to
tum, nõ oportet animam celi eſſe in qualibet parte celi, ſed ſufficit eam
eſſe in una parte ubi primo modo influit motum qua mota mouebun- *Vna ptece*
tur cetere partes & totum cęlum. Amplius non ſolum animam celi nõ *li mota &*
oportet eſſe in qualibet parte celi cum moueat totum celum ſed etiam *totũ cœlũ*
impoſſibile eſt eam eſſe in qualibet parte celi nam licet intelligentię nõ *mouetur.*
circunſcribantur loco quia non ſunt ſitualiter & circunſcriptiuæ in loco
quia ſunt inſigurabiles & non commenſurant ſe loco tamen ſunt in lo- *ĩtelligẽtie*
co diffinitiue ideſt finitiue, nam hoc eſt rem diffinire eam finire, partes *ſunt ĩ loco*
enim diffinitionis ſunt quidam fines & quidam termini includẽtes na- *diffinitiue*
turam rei ut extra illos fines & illos terminos nihil inueniatur de ea,
ideo philoſophus diffinitionem multotiens uocat terminum & aliqui
diffinitionem uocant finitionem. Angelus itaq; ut communiter ponitur *1. Poſt. et 2*
eſt in loco diffinitiue ideſt finitiue quia finitur ſuum eſſe ubi eſt & quia
non eſt ubiq; & cum eſt in celo non eſt in terra hoc eſt ergo quod Dama
ſce. ait q ãgeli nõ ſunt in locis corporaliter & ſecũdũ naturã nec figurã *lib. 2. ca. 3.*
tur nec habẽt tres dimẽſiones oportet q ubi ad ſunt & operãtur ubicũ
q; miſſi fuerint ergo cum de celo mittuntur ad nos ad ſunt & operan- *Angeli ubi*
tur hic circa terram ubi nos ſumus. Et ſubdit idem Damaſce. q non *operantur*
poſſunt ſimul ſecundum tempus hic & illic eſſe & operari ergo cum *ibi ſunt.*
mittuntur ad nos & ſunt nobiſcum circa terram & deſinunt eſſe in cę
lo ut non poſſint ſimul eſſe in celo & in terra, & ſi non poſſunt angeli
propter ſuam finitam potentiam eſſe in celo & in terra, ſequitur q mul
to magis non poteſt unus & idem angelus eſſe ſimul in orientali par-
te, celi & in occidentali cum plus diſtent oriens ab occidente q̃ celum a *Plus diſtat*
terra quia cum terra ſit in medio celi non diſtabit cęlum a terra niſi p *ortus ab oc*
medietatem diametri. ſed oriens diſtat ab occidente ſecundum duplũ *cidẽte q̃ ce*
quia ſecundum diametrum totum. Viſo q angelus non poteſt moue- *lũ a terra.*
re totum celum exiſtens per eſſentiam in toto celo, ſed exiſtens in una
parte cęli propter continuitatem celeſtis corporis poteſt mouere totum
cęlum. Videndum eſt in qua parte celi habet eſſe motor eius & ſpeciali
ter primus motor. Philoſophus quidem circa finem octaui phiſicorum *Tex. c. 84.*
in ueſtigans hanc queſtionem ubi habeat eſſe primus motor, dicit *ĩ qua pte*
q eſt propinquus primo mobili moueri uelocius, quod eſt conſonum *cœli ſit e-*
ius motor

rei,quia ſicut quod eſt propinquius igni caleſacieti ceteris paribus magis caleſit ſic quod eſt propinquius primo mouenti magis,& uelocius moueri debet. Ex hac autem propoſitione patere poteſt in quo cęlo eſt primus motor & in qua parte illius cęli nam eſt in illo celo quod uelocius mouetur,& eſt in illa parte cęli que uelocius mouetur ſed primũ mobile quod phi uocauerũt ultimũ cęlũ quia nõ poſuerũt aliq cęlũ immobile nec potuerũt aliquid ſcire naturaliter de cęlo ẽpyreo p certitudiné.nos auté ultimũ mobile dicemus eſſe cęlũ criſtallinũ ſiue celũ aqueũ quod eſt in mediate ſub celo empyreo quod eſt in mobile. Illud aũt cęlũ habet motũ uelociſſimũ quod patet tã ex quãtitate corporis q̃ ex ſpacio temporis. Ex q̃titate quidẽ corporis quia cõtinet oẽs alios cęlos mobiles,& per cõſequẽs eſt maius omnibus aliis ex ſpacio uero tẽporis quia cum ſit tãtũ corpus ĩfra diẽ & noctem cõplet totũ curſum ſuũ & uocatur motus eius motus diurnus q nulli alii cęlo cõceſſum eſt ſic uelociter moueri & ita modico ſpacio temporis complere ſuũ curſum.

Tex.c.84. In illo itaq cęlo ſic uelociter moto eſt primum mobile,diſtinguit tamẽ phs circa finem octaui phorum duo pricipia cẽtrum & circumferẽtia dicẽs q ſi alicubi eſt primus motor uel eſt ĩ cẽtro uel ĩ circumferẽtia ſz cẽtrum eſt pricipium ĩ quo quies circumferẽtia eſt principium in quo eſt motus & quia motus refulget in circum ferentia,concludit phs motorem primum eſſe in circum ferentia. Habito motorem primum eſſe in circum ferentia primi mobilis uidẽdum eſt in qua parte eſt illius mobilis.

Sex ĩ.mobil' attẽdẽda ſunt. Sunt autem ſex puncta notabilia in primo mobili uidelicet polus articus, polus antarticus, oriens, occidens, meridies, & punctus oppoſitus meridiei, ſed in centro polorum nec in partibus propinquis polis debet poni primus motor, cum poli ſint in mobiles & partes propinque poli tardius mouentur. Sed quattuor puncta ſumpta in eque diſtantia amborum polorum uidelicet oriens, occidens, meridies & punctus ei oppoſitus ſunt puncta notabilia & ſunt illa que uelociſſimæ mouentur, ſed ſicut motus magis apparet in illa parte que uelocius mouetur ſic magis apparet in illa parte unde incipit motus, & quia motus primi celi eſt ab oriente in occidens & rediens ad oriẽs in

Oriens pſ uelociter mota. oriente quæ eſt pars uelociter mota, & unde incipit motus magis refulget ipſe motus, & quia ubi hoc eſt debet poni primus motus ſecundum philoſophum & ſecundum rationem in oriente primi mobilis eſt primus motor, & quia dextrum in aliquo eſt unde habet eſſe motus, & ſiniſtrum eſt oppoſitum eius, dextrum primi mobilis eſt in oriente & ſiniſtrum in occidente, Aduertendum tamen q dextrum &

ſiniſtrum & meridianum celi & oppoſitum eius non accipiuntur mate rialiter ſed formaliter nam eo modo debent accipi dextrum & ſiniſtrũ in aliquo quo ſunt diſtiſcta in illo nam materialiter quelibet pars eque diſtans a polis modo eſt in oriente modo in meridie modo in occiden te itaq; eſſet confuſio partium ſi hæc acciperentur materialiter ſed ori ens & occidens formaliter ſemper manent diſtincta. Imaginabimur q; dem quaſi ſimile eſſe de partibus celi & de partibus fluuii nã in fluuio eſt dare primũ ubi oritur fluuius et eſt dare finẽ ubi intrat mare uel ubi intrat alium fluuium, ubi perdit nomẽ propriũ & eſt dare mediũ inter hoc & illud, nũq̃ autem initium fluuii erit finis fluuii nec medium flu uii ſed aqua que nunc eſt in initio poſtea eſt in medio & ultimo in fine, ſemper enim manet forma eadem fluuii ſecundum unicum medium & finem, ſed aqua que eſt materia fluuii nõ ſemper eſt eadem hic & ibi partes itaq; fluuii ſecundum initium mediũ & finem ſemper manẽt di ſtincte formaliter ſed non materialiter. Eodem etiam modo dicemus de celo q; ſemper ſecundum ſe totũ manet in eodẽ ubi ſecundũ ſubſtan tiam & habet eandem formam rotundam, & ſemper eſt oriens ubi ori untur luminaria celi, & ſemper eſt occidens ubi occidunt, & ſemper eſt medium in medio horũ, in quo medio ponimus circulum meridianũ; quia ſemper eſt meridies habentibus talem meridianum cum ſol attin git huiuſmodi circulum, formaliter ergo erũt ſemper hæ partes diſtin cte, quia nunq̃ oriens fit meridies & occidens formaliter ſed partes cœ li que ſunt materia huius figure rotundæ ubi deſcribimus circulũ cuius una pars eſt in oriente & alia in occidente, & circulum meridianum cuius una pars eſt in noſtro emiſperio ſuperiori, & alia pars in inferiori poſſunt dicte partes nunc eſſe in oriente, nunc in circulo meridiano, nunc in occidente, mouebuntur quidem partes cœli manentibus il lis duobus circulis, immaginatis immobiliter ſe inter ſe ſe canti bus ortogonaliter quorum unus ſecundum unam partem facit ori ens, ſecundum partem oppoſitam occidens alter uero circulus qui dicitur meridianus ſecundum unam partem facit meridiem ſecun dum aliam conſtituit angulum oppoſitam meridie medie noctis. Dici tur aũt circulus ille meridianus non q; ſemper faciat meridiẽ ſed quia habitãtibus ſub illo circulo quando ſol attingit illũ circulũ ſemper eſt meridies. Oppoſita autem in precedenti capitulo non eſt difficile ſolue re, nam cum dicitur q; celi non ſunt animati, patet q; non ſunt anima ti prout anima comparatur ad corpus dans ei motum eſſe, ſed ſunt animati prout anima comparatur ad corpus dans ei motum, quia

Oriens eſt dextrũ celi ſiniſtrum occidens.

Oriẽs for maliter et occidẽs ſẽp manẽt di ſtincti.

Exẽplũ ſa tiſcõmodũ

Solutio ra tionum.

Ad. 1.

Intelligentia ut per multa ſimilia probauimus eſt motor appropriatus
Ad.2. ſui celi ſicut anima corporis ſui. Quod uero addebatur 2. ꝙ oriens eſſet dextrum & occidens ſiniſtrum, oriens fieret occidens & econuerſo, patet ꝙ oriens fit occidens materialiter prout pars cœli que eſt in oriente eſt poſtea in occidente ſed formaliter oriens, meridies, & occidens ſemper ſunt diſtincta.
Ad.3. Quod uero addebatur. 3. ꝙ dextrum & ſiniſtrum nõ accipiuntur in rebus animatis niſi prout cor uel aliquid aliud loco cordis primo influit in dextram q̃ in ſiniſtram, ſed cor uel aliquid aliud membrum ſimile cordi non eſt dare in cœlo.
Dextrũ in animatis quid ſit. Ad quod dici poteſt ꝙ in rebus animatis illud dicitur dextrum prout ab aliquo principio prius ibi influitur motus ſed ſiue illud principium ſit cor uel aliquid ſimile cordi uel ipſa anima uel ipſe motor appropriatus immediate nõ refert nam dextrum & ſiniſtrum ſufficit ꝙ differant per potentiam & uirtutem & per influentiam motus, ut illud dicatur dextrnm ubi a principio aliquo prius influitur motus, hoc autem eſt oriens ut per habita eſt manifeſtum.
Ad.4. Quod autem addebatur. 4. ex ipſis partibus ꝙ q̃do una pars mouetur alia quieſcit, ut prius mouetur pes dexter quieſcente ſiniſtro, ſed in celo omnes partes mouentur pariter ut non ſit ibi dare hanc partem eſſe motam prius & illam poſterius. Ad quod dicimus ꝙ in partibus celi quantum ad motum non eſt dare prius & poſterius ſecundũ tempus quia omnes partes mouentur ſimul, & mota una parte mouẽtur omnes eſt tamen ibi dare prius & poſterius cauſalitate & ſecũdum receptionem influentiæ motus.
Exemplũ. Vt ſiquis teneret lanceam in manu & hoc modo moueret totam lanceam, omnes partes lanceæ eſſent ſimul motæ tempore ſed non cauſalitate nec ſecundum receptionem influentie motus quia illa pars que adheret manui primo reciperet influẽtiam motus & mediante illa mouerentur omnes aliæ partes, et motus illius partis eſſet cauſa motionis omnium aliarum partiũ ſic & in propoſito oriens primi mobilis ubi ponitur eſſe primus motor appropriatus primo recipit influentiam motus, et eo moto mouetur totum celum itaq; motio partis que eſt in oriente quecunq; ſit illa eſt cauſa motionis omnium aliarum partium, quia oriens primo recipit iufluentiam motus & dicitur dextrum eſſe cęli in oriente.
Dubitatio Et ſi dicatur ꝙ nuuc una pars cœli
Solutio. eſt in oriente, nunc alia. Dicemus ꝙ accidit oriẽti iſta uariatio partium quia non accipitur oriens reſpectu partium cęli quæ mutant locum ẽt, ſecundum ſubſtantiam, ſed reſpectu totius celi quod ſemper eſt in eodẽ loco ſecundum ſubſtantiam licet non ſemper ſit in eodem loco ſecundum diſpoſitionem, ideo oriens ſemper eſt in eodem loco ſicut ſi nauis

in medio fluuii ſemper quieſceret ſemper eſſet in eodem loco reſpectu totius fluuii quia totus fluuius non mutat locum ſed partes fluuii ſemper eſſent aliæ & aliæ quia ſemper nauis illa haberet aliam & aliam a quam ſubſe, ſimpliciter autem & abſolute loquendo nauis ſic ſe habens eſſet in eodem loco ſecundum quid autem & materialiter mutaret locum. Quod uero addebatur. 5. ꝙ plante ſunt magis animate q̃ celi & tamen in eis non ponimus dextrum & ſiniſtrum dixerunt aliqui ꝙ immo aſſerentes ꝙ ſiquis diligenter conſideraret folia arboris uideret ꝙ lõge aliter ſunt formata folia a parte dextra q̃ a parte ſiniſtra, ſed iſtud eſt contra ſenſum quia non uidemus ſic eſſe & contra phũ qui in. 2. cęli & mundi negat in plantis eſſe dextrum & ſiniſtrum, & contra rationem dextri et ſiniſtri quia dextrum et ſiniſtrum non differunt ſecũdum lineamenta, ſed ſecundum potentiam & uirtutem propter quod dicere poſſumus ꝙ plante quantum ad propoſitum ſpectat & prout in rebus querimus dextrum & ſiniſtrũ ſunt minus animate q̃ celi nam dextrum & ſiniſtrum non querimus propter motum alterationis, uel propter motum augmenti, ſed propter motum localem ut in rebus animatis uel in quibuſdam rebus motis a motore proprio ubi prius recipitur influentia motus localis ibi ponimus dextrum & quia celum recipit influentiam motus localis a ſua anima uel a ſuo motore appropriato quam influentiam localis motus non recipiunt plante ab anima ſua quia non mouentur localiter manifeſte concluditur quod prout querimus dextrum & ſiniſtrum in rebus plus ſunt animati cœli quam plante.

Ad. 5. *Aliorũ ſolutio.* *Impugnatio.* *Tex. cõ. 12* *Solutio ꝑpria.*

Declarans quomodo in primo mobili ſunt ſurſum & deorſum, ante & retro. Cap. XX.

VISI ſunt pithagorici loqui de dextro & ſiniſtro celi, ſed miratur phs in. 2. celi & mundi ubi hanc materiã pertractat cũ ſurſũ & deorſũ ſint priora q̃ dextrũ & ſiniſtrũ & ante & retro ſint differentiæ poſitionum corporis ſicut dextrum & ſiniſtrum, quare pithagorici loquuti ſunt de dextro & ſiniſtro celi nihil tractante de poſitionibus aliis, ideo in hoc capitulo uolumus declarare quomodo aliæ poſitiones, uel aliæ differẽtiæ poſitionum a dextro & ſiniſtro ſint in cęlo ſiue in primo mobili, & quomodo omnes differentie poſitionũ ſunt in aliis cęlis inferioribus, in animalibus quidem & ſpecialiter in homine ubi iſta manifeſtius apparẽt ſurſum & deorſum dicunt lõgitudinem

Tex. cõ. 11 *Differẽtię poſitionis*

in animalibus ſunt penes tres dimenſiones corporis.

dextrum & ſiniſtrum latitudinem, ante & retro profunditatē ſiue groſ-
ſitiem. Eſt quidem longitudo hominis a ſurſum uſq; ad deorſum ſint a
capite uſq; ad pedes latitudo a dextro uſq; ad ſiniſtrum profunditas ſi
ue groſſities ab ante uſq; retro, hęc autem tria longitudo, latitudo & ꝓ
funditas poſſunt conſiderari uel ſecundum ſe ut ſunt quantitates que-
dam ſicut conſiderat eas mathematicus, uel ut comparantur ad mo
tum localem ſecundum quem modum in animalibus & poriſſime in
homine accipitur dextrum & ſiniſtrum & poſſunt accipi poſitiones a-
liæ ſi ergo dicte poſitiones conſiderantur ſecundum ſe prius eſt longitu
do; poſtea eſt latitudo, ultimo profunditas. Imaginabimur quidem ꝙ
punctus eſt principium quantitatis qui motus facit lineā que habet lō-
gitudinem, linea quidem mota deſcribit ſuperficiem que cum longitu-
dine habet latitudinem, ſuperficies uero mota facit corpus quod cū lō-
gitudine & latitudine habet profunditatem, linea ergo eſt prior ſuperfi
cie, & longitudo prior latitudine, & ſuperficies prior eſt corpore, & per
cōſequens latitudo profunditate prior eſt. Heę itaq; dimēſiones incipiūt
a longo, uadunt in latum, terminantur in profundū & quia in animali
bus & ſpecialiter in homine longū ſumitur ab eo quod eſt ſurſum, latū
ab eo quod eſt dextrum, profundū ab eo quod eſt ante itaq; ſecundum
ſurſum dextrum & ante & his oppoſita ſumuntur omnes heæ dimēſio
nes, immo heæ dimenſiones non ſolū ſecundum ſe habent hunc ordinē
ſed etiam ut comparantur ad motum localem & ſpecialiter ut habet
eſſe in homine, quia motus localis in homine incipit a ſurſum, uadit in
dextrum & terminatur in ante ut patet per philoſophum & Cōmeta.

Punctus fluens cauſat lineā, ſicut illa fluēs ſuperficiē et ſuperficies mota cauſat corpus

2. cœli. t. cō 12.

in de cęlo. Hoc eſt ergo quod Comentator ait exponens philoſophū in
2. de cęlo ꝙ ſuperius eſt principium motus, dextrum eſt exitus motus,
uel eſt unde incipit exire motus & ubi manifeſtatur motus, ante eſt
finis motus, & philoſophus ibidem hæc eadem dicit. Hæc autem
ſic declarantur ꝙ motus incipit a corde ꝙ eſt ſurſum, recipitur in par-
te dextra unde ſumitur latitudo, terminatur in ante unde ſumitur pro
funditas. Dicitur quidem cor eſſe ſurſum quia eſt in illa parte qui eſt
ſurſum ut ſit propinquius capiti q̄ pedibus, uel dicitur eſſe ſurſū quia
eſt principalius membrum omnibus aliis, illud eſt enim quod pri-
mo uiuit & ultimo moritur, & aquo procedit uita iuxta illud Pro-
uerb. Omni cuſtodia ſerua cor tuum quia ex ipſo uita procedit, cor
ergo dicitur eſſe ſurſum quia intentio fuit naturæ facere ipſum ſurſum
& fecit ipſum ſurſum, ſed ꝙ non fecit ipſum omnino ſurſum hoc ꝓpter
ſalutem & cuſtodiam cordis, quia non poſſet ſic ſaluari & cuſtodiri ſi

com. 12.

Cor primo uiuit ultimo moritur.

Cap. 4.

eſſe omnino ſurſum ſicut in loco in quo eſt. Reuertamur ergo ad propoſitum & dicamus ꝙ motus localis in homine eſt ex influentia cordis, & quia iſta influentia recipitur in parte dextra ideo motus dicitur incipere a corde & manifeſtari in parte dextra ubi primo incipit influentia cordis, ſed dicitur terminari in ante quia cum homo mouetur naturaliter primo mouet pedem dextrum qui deferens locũ retro terminat motum ſuum in ante ergo iſte motus a corde incipit, in dextro manifeſtatur & exit in ãte terminatur & finitur. ſic eſt ergo de motu hominis qui mouet ſe, quia per cor primo mouetur pes dexter & mouetur ãte quia homo ſecundum ſuum naturalem motum nõ uadit retrorſum ſed antrorſum etiam cum mouet alia naturaliter primo applicat ibi manũ dextram & mouet ante ſe priusꝗ poſt ſe, itaꝗ & iſte motus incipit a corde exit ſic in dextrum & terminatur in ante, ergo principium motus eſt ad ſurſum, exitus eſt in latum, finis & terminatio eſt in ante Itaꝗ ſi iſta nolumus adaptare ad primum mobile dicemus ꝙ dextrũ & ſiniſtrum ſunt oriens & occidens, ſurſum & deorſum ſunt poli, ante & retro ſunt meridies & eius oppoſitum, oportet quidem in motu cęli anteꝗ ponamus dextrum & ſiniſtrum ponere polos ubi poſſumus dicere eſſe principium motus, quia ibi eſt fundamentum motus, ſicut enim fundamentum ſe habent ut principium ut domus ita poli poſſunt dici principium cœleſtis motus, nam non poteſt moueri ſphera circulariter niſi moueatur ſub aliquibus polis qui ſunt in mobiles nam ut uult Auguſtinus. 8. ſuper Geneſis omnis motus innititur alicui ſtabili ut ſi mouetur digitus, innititur palmæ ſi palma cubito ſi cubitus humero, ſi mouetur unus pes innititur alii pedi qui eſcenti & ſtanti. Si mouetur totus homo ut in ſaltu firmat ſe ſuper terram ſtabilem ut ſaltum perficere poſſit. Eodem etiam modo ſi mouebitur ſphera fundabitur ille motus ſuper polis ſtabilis ſemper enim quando mouetur ſphera motu, proprio habet polos, ſtabiles, & inde eſt ꝙ primum mobile non mouetur niſi motu ꝓprio poli eius ſemper ſunt ſtabiles, ſuper quibus fundatur motus eius, & quia illi poli ſunt fundamentũ motus & motus incipit ad ſurſũ oportet alterũ polorum eſſe ſurſũ & polũ oppoſitum eſſe deorſum, ergo ſicut ſecundũ oriens & occidens accipitur in celo dextrum & ſiniſtrũ ſic ſecundũ polos accipitur ſurſũ & deorſum, ſecũdũ autẽ circulũ meridianũ & eius oppoſitũ accipietur ãte & retro, nã ſicut homo ꝑ dextrã partẽ mouetur ante ſe ſic quia cęlũ per oriẽs quod habet ſe ut dextrũ uadit in meridiem, meridies ſe habet ſicut ante. Sed queres quis polorũ ſit

Poli ſunt quaſi prĩcipiũ motus cœli cũ ſint eius fũdamentum. Cap. 21.

Solutio. ſurſum,ſed ex quo habemus quid eſt dextrum in cęlo quia oriens & per conſequens ſiniſtrum occidens & quod eſt ante quia meridies ſiue circulus meridianus in noſtro emiſperio de leui patere poteſt quis polorum ſit ſurſum nam ſi eſſet unus homo qui haberet dextram in oriente & faciem que eſt anterior pars in homine habeat uerſus meridiem de neceſſitate haberet caput uerſus polum antarticum & ſi dextra eſt in oriēte,ſiniſtra erit in occidente,& ſi caput eſt in polo antartico, pedes erunt in polo artico,& ſi facies que eſt pars anterior eſt uerſus circulum meridianum & in noſtro emiſperio occiput & dorſum que ſunt poſterius erūt uerſus oppoſitum noſtri emiſperii,uel uerſus oppoſitum meridiani circuli per hunc hominem ſic ſe habentem quem phs deſcribit in .2.

Tex.cō.15. cęli & mundi poſſent apparere omnes differentie celi,cum ergo queritur quis polorum eſt ſurſum dicemus ꝙ ſecundum nos ſurſum eſt polus articus quem uidemus,& polus ātarticus deorſum iuxta illud Poete (hic Vertex nobis ſemper ſublimis at illum ſub pedibus ſtyx. atra Videt,maneſq; profundi) uidelicet polus articus,ad illū ſub pedibus ſcilicet polum antarticum,ſic eſt ergo quo ad nos,ſed reſpectu celi, & reſpectu motus eius eſt econuerſo,quia ſi imaginabimur hominem mouentem celum habentem dextram ad orientem,ſiniſtram ad occidentem faciem uerſus noſtrum emiſperium,occiput & dorſum uerſus oppoſitum ille habebit ſuum ſuperius & ſuum caput uerſus polum ātarticum & ille erit polus ſuperius,& pedes uerſus articum & ille erit inferior.

Virg.i Geor.lib.1.

1.met.4.ca. Ad clariorem autem intelligētiam predictorum dicemus ꝙ motus celi eſt propter habitantes in terra,& maxime propter homines ꝙ ſecundum Theologos & ſecundum ueritatem ſimpliciter eſt uerum, quia quando completus eſt numerus electorum ceſſabit motus celi ſecundum philoſophos uero celum propter hoc mouetur ut aſſimiletur primo eſſe quod ſit prout mouetur & prout cauſat generationē & corruptionem in iſtis inferioribus,nam cum prima cauſa ſit cauſa omniū celum per motum aſſimiletur ſibi qa per motum ſuam cauſalitatem exercet in iſtis inferioribus ideo etiam ſecūdum philoſophos uerificari poterit quod dictum eſt ꝙ motus celi eſt propter habitantes terram & ſpecialiter propter homines, nam in iſtis inferioribus elementata ſunt perfectiora elementis,& inter elementata eſt perfectior homo, & ſi motus celi eſt propter hęc inferiora uel propter cauſalitatem quam habet in iſtis inferioribus potiſſime erit propter perfectiora in his īferioribus huiuſmodi autem ſunt habitatores terre & ſpecialiter homines. His ita q; prelibatis dicamus ꝙ poli ſunt in celo ſecundum ſe oriens & occidēs

1.motus celi maxime pp. boēs Apoch.6.

ante

ante & retro ſumentur in celo ſecundum terram habitabilem,ut ſiquis eſſet in medio terre habitaailis ubi primo orirentur ſibi ſtelle,eſſet oriens,ubi occideret,eſſet occidẽs,circulus autem,qui eſſet in medio eque diſtans ab oriente & occidente eſſet circulus meridianus,quia quando ſol perueniret ad illum circulum,eſſet hõi ſic exiſtenti in terra habitabili meridiẽs.Itaq; ſicut hominis motus incipit a dextro & uadit ante non retro,ſic ut quia motus celi utputa quia ſtella aliqua ſecundũ motum primi mobilis ab oriente uadit uerſus meridiem,non retro uerſus eius oppoſitum exquo oriens eſt dextra pars celi,& occidens ſiniſtra,circulus meridianus erit pars anterior cœli & faciens quaſi oppoſitam erit pars poſterior & quaſi occiput & deorſum celi,& polus antarticus erit pars ſuperior celi & quaſi caput, & articus pars inferior & quaſi pedes.

Quomodo differentie poſitionis iã habitœ ſunt in aliis cęlis inferioribus & quomodo ſe habent ad habitatores terre. Cap. XXI.

QVVM in primo mobili ſint omnes differentie poſitionis,ſurſum & deorſum dextrum & ſiniſtrum,ante & retro. Vidẽdum eſt quomodo omnes iſte differẽtie ſunt ĩ aliis celis inferioribus. *Tex.cõ.16*
Ppiloſophus autem.2.cęli & mũdi uult q̃ ecõtrario ſit ſurſum & deorſum in primo mobili & in aliis celis inferioribus ubi ut ait ſunt ſtelle erratice ideſt planete forte q̃ tempore Ariſt. nondum erat deperhenſum q̃ octaua ſphera ſiue celum ſidereum moueretur diuerſis motibus, & ideo forte credidit q̃ proprius motus octauę ſpheræ eſſet ab oriente in occidens,& Sole ſphere planetarum mouerentur econtra ab occidente in oriens,ſed poſtea deprehenſum eſt octauam ſpheram ſiue celum ſidereum moueri diuerſis motibus,propter quod neceſſario cogimur ponere aliam ſpheram ſuperiorem que eſt ultimũ mobile,cuius proprius motus eſt ab oriente in occidens,ſphere aute octaue & omnium ſpherarum planetarum motus proprius eſt ecõtrario.ſed quicquid ſit de hoc quantum ad querere dextrum & ſiniſtrum non refert,ſufficit enim ſcire q̃ primum mobile quodcunq; ſit illud ſiue ſit nona ſphera ſiue octaua mouetur ab oriente in occidens.Ceteri autem orbes quicunq; ſint illi mouentur econtra,cum ergo differentias poſitionũ in celo ponamus propter motum,ſi orbes inferiores habent motum contrarius a primo mobili dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum ponemus modo con-

Ignotum erat Ari. q̃ celũ ſtellatũ duplici motu moueretur.

trario in orbibus inferioribus & in primo mobili ſecundum q̄ philoſophus dicit, ſed non oportet q̄ ponamus modo contrario ante & retro. Ad cuius euidentia ſciendum q̄ intelligibilia patefiunt nobis per ſenſibilia quia noſtra cognitio incipit a ſenſu, quia ergo motor cęli eſt in illa parte unde mouet cęlum inde eſt q̄ quia primum mobile mouetur ab oriente in occidens motor primus erit in parte orientali, & ibi erit dextrum primi mobilis, & ſiniſtrum in occidente, ſed quia alii orbes inferiores mouentur econtra ab occidente in oriens, conſequens eſt q̄ dextrum inferiorum orbium ſit in occidente, & ſiniſtrum in oriente, ſicut ergo hoc in primo mobili precedens capitulum reducebat ad ſenſibilia imaginando unum hominem habentem dextram in oriente, ſiniſtram in occidente & faciem uerſus emiſperium noſtrum ſic in orbibus inferioribus imaginabimur hominem habentem dextram in occidente ſiniſtram in oriente, & faciē uerſus, emiſperium noſtrum ſiue uerſus meridianum. Que ideo neceſſarium eſt ponere quia ſi primi mobilis motus incipit ab oriente ibi erit dextrum primi mobilis, uerū quia homo per dextram mouet rem aliquam ante ſe & coram facie ſua non poſt ſe uerſus dorſum, ideo quia primum mobile mouetur ab oriente in meridiem ſiue in circulum meridianum ideo quantum ad primum mobile ſicut in oriēte eſt dextrū, ſic in circulo meridiano eſt ante, & ſicut primū mobile ab oriente tendit ad circulum meridianum et uedit in occidens ſic orbes inferiores ab occidēte uadunt ad circulum meridianum & tēdunt in oriens itaq̄ idem erit ante in primo mobili & in aliis, ſed non erit idem dextrum & ſiniſtrum, quia licet tam primum mobile q̄ alia tendant in circulum meridianum, non tamen ab eadem parte incipiūt ſuos motus, & ideo non ſecundum eandem partem habebūt dextrum & ſiniſtrum, ſic etiam non ſecundum eandem partem habebūt ſurſum & deorſum, nam ſi aliquis homo haberet dextram uerſus orientem, & ſiniſtram uerſus occidentem, & faciem uerſus circulum meridianum, de neceſſitate haberet caput uerſus polum antarticum & pedes uerſus articum, & talis eſt diſpoſitio primi mobilis, ſed in aliis orbibus imaginabimur hominem habentem dextram uerſus occidentem, ſiniſtram in oriente, & faciem uerſus circulum meridianum tunc ille homo haberet caput econtrario ab alio homine qui haberet caput uerſus polū antarticum, & pedes uerſus articum. Itaq̄ ante & retro ſunt eadem in primo mobili & in aliis quia hic & ibi ante ſiue facies eſt uerſus emiſperiū noſtrum ſiue uerſus circulū meridianum, ſed retro ideſt occiput & dorſū habebūt uerſus partē oppoſitā. Alię aūt differētie poſitionū ſunt

2. celi tex. com. 16.

Dextrū celorū planetarū ē i occidente.

Ante ē idē i .1 mobili & i aliis celiſ planetarum.

contrarie in primo mobili & in aliis. Sed dicet aliquis ſi primū celū mouetur ab oriente in occidens,& alii orbes inferiores mouētur ab occidente in oriens ubi erit eorum oriens?ubi incipiunt moueri?Sed dicemus ꝙ aliud eſt oriēs ſimpliciter,& aliud eſt oriens huic,nam oriens ſimpliciter eſt ſecundum polos mundi & ſecundum motum primi mobilis ſecundum quē omnia alia circum uoluuntur,ſed oriens huius poteſt accipi ſecundum motum huius & oriens planetarum eſt ſecundum motum planetarum,licet ergo planete ſecundū ſuū motū uadāt ab occidēte in oriēs tamē ſecundū oriens ſimpliciter & ſecundum polos mundi uadunt econtrario. Viſo quomodo omnes differentie poſitionum prehabite ſunt in primo mobili & in orbibus īferioribus quia ante & retro ſunt eedem,alie uero differentie ſunt cōtrarie hic & ibi,uolumus declarare quomodo hee differentie ſecundū prefatos orbes ſe habent ad habitatores terre. Propter quod ſciēdū ꝙ de habitatiōe terre poſſumus loq ſecundū ueritatē,uel ſecūdū opiniones aliquorū. Creditur autē ſecūdū ueritatē ꝙ de tota terra habitatur quaſi quarta pars que dicitur pars ſeptentrionalis. Naturale eſt quidem ꝙ terra ſicut & alia elementa ſit figure ſpherice,& naturale eſt ꝙ aqua ſit ſuper terram & ſit inter terrā & aerem ſicut aer eſt ſuper aquam & eſt inter aquam & ignem.a. ideo merito dubitatur quare non tota terra cooperta eſt aquis ſicut tota aqua cooperta eſt aere. Ad quod dici poteſt ꝙ licet forma terre ſit ſpherica aliquam tamen gibboſitatem in ſe habere poteſt, ſicut pomum aliquod ſphericum poſſet aliquas gibboſitates & aliquas concauitates in ſe habere, ſi ergo terra non haberet in ſe aliquam gibboſitatem tota eſſet cooperta aquis, quia ſecundum ſuam formam mere ſphericam mare eſt altius terra, ſed terra uoluntate & diſpoſitione diuina ut animalia terreſtria poſſent in ea uiuere habet quandam gibboſitatem in parte ſeptentrionali, que gibboſitas eſt tanta quod quaſi equatur parti terre quarte ſecundum quod ſenſibiliter poſſumus experiri tantam eſſe terram habitabilem. Hæc autem gibboſitas in tantum eleuatur ꝙ eſt altior mari. Dixerunt autem quidam ꝙ uirtute diuina retinetur mare ne cooperiat terram, cum naturaliter aqua debeat eſſe altior terra, ſed fruſtra recurrimus ad miraculum ubi poſſumus naturaliter ſaluare,ſecundum autem aliquorum opiniones etiam alie partes terræ ſunt habitabiles,ſed ſi ſecundū omnes partes eſſet terra habitabilis, non eſſet dare locum ubi reciperentur maria, ſed dicuntur aquæ maris recipi in concauitatibus terræ quia terra habē. e hanc gibboſitatē tota alia terra reſpectu illius gibboſitatis

Dubitatio

Solutio.

Oriēs ſimpl. oriens huic.

Hec oīa ꝑ tractātur ā ptolomeo l.1.geografie et a ſeriſtis ī 4. ca. ſphere.

a. De tota terra quarta pars habitabilis.

Dubitatio

Solutio.

Aliorū poſitio quare terra ſit diſcooperta.

Cōfutatio

Aq̄ maris ſunt ī cōcauitatibus terre.

eſt quaſi quedam concauitas itaq́ tota alia terra occupatur a mari. Iſta autem gibboſitas propter eleuationem occupari non poteſt. His itaq́ prelibatis de habitatione terre poſſumus loqui uel ſecundum iſtã gibboſitatem quam nec credimus habitari uel ſecundum ꝙ Empedo. opinabatur ꝙ ſubter nos ſunt alii homines habitantes itaq́ iſti quarte uerſus ſeptentrionalem & uerſus polum articum ubi habitamus nos eſt alia quarta uerſus meridiem & uerſus polum antarticum, quo poſito dicebat Empe. ꝙ nos habitamus ſuperius & illi inferius. Sed dicet phs ꝙ eſt econtra ꝙ nos habitamus inferius & illi ſuperius niſi ut ait acciperetur inferius & ſuperius ſecundum orbes erraticarum ſiue planetarum. Hæc autem ſatis nota ſunt ſi conſiderantur prehabita, nam ſecundum motum primi mobilis caput & pars ſuperior illius celi eſt uerſus polũ antarticum ubi dicuntur eſſe illi antipodes, & pars inferior uerſus polũ articum ubi ſumus nos, ſimpliciter ergo loquẽdo illi eſſent ſuperius in uniuerſo, & nos inferius, ſecundum quid autem ut ſecundũ motos planetarum ſecundum quos ſurſum & deorſum eſt econtrario a motu primi mobilis nos ſumus ſurſum & illi deorſum. Cõcludamus ergo & dicamus ꝙ ſi eſt dare tales habitatores quilibet ſunt ſurſum ſecundum ſe quia omnes habent caput uerſus celum ſed ſi conſideramus ſurſum & deorſum ſecundum ſpheras celeſtes quantum ad primum mobile ipſi ſunt ſurſum & nos deorſum q̃tum aũt ad alios cęlos inferiores eſt ecõuerſo, ſed tam reſpectu primi mobilis q̃ aliorum celorum inferiorum nos ſumus ante, & ipſi ſunt retro quia licet dextrum & ſiniſtrũ ſurſum & deorſum differant hic & ibi ante, tamen & retro non differant quia tam primi mobilis q̃ aliorum celorum ante & facies eſt uerſus emiſperium noſtrum, retro & occiput ſiue deorſum eſt uerſus oppoſitum. Habito quomodo hee differentie ſe habent ad habitatores terre ſi erunt aliqui habitantes in parte oppoſita nobis uolumus declarare quomodo ſe habeant hæ differentie ad hanc quartam partẽ terre quam uere credimus habitabilem. Dicemus enim hanc quartã debere diuidi in duas partes quas diuidit circulus meridianus eqne diſtans inter oriens & occidens, itaq́ pars illa que eſt ab oriẽte uſq́ ad circulum meridianum dicitur pars orientalis. Alia uero pars a circulo meridiano uſq́ ad occidẽtem dicitur occidentalis ut & Comenta. ait In iſta autem parte occidentali ſunt omnes partes ultramõtane & tota Italia & tota Grecia, & adhuc ulterius quia multum eſt de terra habitabili ultra Greciam anteq̃ perueniatur ad medium terre habitabilis, nam & Ariſt. in. 2. de cęlo & mundo dicit ſe ideſt Grecos ut Comenta. exponit eſſe in parte occi-

Antipodes ſunt ſurſũ nos uero d eorſum.

2. celi. c. 16

Tex. cõ. 16

dentali quia Greci ſunt circa medium terre habitabilis Ex his autem ſatis patere poteſt quomodo differentie poſitionum celeſtium ſe habent ad nos, nam tota noſtra terra habitabilis eſt ante & uerſus faciem celi tam ſecundum primum mobile q̄ ſecundum alios celos. Rurſus tota terra noſtra habitabilis eſt deorſum reſpectu primi mobilis quia tota reſpicit polum articum ſed tota eſt ſurſum reſpectu orbium planetarum qui habent ſurſum & deorſum econtrario a primo mobili, ſed quantū ad dextrum & ſiniſtrū nec eſt tota terra habitabilis in dextra & nec in ſiniſtra, ſed terra habitabilis ab oriente uſq; ad circulum meridianum eſt in dextra quantum ad primum mobile & eſt in ſiniſtra quantum ad orbes planetarum, nos autem Italici & Greci & ultramontani & tota terra habitabilis a circulo meridiano uſq; ad occidentē ſumus in ſiniſtra q̄tum ad motum primi mobilis, & in dextra q̄tum ad motum planetarum. Aduertēdum tamen q̄ circulus meridianus poteſt accipi uel reſpectu iſtius ciuitatis uel illius, uel reſpectu iſtius hominis uel illius, & tunc tot ſunt meridiani circuli quot ſunt diſtantie ab oriente in occidēs itaq; non ſunt due ciuitates nec duo homines ſi unus ſit propinquior orienti q̄ alius habentes unum & idem meridianum, diſtantia ergo maior & minor ſecundum polos mundi non diuerſificat meridianū quia ſi erunt mille homines uel mille ciuitates unus eſſet propinquio uni polo & alius alii haberent idem meridianum, ſed diſtantia inter oriēs & occidens diuerſificat quia non ſunt due res non eque diſtantes ab oriente uel occidente habentes idem meridianum, quecūq; enim neq; diſtāt ab oriente conſequens eſt q̄ non eque diſtent ab occidente, quia quod eſt propinquius occidenti longius eſt ab oriente ergo ſi una res nō eque diſtat ab oriente, ſicut alia que eſt orienti propinquior nō eque diſtabit ab occidente longinquior, ſic ergo loquendum eſt de meridiano reſpectu huius ciuitatis uel illius uel reſpectu iſtius hominis uel illius. Sed poſſumus loqui de meridiano non reſpectu huius habitationis tātum uel huius hominis tantum, ſed reſpectu totius terre habitabilis, & ſic circulus meridianus eſt ſemicirculus tranſiens per polos eque diſtātes ab oriente & occidente, & ſicut circulus meridianus reſpectu cuius ſumitur facies, & anterior pars celi ſumendus eſt non reſpectu cuiuſcūq; habitationis ſed reſpectu totius terre habitabilis ſic dextrum & ſiniſtrum cęli ſiue oriens & occidens ſunt eodem modo ſumēda, ille ergo homo qui eſſet in medio terre habitabilis ubi ſibi orirētur ſtelle eſſet dextrum celi & ubi ſibi occiderent eſſet ſiniſtrum loquendo de dextro & ſiniſtro primi mobilis, quia de dextro & ſiniſtro planetarum eſſet econtra ubi

Diſtātia interoriēs, & occidēs diuerſum facit meridiem.

autem illi homini eſſet meridies eſſet anterior pars ſiue facies cœli,ſur ſum autem & deorſum accipiuntur in celo ſecúdum polos celis prout eſt per habita declaratum.

Declarans quare in opere cuiuslibet diei dicitur uidit Deus ꝙ eſſet bonum, preterꝗ in opere, ſecunde diei. Cap. XXII.

MIRANTVR multi quare in factione firmamenti quod fuit opus ſecunde diei non dicitur uidit Deus ꝙ eſſet bonum, ſicut
Cap.21. dicitur in operibus omnium aliorum dierum. Vnde Hugo de ſacramentis lib. 1. parte prima.ait ꝙ mirum eſt quare non uidit Deus opus ſecunde diei ꝙ eſſet bonum ſicut in ceteris omnibus diebus uidiſſe legitur. Et ſubdit ꝙ opus.2.diei aut dei opus nō fuit aut ſi dei opus fuit, bonum fuit. Aſſignantur autem ad hoc tres cauſe ut cauſa una ſumatur ex parte unius numeri binarii alia ex parte ipſius operantis. 3. ex imperfectione operis, poſſumus autem nos addere rationem quartam ex parte ipſius firmamenti. Prima ergo ratio poteſt ſumi ex parte
1.Ratio. ipſius numeri binarii. Dicitur autem numerus binarius infamis, uel
i euāgelio dicitur numerus diſſenſionis, quia eſt primo recedens ab unitate, bo
tamē laud num ergo fuit opus ſecunde diei & bonum eſt firmamentum quia ui
bilis nume Deus cuncta que fecerat & erant ualde bona, ſed ad inſinuandum
rus binari numerum binarium eſſe infamen et eſſe numerum diſſenſionis dicunt
us aparet doctores ꝙ ex hoc forte in opere ſecundæ diei non dicitur uidit Deus
nā ad bibe ꝙ eſſet bonum, & hæc eſt ſententia Hugonis libro & cap. & parte pre
tecū i cor aſſignatis,qui querens quare in opere ſecunde diei non eſt dictum uidit
uptiōe fra dit Deus ꝙ eſſet bonum, & ait fortaſſis ꝙ binarius ſignum eſt diuiſio
terna unū nis & eſt qui primus ab unitate recedit. Hoc idem tangitur in gloſa
aut duos. marginali ſuper Gene. ubi dicitur ꝙ huius ſecunde diei opera ſecun
Diſt.14. dum hebreos non dicuntur bona, cum bona ſint ſicut cetera, quod fit
2.Ratio. propte binarium principē alternitatis, qui primus ab unitate diſcedit.
Et ubi sūt Hoc idem dicit Magiſter ſententiarum.Secūda uia ad hoc idem poteſt
duouel treſ ſumi ex parte ipſius operantis, nam opera illorum ſex dierum uel ſunt
cōgregati multa ex parte operatoris, uel ſunt multa ex parte dierum, quia in
et diſcipu- multis diebus ſunt facta, ſed ſunt unum ex parte operantis q1 omniū
lis miſſt.x illorum operum fuit unus operans uidelicet Deus glorioſus, ergo
binoſ et bi Deus fuit primum operans, homo uel diabolus fuit ſecundum ope
noſ āte ſa- rans, ſed uterque ſecundus operans fuit malus, ideo opus ſecundæ

diei non dicitur eſſe bonnm, non quia in ſe non bonum eſſet, ſed quia poterat eſſe ſignum & figura ſecundi operanris ſcilicet diaboli uel hominis qui uterq; malum eſt operatus. Hoc eſt ergo quod Hugo ait lib. & par. & cap. predictis ꝙ ſacramentum hic aliquod commendatur ꝙ non ſunt laudanda opera ſecūda nō quia bona non eſſent ſed quia malorum ſignum eſſent. Et ſubdit ꝙ prima opara fecit Deus & illa oīa ualde bona, ſed diabolus & homo fecerunt opera ſecunda poſt prima que fuerunt mala. Sed dices ꝙ & angeli fecerunt opera ſecunda & illa fuerunt bona ergo ſicut opus ſecunde diei poteſt figurare opera diaboli & hominis que fuerunt mala ſic pōt ſignificare opera bonorum angelorum que fuerunt bona. Ad quod dici poteſt ꝙ omnia opera bona ſunt opera ipſius dei iuxta illud (omnia opa noſtra operatus es domine) Nam ſecundum Apoſtolum ſecunda ad corinti. non ſumus ſufficientes cogirare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt, opera itaq; noſtra bona non debent appropriari nobis & nō ſunt propria nobis ſed magis ſunt ipſius dei Iuxta illud quod dicitur in Euangelio de diabolo cum mendacium dicit ex propriis loquitur, opera ergo propria hominis & angeli que fuerunt opera ſecunda fuerunt mala, in cuius ſignum de opere ſecundo nō eſt dictum uidit Deus ꝙ eſſet bonum. Tertia uia ad hoc idem ſumitnr ex imperfectione operis, & hæc eſt multum literalis & bona & tangitur in gloſa in marginali ſuper Gene. ubi dicitur ꝙ opera dei ideo bona non dicuntur, quia in hoc opere aquarum diſtinctio non eſt perfecta, que perfecta fuit cum dicitur congregentur aque & .10. Ad huius euidentiam ſciendum ꝙ Strabus exponens illud fiat firmamentum immedio aquarū ait ꝙ pars ſuperior aquarū eſt in modum criſtallini lapidis, inferior uero eſt redacta in matricem aquarum, ideſt in concauitates terre ubi eſt matrix aquarum, & ubi omnes concurrunt aque ut iterum fluāt, firmamentum ergo factum eſt in medio aquarum ſuperiorū que ſunt celum criſtallinum & iſtarum inferiorum que ſunt redacte in matricem aquarum, ſed non fuerunt ſic redacte niſi cum. Tertia die fuit dictum congregentur aque & .x. ergo quia ſecunda die remanſit opus imperfectum, propter imperfectionem operis non fuit dictum uidit Deus ꝙ eſſet bonū, ſed perfecto ope & congregatis aquis in matrice dictum eſt uidit Deus ꝙ eſſet bonū. Aduertendū itaq; ꝙ in opere Tertie diei bis dictum eſt uidit Deus ꝙ eſſet bonum, ſemel pro perfectione operis ſecundæ diei quando aque congregate ſunt, & ſecundo pro germinatione terre quod fuit opus Tertie diei. Ergo cum in omnibus aliis

tie ſuā. & grego dici t p binari ū cba itatē dſignauit dominuſq; ē quaſi for ma uirtutū Vide q̄ ue dixi in primo libro.

Dubitatio ſolutio.

Eſa.c4.26.

Cap.3.

Opa bona nō ſunt ꝓpria hominis ſ; dei.

Ioh.cap 8.

3.Ratio.

Strabus.

diebus nõ habeatur niſi ſemel uidit Deus ꝙ eſſet bonum, in Tertia die habetur hoc bis, manifeſte concluditur in ſecunda die hoc non fuiſſe dictum quia expectabatur perfectio operis ſecunde diei, ut ĩ tertia die bis hoc diceretur tam pro perfectione operis ſecunde diei q̃ pro opere diei Tertie. Poſſumus autem ad hoc idem aſſignare quartam rationem ex parte firmamenti, nam in ipſo firmamẽto ſiue celo ſidereo eſt circulus obliquus ſub quo motus ſol facit generationem & corruptionẽ in iſtis inferioribus, nam latio prima ſiue motus primi mobilis ſemper eſt uniformis & idem manens idem ſemper facit idem, ille ergo motus non erit cauſa contrariorũ, uel non erit cauſa generationis & corruptionis ut dicitur circa finem. 2. de generatione. Sed al latio circa obliquum circulum ideſt circa zodiacum ubi ſunt cõtrarii motus quia una pars illius circuli declinat ad meridiem alia ad ſeptentrionem, unde ille circulus ſic declinans & ſic obliquus contraria cauſat in iſtis inferioribus generationem uidelicet & corruptionem. In iſtis itaq; inferioribus eſt duo conſiderare generationem & corruptionem que ſunt contraria & cõtinuationem eorum que aliquo modo ad unitatem uergit, nam ipſum continuare quecunq; ſunt illa que continuantur aliquam uniformitatem ĩportat, ergo quia motus primi mobilis ẽ uniformis, motus obliqui circuli ſiue zodiaci eſt difformis quia ſol & planete ſub eo moti difformitatem habent nam in una parte illius circuli accedunt ad nos, ĩn alia parte recedunt a nobis, ideo generationem & corruptionem que ſunt difformia attribuemus obliquo circulo qui eſt ĩ celo ſidereo ſiue firmamento, continuationem autem generationis & corruptionis attribuemus lationi prime ſiue motui primi mobilis qui eſt ſemper uniformis & quia generabilia & corruptibilia ſunt bona defectiua & multum diſtãtia a primo principio, iuxta illud phi in fine de generatione, propter longe diſtare a primo principio non poſſunt perpetuari hec inferiora in ſeipſis propter quod reliquo modo compleuit Deus continuam faciens generationem & corruptionem ut que non poſſunt perpetuari in ſeipſis eadem numero perpetuentur ſuo ſimili eadem ſpecie. Quare ſi circulus obliquus ſiue zodiacus eſt in firmamẽto & ille circulus eſt cauſa deffectiua bonorum quia eſt cauſa generationis & corruptionis, firmamentum factum ſecunda die non ſolum eſt ſignum malorum operum ut dicebat Vgo, ſed etiam eſt cauſa defectiuorum bonorum ratione cuius forte non dictum eſt de factione firmamenti uidit Deus ꝙ eſſet bonum, eſt enim bonum firmamentum & bona ſunt generabilia & corruptibilia ſed ſunt bona ualde defectiua, ut ex hoc nõ dicãtur mala

4. Ratio. *2. de generatione te. com. 56.* *Motus zodiaci ẽ difformis.* *Tex. c. 70.*

& firmamentum quod eſt huius cauſa non ſit malum nec dicatur malum, ſed ex hoc taceatur de bonitate eius. Et hec ſufficiant de opere ſecunde diei.

Quod multe ſunt equiuocationes in operibus ſex dierum, & ꝙ equiuoce dicitur terra facta in pricipio, & que poſtea die Tertio arida eſt uocata. Cap. XXIII.

QVONIAM equiuocatio impedit intellectum, & multi per equiuocationis fallaciã ſunt decepti, ideo uolumus declarare quomodo ſcriptura ſacra multis equiuocationibus utitur in operibus ſex dierũ, & ꝙ cũ Deus aridã uocauit terrã ꝙ factũ ẽ Tertia die aliquo modo equiuoce ſumitur ibi terra ab illa terra de qua dicitur ꝙ in principio creauit Deus celum & terram. Quod autem ſint multe equiuocationes in operibus ſex dierum patet quia equiuoce dicitur celum cum dicitur in principio creauit Deus celum & terram & poſtea cũ ſubditur ꝙ ſecunda die factum eſt firmamentnm, & uocauit Deus firmamentum celum. Rurſus equiuoce dicitur dies cum Deus uocauit lucẽ diem &c. poſtea dicitur factum eſt mane & ueſpere dies primus. Tertio equiuoce dicitur aqua cum dicitur ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, et cum tenebre erant ſuperfaciem abyſſi ideſt ſuperfaciem aque, & quarto ut tangebatur, terra dicitur equiuoce ut eſt in principio facta & ut Tertia die arida eſt uocata. Propter primum ſciẽdum ꝙ uniuocũ ſemper dicit unam impoſitionem & ſi conuenit pluribus hoc erit ex ĩpoſitione una. Equiuocum autem ut equiuocum eſt loquẽdo de prima equiuocatione ſi conuenit pluribus hoc eſt ex pluribus impoſitionibus ut ſi ſunt duo homines quorum quilibet uocetur Petrus, homo dicetur de utroq; petro, & petrus etiam dicetur de utroq; petro, ſed homo dicetur uniuoce, petrus autem equiuoce qnia ex una impoſitione oẽs homines uocati ſunt homines, ſed ex una impoſitione non omnes petri uocati ſunt immo tot ſunt impoſitiones quot ſunt petri ergo ſi in principio creauit Deus celum & terram & poſtea ſecunda die factum fuit firmamentum & uocauit Deus firmamẽtum celum fuit ibi noua impoſitio ut primo factum ſit cœlum & poſtea ex uocatione diuina quaſi ex noua impoſitione firmamẽtum uocatum eſt celum, ergo non eodem modo celum ſumitur hic & ibi, nam cum in principio creatum eſt cœlum ibi celum accipitur pro empyreo, cum ſecunda die factum eſt firmamẽtum & uocatum eſt cęlum, ibi celum accipitur pro ſidereo. Poteſt qui.

Celũ ĩ primo die factũ et firmamẽtũ in.2. qđ dicitur celũ equoce dicitur.

Diſcrimen equiuoci et uniuoci.

Hõ de petro et petro dicitur uniuoce petrus de utroq; equiuoce.

Ex noua ĩpoſitiõe firmamẽtũ uocatum eſt cœlum.

dem celum ſumi equiuocè & uniuoce, nam quando nomen eſt unum & ratio eadem tunc eſt uniuocum, ſed quando nomen eſt unum & ratio diuerſa tunc eſt equiuocum, ſi ergo ſumatur celum ſecundum unã rationem ut quia pertinet ad quintam eſſentiam & quia non eſt de natura alicuius quattuor elementorum, ſed eſt neutrum a quolibet eorũ neq; eſt graue neq; leue ſic dicitur celũ uniuoce de oĩbus cęlis a globo Lune ſupra eo ꝙ ex una impoſitione predicatur de omnibus illis ſed poteſt ſumi cęlum ex diuerſis impoſitionibus ex alia & alia ratione & ſic poteſt dici cęlum de empyreo & ſidereo, ut empyreum dicatur celũ quaſi celſum, & ſydereum dicatur quaſi celans. Empyreum dicitur celſum quia eſt omnibus aliis cœlis ſublimis, & quia ſemper cęlum ſuperius continet alia, illud celum quia eſt omnino celſum & omnino ſuperius dicitur continere omnia. Vnde Damaſce. lib. 2. diffiniens cęlum dicit ipſum eſſe continentiam omnium uiſibilium & inuiſibilium quod proprie de celo empyreo uerificatur, cęlum enim empyreum continet omnia uiſibilia, ideſt omnia corporalia cum ſit celſius omnibus, & continet omnia inuiſibilia, ideſt omnia ſpiritualia loquendo de creaturis, quia cum uniuerſum ſit connexum oportet ſpiritualea eſſe ubi ſunt corporalia ut ſit connexio & unio utrorũq;, & uniuerſum ex creaturis corporalibus & ſpiritualibus compoſitum ſit unum & connexum. In quibuſcunq; ergo corporalibus ſunt creature ſpiritualis continentur a cęlo Empyreo, quia ſi ſunt in ipſo cęlo ſcilicet Empyreo continentur ab ipſo, ſi ſunt in aliis corporibus continentur ab eodem cęlo, cum omnia alia corpora contineantur ab ipſo. Empireum itaq; dicitur cęlum ideſt celſum & continens omnia, ſed non dicitur cęlum ideſt cęlans, quia dupppliciter aliquid celatur nobis uel ex carentia luminis quia non poſſumus ipſum uidere, uel ex opacitate corporis ut quia aliquod corpus opacum non tranſparens interponitur inter nos & aliquam rem, ut ex hoc aliqua res celetur & abſcondatur ut non uideatur a nobis. Cęlum autẽ Empyreum eſt totum lucidum & ſplendidum, ut non poſſit dici cęlum quaſi celans & abſcõdẽs ex defectu luminis quia eſt diaphanum & tranſparẽs, quia ſi ſecus eſſet corpora beatorum ibi exiſtentia non poſſent ſe inuicem uidere, quo poſito multum carerent de ſolatio & gaudio quod habẽt ex intuitiua uiſione poſſumus enim dicere ꝙ celum Empyreum aſſimilatur quaſi ſplendori flamme, quia in ipſa flãma ſi ponatur aliquid & potiſſime ſi ſit ſplẽdidum non celatur ab oculis ſed uidetur. In ipſo itaq; cęlo Empyreo quaſi in quadam flãma non ab ardore ſed a ſplendore erunt corpora

Cap. 6. Quid celũ ſecũdũ Da-maſcenũ.

Duobus modis aliquid occultatur

Beatorum longe lucidiora iſto celo & erunt quaſi quidã ſoles & quaſi quedam ſtelle illius celi ſe mutuo uidẽtia in ipſo celo, quia propter dia phanietatem & propter ſplenditatem propriorum corporum unum non celabitur alteri, ſed ſimul gaudebunt & letabuntur ex mutua uiſio ne. Concludamus ergo & dicamus ꝙ Empyreum non dicitur celum quia celans, ſed quia celſum, & ſidereum nõ dicitur celum quia celſum ſed quia celans cum tã celum Empyreũ ꝗ celum aqueum ſint celſiora ipſo, celat enĩ nobis omnia ſuperiora ut ultra celum ſidereum non trã ſeat uiſus noſter, bene itaq; dictum eſt ꝙ facto celo Empyreo ĩ pricipio poſtea ſecunda die Deus uocauit firmamẽtum celum, quia ex alia uo catione & alia impoſitione, & ex alia rõne põt dici celum hoc & illud. [I. Cor. 15.] [Dictorum collectio.]

Viſo quomodo non eodem modo ſumitur celum creatum in pricipio, & firmamẽtum uocatum celum ſecunda die uolumus declarare quo modo equiuoce dicitur dies, cum Deus uocauit lucẽ diẽ, & cũ factum eſt ueſpere & mane dies unus, nã cum Deus uocauit lucem diem ibi di es non poteſt ſumi niſi pro die artificiali que durat ꝗ diu lux eſt ſuper terram, ſed cum factum fuit ueſpere & mane dies unus, ibi dies ſumi tur pro die naturali qui tenet uiginti quattuor horas, & durat prout lux incipit ab oriente & redit ad oriens, & quia equiuoce dicitur dies prout ſtat pro artificiali, & prout ſtat pro die naturali, equiuoce dici tur dies pro luce & pro ueſpere, prout lux ab oriente iuit in in occidens & fecit ueſperam ſine aurora precedente, & prout iuit uerſus oriens, & fecit auroram & ſic fecit mane. Rurſus equiuocæ dicitur dies hoc modo & illo ſicut equiuocæ dicitur aliquid tale ſumptum cauſali ter & ſumptum formaliter, ſicut equiuocæ dicitur calidus ignis qui eſt talis formaliter, & Sol qui eſt talis cauſaliter, ſic cum dies ſit que dam pars temporis quia eſt una circulatio, uel eſt tranſitus totius cir culi prout ſumitur naturaliter, uel eſt tranſitus dimidii circuli pro ut ſumitur dies artificialiter, lux itaq; cum non ſit pars temporis hoc modo dicetur dies quia ex luce cauſatur dies, ſecundum quẽ modum diffinitur dies quia eſt latio ſolis ſuper terrã, nomine ergo diei intelligi tur aliqua pars temporis formaliter, ſed quia hoc cauſatur ex latione corporis celeſtis poteſt hoc corpori celeſti competere cauſaliter & ſi di catur ꝙ dies dicitur a dino quod eſt clarum, dicemus hoc dictum eſſe quia dies eſt latio ſiue motus uel ut uerius dicamus ẽ numerus motus a claritate cauſatus ſiue a claritate per preſentiam quantum ad diem artificialem, uel a claritate per abſentiam quantum ad noctẽ que cõiun cta diei artificiali conſtituit diẽ naturalem. Vtrũ aũt dies prout eſt tem [Dies ĩ pricipio gen. dicitur equiuoce.] [Calidũ formaliter et cauſaliter equoce dicuntur.]

pus uel pars temporis ſit numerus motus ſolis ſiue numerus motus lu cis ſecūdum ſe uel ut reuoluitur a primo mobili ut magis ſit numerus primi mobilis q̄ cuiuſcunqꝫ alterius non eſt preſentis ſpeculationis, tamen clare patere poteſt ꝙ tempus & quelibet pars temporis eſt numerus motus primi mobilis, & ſi pertinet ad alios motus hoc eſt prout referuntur ad primum motum, uel ut per eos innoteſcit primus motus. Habito quomodo in operibus ſex dierum poteſt ſumi equiuoce cęlum & equiuoce dies, uolumus oſtendere quomodo equiuoce ſumitur aqua cum dicitur ꝙ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, quia ibi aqua accipitur pro tota materia fluctuante ſiue pro toto quod eſt inter cœlum empyreum quod eſt ſtans inter elementum terre quod eſt etiā quid immobile & quid ſtans iuxta illud Terra autem in eternum ſtat. Et aliter accipitur aqua cum dicitur ꝙ tenebre erant ſuper faciē abyſſi ſiue ſuper faciem aquarum, quia ibi aqua non poteſt accipi ꝓ tota materia tunc fluctuante ſupra quam erat cœlum empyreum quia tunc celum empyreum eſſet tenebra, ſed accipitur ibi abyſſus pro aqua tunc immixta aeri ſuper quam eſt elementum ignis. Vel erat tūc purior pars elementi ignis que dicebatur tenebra quia ignis in propria ſphera non lucet, & nondum erat facta lux que illuminaret ipſam, ſic etiam poſſumus ad equiuocationem referre & alia loca ſcripture ubi ſit mentio de aquis. Poſt q̄ oſtēdimus ꝙ ſcriptura equiuoce loquitur de celo, de die, de aquis, uolumus oſtendere quomodo equiuoce loquitur de terra, q2 aliter accipitur terra cum dicitur ꝙ in principio creauit Deus cęlum et terram & aliter cum Tertia die dictum eſt ꝙ uocauit Deus aridam terram nam cum cęlum & terra in principio creata dicantur, ibi terra ſtat pro toto elemento terre, ſed cum Tertia die aridam uocauit terram, ibi terra non ſtat pro toto elemento terre ſed ſtat pro terra habitabili, quia congregatis aquis in locum unum terra habitabilis apparuit arida & uocata eſt terra. Sicut ergo dicebamus de cęlo ſic dicemus de terra, nā cęlum creatum fuit prima die, & poſtea ſecunda die uocatum eſt firmamentum celum quaſi ex alia uocatione & ex alia impoſitione ſicut cœlū prima die creatū & ſecunda die firmamentū celū uocatū ſic in principio, creata eſt terra & poſtea tertia die arida ideſt terra habitabilis uocata eſt terra quaſi ex dei uocatione & ex alia impoſitione ſit dicta terra in principio creata & arida terra tertia die uocata non enim eſſe poteſt ꝓ idem nomen conueniat toti & ſpecialiter conueniat alicui parti ꝙ nō ſit alia & alia ratione. Quod ergo totū elementū dicatur terra & ꝙ ſpecialiter terra habitabilis dicatur terra hoc erit ſecundum aliam

Aqua dicitur equiuoce ili. gen. Eccl. cap. I

Terra in Gē. dicitur equiuoce.

& aliã rationem et per conſequens hoc erit ſecundum aliquam equiuocationem, ergo ut cõmuniter ponitur & bene, totum elementum terræ dicitur terra ex natura quia eſt naturæ terree, ſed terra arida et terra habitabilis dicitur terra ex proprietate terre & ex ariditate, quia ſicut proprium eſt aque ꝙ ſit frigida poteſt tamen calefieri per ignem, ſic proprium eſt terre ꝙ ſit ſicca & arida, poteſt tamen humectari per aquã, ita aqua calida eſt per ſuã naturã & per ſuã formã ſubſtãtialẽ ſed aqua frigida eſt aqua non ſolũ per ſuã formã ſubſtantialẽ, ſed per ſuã proprietatẽ naturalẽ ut per frigiditatẽ, ſic totũ elementũ terre et partes ille que ſunt coniuncte aquis ſunt terra quantũ ad formã ſubſtantialẽ, ſed ſola terra arida eſt terra per ſiccitatẽ & ariditatẽ que nominat proprietatẽ terre naturalẽ. Dicamus ergo ꝙ terra habitabilis & terra arida poteſt dici terra dupliciter uidelicet ex forma ſua ſubſtantiali, & habet hoc cõmune cũ toto elemento terre & cũ omnibus partibus eius, & poteſt dici terra ex ſiccitate quaſi ex quadã proprietate naturali, & hoc habet ꝓpriũ ſibi terra habitabilis ut quaſi ſecundũ aliã rationẽ dicatur terra ab aliis partibus terre & ex hoc terra arida & terra habitabilis indigebat alia uocatione & alia impoſitione, poſt ꝗ ergo prima die creata eſt terra ſecundũ ſubſtantialẽ formã, poſtea Tertia die arida uocata eſt terra ſecundum proprietatem naturalem.

Quomodo congregate ſunt aque in locum unum & apparuit arida. Cap. XXIIII.

VIDETVR autẽ ex congregatione aquarũ triplex difficultas conſurgere una ex parte ipſius aeris cui ĩmixte erant aque, alia ex parte ipſarum aquarum que congregate dicuntur. Tertia ex parte ipſius aridæ ſiue ipſius terræ quæ apparuiſſe dicitur. Pro pter primũ ſciendũ ꝙ ut ſupra tetigimus cũ dixit Deus fiat firmamentũ in medio aquarũ, dupliciter põt exponi uel ut ipſũ cęlũ ubi ſunt ſtelle uocetur firmamentũ, uel ut ipſe aer firmamentũ dicatur, quos duos modos ponẽdi tangit Auguſt. 2. ſuper. Gene. ad literã in principio. Sed ſi pro firmamẽto accipiatur celũ ſidereum nullũ dubiũ reſultat quantũ ad hoc in preſenti materia, ſed ſi pro firmamento accipiatur aer ideſt illud interſtitiũ aeris quod diuidit inter aquas pluuiales & inter illas aquas inferiores tunc cum factum fuit firmamentum congregate ſunt aque, nihil enim fuit aliud dicere fiat firmamentum & diuidat inter aquas pluuiales & iſtas inferiores ideſt comprimentur aque & non iu-

1. Difficultas.

Cap. 1.

ficiant totum aerem ſicut nunc inficiunt & hec ſit ſexi impoſita aquis ꝙ non aſcēdāt niſi ſupra firmamētū ideſt ſuper illā partē aeris ſuper quā eſt continuū frigus, ad quas partes uenientes uapores inſpiſſantur, fiunt nubes & reſoluūtur in pluuiā. ſed cū aqua primitus infecta aere & cū nubes multū parū aſcendāt quia creditur ꝙ nō protendātur in altū cō plete per tria miliaria, de neceſſitate cōcluditur ꝙ in factione firmamē ti accipiēdo ꝑ firmamēto partem aeris iam dictā cōgregate & inſpiſſa te ſunt aque ut de cetero nō inficiāt totum aerē ſed ſolū iſtā partē aeris inferiorem quam nunc inficiūt. Propter quod ſciēdū ꝙ ut dicebatur in

Cap. 17. hac ſecunda parte huius operis ꝙ ſufficit ponere firmamentum eſſe factum eo modo prout magis cōcordat ſcripture ſacre, & ut patet per habita magis eſt conſonum ſacre ſcripture ꝙ firmamentum factum ſecunda die eſt celū ſydereum q̄ ꝙ ſit interſtitium aeris, quo poſito oīs huiuſ modi difficultas tollitur. Attamen ſi ponatur huiuſmodi firmamentū eſſe interſtitium aeris, dicemus ut tetigimus in prima parte, & ut tetigimus in hac ſecunda parte ꝙ accipiendo firmametum pro interſtitio aeris prima die fuit facta diſtinctio celorū, ſtatim enim eum dixit Deus fiat lux & facta eſt lux, illa lux incepit moueri contra motū primi mobilis & omnes orbes, & tam octaua ſphera ubi poſite fuerūt quarta die ſtelle q̄ omnes alii orbes planetarum ubi eadem die fuerunt poſiti omnes planete inceperunt moueri contra primū motum ut primus motus (cuius paſſio eſt tempus) fuerit ab ipſo primordio, & una cū tempore fuerit de quattuor coeuis, poſtea in factione lucis fuerunt alii motus per quos fuit facta diſtinctio celorum, poſtea ſecūda die in factione firmamenti, accipiendo pro firmamento interſtitium aeris fuerūt inſpiſſate & congregate aque uſque ad medium aeris interſtitium & ex hoc elementa ſuper illud interſtitium fuerunt mundata & purgata ſed ex hoc nondum apparebat terra, poſtea Tertia die quando dixit Deus congregentur aque in locum unum & apparuit arida fuit facta tanta in ſpiſſatio aquarum, & ita occupauerunt paruum locum ꝙ non cooperiebant totam terram, ſed ex tunc incepit apparere arida. Ad formam autem arguendi cum dicitur quod in factione firmamenti congregatæ ſunt aquæ & in ſpiſſatæ ſi accipiatur pro firmamento interſtitium aeris, patet quod tenendo hanc opinionem fuit facta duplex inſpiſſatio aquæ, una ſecunda die in factione firmamenti, per quam nondum apparuit arida, & alia in ſpiſſatio fuit facta Tertia die cum dixit Deus congregentur aquæ &c. & ex tūc incepit arida apparere. Sequendo quidem hanc opinionem erant aquæ

Aquarū cō dēſatio duplex.

primitu s ita rare & nebuloſe ut totum inficerent aerem, & etiam illā partem ignis quæ dicitur mixta, ſed poſtea ſecunda die in factione firmamenti fuerunt ita in ſpiſſatæ ut clarificarent ignem & aerem uſq; ad medium interſtitium, ſed poſtea Tertia die ſpecialiter dicuntur aquæ congregatæ, quia ita fuerunt in ſpiſſatæ, & ita occupauerunt paruum ſpacium ut non cooperirent totam terram, ſed appareret pars terræ arida. Sed dices quod & nunc aſcendunt aquæ uſquæ ad medium interſtitium, nec tamen propter hoc terra eſt inuiſibilis. *Dubitatio*

Ad quod de leui reſpondere poteſt quod nunc non tota aqua efficitur uaporalis nec tota ſic ſe immiſcet aeri, ideo non poteſt aerem ſic connubilare ut terra ſit omnino inuiſibilis, ſed tunc tota aqua erat ſic nebuloſa & ſic immixta ut ex hoc terra apparere non poſſet, nam & modo ex iſta modica infectione aliquando eſt tanta nebula, quia uix unus homo poteſt reſpicere alium & uix poteſt reſpicere terram, multo ergo magis erat tunc quando non pars aquæ nec aliqui uapores, ſed tota aqua ſic erat aeri permixta. Hoc itaq; modo dicemus accipiendo pro firmamento aerem, ſed non oportet in hoc multum inſiſtere, quia magis ſcripturæ ſacræ eſt conſonum, & illud eſt magis tenendum quia non in prima die in factione lucis fuit facta diſtinctio cœlorum, ſed tunc fuit facta diſtinctio angelorum, & fuit tam lux corporalis quod lux ſpiritualis diuiſa a tenebris Iuxta illud Vgonis libro primo, parte prima. ꝙ eodem prorſus tempo- ris momento quo uiſibiliter & corporaliter diuiſa eſt lux a tenebris inuiſibiliter quoq; ideſt ſpiritualiter angeli diſtincti ſunt a malis illis in tenebris peccati cadentibus, aliis ad luçem iuſtitiæ conuerſis ſecunda uero die in factione firmamenti facta fuit diſtinctio cœlorum, in Tertia quidem in congregatione aquarum diſtincto elementorum, itaq; eſt magis tenendum & magis conſonum ſcripturæ ſacræ quod firmamentum factum ſecunda die ſit cœlum ſydereum q̄ ꝙ ſit talis aeris interſtitium. Poſita & ſoluta difficultate prima de aere cui immixta erat aqua, uolumus ponere & ſoluere difficultatem ſecundā de ipſa aqua quę dicitur cōgregata. Circa quod eſt triplex modus dicendi ut uno modo dicatur aqua congregata & apparuiſſe arida, ut ſi in aliqua platea eſſent ſcilicet multi lapides ſiue multæ paleæ ut non finerent illam plateam apparere, poſſent illi lapides uel illę paleę congregari in aliquem locum & fieri ex eis aceruus ut ex tunc nō occuparēt totā plateam, ſed eam permiterēt apparere, ita uolūt quidā ꝙ ad uerbum diuinum fuerunt cōgregate aque quaſi in aceruum unū ut

Solutio. *Cap. II.* *2. difficultas.* *Propoſitū declarat ꝑ exemplū.*

ex tunc appareret arida, propter quod plane iſti dicũt ꝙ mare eſt mul
to altius terra, & ꝙ uirtute diuina tenetur mare ne cooperiatur terra,
Cap.38. & iſta poſitio uidetur multum cõſona ſcripture ſacre, quia legitur Iob.
Quis concluſit oſtiis mare quãdo erumpebat quaſi de uulua procedẽs
& ego Deus circundedi illud terminis meis & poſui uectem & oſtia,
Ps.32. & dixi uenies uſqꝫ huc & non procedas amplius & in pſalmo dicitur
Cap 8. congregans ſicut in utre aquas maris, & prouerbio. quando circunda
bat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines
ſuos. Hoc ergo modo uidentur aque congregate, quia faciunt quaſi
quendam mõtem & quendam aceruum, & uirtute diuina quaſi per
quedam oſtia & per quoſdam uectes retinentur ne cooperiant terram,
ſed ut ſupra diximus, fruſtra recurritur ad miraculum quando poſſu-
mus ſcripturam ſacram naturaliter ſaluare, immo uidetur Aug. mul-
Cap.1. tum inconueniens in principio .2. ſuper Gene. ꝙ in operibus ſex dierũ
ubi inſtituta eſt natura recurramus ad miraculum contra naturam, cõ
ſtat autem ꝙ aqua & omne humidum eſt male terminabile temino
proprio, naturale eſt enim ꝙ aqua deſcendat & tendat ad infima, ſi er
go aqua eſſet ſic congregata ĩmodum cuiuſdã acerui, & eſſet ſic altior
terra contra naturam teneretur ꝙ non cooperiretur terra, & ꝙ contra
naturam eſſet aliquid perpetuum, & ꝙ ſemper ſic teneretur aqua con
tra naturam ſuam uidetur ĩconueniens, quia ſecũdum omnes docto
re Deus ſic adminiſtrat entia ut proprios curſus agere non ſinat ad tẽ
pus. itaqꝫ uirtute diuina ignis ardens non calefacit quando proiecti fue
Dan.cap.3 runt tres pueri in medio ignis, & ad tempus quando filii Iſrael ingreſ-
ſi ſunt per medium maris erant aque quaſi murus ad dextram eorum
Cap.14. & leuam ut dicitur Exod. ſed ꝙ ſemper & perpetuo ſic teneantur aque
& ꝙ contra naturam aliquid ſit perpetuum ut uidetur non decet diui
nam ſapientiam. Propter hoc eſt ſecundus dicendi modus ꝙ congrega
tio aquarum non fuit niſi quedam in ſpiſſatio quia aque primitus rare
& nebuloſe occupabant magnum locum poſtea in ſpiſſate occupaue-
In glo.ſup runt minorem locum. hoc eſt ergo quod ait Beda ꝙ credi poteſt prima
Gen. rias aquas rariores fuiſſe que ſicut nebula tegerent terram, ſed congre
gatione eſſe factas ſpiſſas. Sed ad huc nõ uidetur hoc ſufficere, quia nõ
creditur eſſe de fraudatum elemẽtum aque quin ſit decuplum ad ele-
mentum terre ſicut elementum aeris eſt decuplum ad elementũ aque,
1. Meteo. cũ ſecũdũ pħm ex uno pugillo aque fiãt decẽ aeris, ſed ꝙ aqua ſit decu
Cap.1. pla ad terrã & nõ cooperiat terrã uidetur incõueniẽs ideo ut ſupra dixi
mus ad hãc ueritatẽ declarãdã quomõ cõgregate sũt aque & apparuit
arida

arida parat difficultatem ipſe aer cui immixta erat aqua, & maxime ſi accipiatur pro firmamento interſtitium aeris, ſed hoc in principio huius capituli ſatis eſt declaratum. Parat difficultatẽ ipſa aqua quomodo eſt congregata, parat & Tertio difficultatem ipſa arida quomõ potuit apparere, propter hoc eſt Tertius modus dicendi de congregatione aquarum ut ex hoc etiam ſoluatur difficultas de apropriatione terre ut dicamus ꝙ aqua non ſolum fuit congregata per alterationem ut quia fuit in ſpiſſata quod ſine alteratione fieri non potuit, ſed etiã fuit congregata ſecundum receptionem quia fuit tota recepta in concauitatibus terre, que ſunt tante ꝙ aque ſic recepte non poſſunt cooperire terram. Hoc eſt ergo ꝙ Beda ait exponens illud uerbum congregentur aque &c. quod potuit fieri ut terra ſubſidens partes concauas preberet quibus fluentes aquas reciperet. Que autem ſunt iſte concaue partes terre, & quomodo elementum aque non eſt de fraudatum quia debet eſſe circa decuplum q̃ terra, & quomodo ſunt intelligende authoritates ſcripture ꝙ aque maris ſunt congregate quaſi in utre, & quomodo Deus oppoſuit oſtia & uectes ne mare tranſiret fines ſuos in ſequẽtibus capitulis intendimus declarare. In preſenti autem capitulo ſcire ſufficiat ꝙ aque fuerunt dupliciter congregate per alterationem quia inſpiſſate, & per receptionem ſiue per localem motionem quia in concauitatibus terre recepte, & ad illas concauitates fluxere & localiter pertexerunt ut ex tunc poſſet arida ideſt illa pars terre quæ dicitur arida & que eſt habitabilis apparere &c. In glo. ſup Gene.

Quomodo ſine de fraudatione elemẽtorũ ſaluare poſſumus nãliter ꝙ aqua non cooperit totam terram. Cap. XXV.

VIDETVR iſtud capitulũ poſtulare ꝙ nos tractemus de proportionibus elementorum, quibus ſcitis inueſtigare poterimus quare aqua ẽt naturaliter nõ coopuit totã terrã. Poſſumus autẽ aſſignare quattuor ꝓportiones ĩter elemẽta iuxta illud Boetii. In numeris elemẽta ligas ut frigora flãmis cohereãt, Deus enĩ ligat elemẽta nũis ideſt ꝓportiõibus, ut frigora ideſt elemẽta frigidã cohereãt flãmis ideſt elemẽtis calidis, & humida cohereãt ſiccis, ut aer q ẽ calidus cohere aque que ẽ frigida, & aqua que ẽ humida coheret terre que ẽ ſicca & aer q ẽ humidus coheret igni q ẽ ſiccus. Has aũt ꝓportiões & has coherẽtias ſiue cõuẽiẽtias poſſumus (ut pdiximus) qua druplicĩter tãgere ut ſit una ꝓportio ſcdm q̃titatẽ materię alia ſcdm cõueniẽtiã q̃titatis Tertia ſcdm aliqualẽ equalitatẽ uirtutis. Quarta ſcdm uiciſſitudinẽ gñais Lib. 3. de cõſol. metro. 9.

erit itaq; prima proportio in elementis ſecundum quantitatem mate-
riæ. Credimus qnidem q tantnm ſit de materia in uno elemento
quantum in alio, uerum quia continue elementa generantur & cor-
runpuntur ex ſeinuicem non oportet quod iſtud tantum de materia
ſemper continuetur ſecundum eſſe punctale, ſed ſufficit ipſum conti
nuari ſecundum non notabilem exceſſum, quia unum elementum eſt
rarius alio, neceſſe eſt unum elementum plus occupare de loco q
aliud, & ex hoc unum elementum eſt rarius & formalius alio &
eſt continens aliud. Credimus enim quod aer ſit in decuplo rarior
aqua iuxta illud philoſophi quod ex uno pugillo aquæ fiunt de-
cem aeris, & quia ut diximus elementa proportionantur ſecundum
quantitatem materie, ſi tantum de materia in aere propter ſui ra-
ritatem occupat decies tantum quantum in aqua dicemus ſpheram
aeris eſſe decuplam ad ſpheram aque, ſic etiam quia credimus ignem
eſſe in decuplo rariorem aere, dicemus ſpheram ignis eſſe decu-
plam ad ſpheram aeris, ſic forte diceret aliquis ſpheram aque eſſe de-
cuplam ad ſpheram terre, ſed de hoc in hoc capitulo tractabitur. Secun
da proportio elementorum eſt ſecundū conuenientiam qualitatis, non
ſunt enim duo elementa ſibi inuicem coherētia & approximantia quæ
non conueniant in aliqua qualitate, ut ſi ignis coheret aeri & eſt pro-
ximus aeri conuenit cum aere in caliditate, differt autem in ſiccitate,
quia ignis eſt ſiccus, aer autem eſt humidus & ſi aer coheret aque &
eſt proximus aque conuenit cum aqua in humiditate, differt autem
in caliditate quia aer eſt calidus & aqua frigida. Eodem quidem mo-
do ſi aqua coheret terre, & eſt proxima terre, conuenit cum terra in
frigiditate, differt autem in humiditate, quia aqua eſt humida & ter-
ra ſicca, non ſunt ergo duo elementa proxima que nō differant in una
qualitate & conueniant in alia, ratione cuius eſt quædam proportio
inter ipſa. Tertia proportio inter elementa eſt ſecundum aliqualem
æqualitatem uirtutis, nam & ſi unum elementum eſt uirtuoſius & a
ctiuius alio, non tamen ſunt duo elementa proxima quarum unum ſit
tanto actiuius & tanto uirtuoſius alio q poſſit ipſum conſummere,
ſed ſemper reſeruantur in ſua proportione, ideo inter quælibet elemē
ta proxima eſt quædam æqualitas uirtutis ut unum non conſumat
aliud ſed in ſua proportione permaneant. Ad hanc autem equalitatē
uirtutis ut unum elementum non cōſummat aliud cōnumerantur .3.
due primæ proportiones & ſuper celeſtia corpora nam cum prima pro

Quatuor proportiones in elementis 1. proportio.

Vnū elemētū aliud cōtinet 1. meteurorū, c. 1.

2. pportio

Elemēta coherētia cōueniūt & differunt.

3. pportio

Elemēta pximi cōueniūt in equalitate uirtute.

portio tacta fuerit ſecundum equalitatem materiæ, ſecunda uero ſecũdum conuenientiam qualitatis, ex quo elementa ſunt æquata in materia ;& non ſunt duo elementa proxima que non conueniant in aliqua qualitate conſequens eſt ꝙ elementa proxima agentia & patientia ad inuicem equatio in materia & conuenientia in aliqua qualitate tenent ipſa ut unum non conſummat aliud ſed conſeruentur in ſua proportione. Tertium autem faciens ad hoc eſt ſuper celeſte corpus ubi ſaltem effectiuæ & uirtualiter aliqua ſigna uel alique ſtelle et aliqui planete ſunt calidi, aliqui frigidi, aliqui humidi & aliqui ſicci, & aliqui dominantur in una parte, aliqui in alia, aliqui uno tempore aliqui alio, & ſic circulariter ſicut apparet celeſte corpus circulariter uertitur, ideo ſi in una parte dominantur calida propter ſigna celeſtia, in alia parte dominantur frigida, in una parte dominantur humida in alia ſicca, & ſi in uno tempote hæc in alio illa, & ſic circulariter ſemper cœleſtia corpora in hac parte uel in hoc tempore faciendo elementis ipſis in alia parte & in alio tempore aliis ſemper fit reſeruatio elementorum ſecũdum ſe totum unum non corrumpatur ab alio. Quarta proportio elementorum eſt ſecundum uiciſſitudinem generationis ut ſi in hac parte aer inſpiſſatur & fit inde aqua, in alia parte aqua rarefit & fit inde aer. Credimus enim ꝙ in illa parte ubi ſol tranſit diametraliter ſupra mare propter nimiam caliditatem radiorum ſolarium multum de aqua rarefit & conuertitur in aerem, ut ex hoc mare reſtringatur, & ſe retrahat ſic & ſub aquilone & ſub ſtella nautica ubi eſt tanta frigiditas multum de aere inſpiſſatur & conuertitur in aquam, ut ex hoc aqua maris dilatetur & fluat, & ſic uiciſſim aer generatur ex aqua & econuerſo, & quia iſta ſunt omni die quotidiæ fit fluxus & refluxus maris, & potiſſimæ in illis ſcilicet maribus in quibus ex aqua matricæ ſiue ex magno mari magis fit diminutio & humida natura aquarum. Hæc omnia quidem narrauimus non propter elementa alia, ſed propter aquam & terram de quibus uolumus in hoc capitulo pertractare. Direximus quidem ſermonem noſtrum ad omnia elemẽta ut magis cognoſcat ĩtellectus noſter uerificari de aqua & terra que uerificantur de omnibus elementis. Aqua itaquæ & terra ſunt æquata ſecundum naturam ſicut alia elementa, & conueniunt in aliqua qualitate, & in aliqua æqualitate uirtutis, & potiſſimæ ut unum non poſſit omnino ſuperare aliud, ſed ſemper manent & manebunt in ſua proportione, & ſi eſt generatio & corruptio

In alia & alia pte elemẽti dominatur aliud & aliud ſignũ celeſte

4. pportio

inter ea ut ſi in una parte uel in uno tẽpore augmẽtatur aqua, in alia parte, uel in eadẽ parte alio tẽpore augmẽtabitur terra ut prediximus ſ ſua ꝑportione ꝑmaneãt. Aduertẽdũ aũt ꝙ licet aſſignauerimus quattuor ꝑportiões ſiue quattuor cõueniẽtias inter oĩa elemẽta, quia nulla ſunt elemẽta ꝑxima que nõ cõueniãt ĩ equalitate materię ĩ aſſimilatione alicuis qualitatis, ĩ aliquali equalitate uirtutis & potẽtie, & ĩ reciꝓca & mutua cõunicatiõe, poſſumus tñ q̃ntã ꝑportionẽ aſſignare ĩter aquã & terrã q̃tũ ad unitatẽ ſphere terre ut dicamus ꝙ licet elemẽtũ faciat ſuam ſpherã & circũdet elemẽtũ ſuperius totũ elemẽtũ ĩferius ut ignis faciat ſuam ſpheram & circũdat totam terram, ſed aqua & terra faciũt quaſi unã ſpheram. Imaginabimur qdẽ ꝙ terra habet ſuam formam rotũdam, ſup hanc aũt formam rotũdam ẽ una magna gibboſitas alta & eleuata, & ĩ hac gibboſitate ẽt ĩ forma hac rotũda terre ſunt multi mõtes & multę gibboſitates, cõcauitates, ipſa qdẽ gibboſitas propter ſui altitudinẽ & eleuationẽ remanet arida ut aqua nõ poſſit cooperire totũ ſpaciũ terre habitabilis que quaſi cõtinet quartam partẽ terre, ĩ hac autẽ terra habitabili ꝑpter ſuas aliquas cõcauitates ſunt flumina fluẽtia ad mare, & ſunt brachia maris, matrix aũt aqua uel magnũ mare fuit unam ſpheram cum gibboſitate terre ut patet ſi circumſcribatur figura. Hiis itaq̧ prelibatis dicemus ꝙ elemẽtũ aque nõ defraudatur ſua q̃titate, nã dato ꝙ ẽẽt d̃cupla maior aqua q̃ terra ſicut aer eſt decuplus q̃ aqua, & ignis decuplus q̃ aer, non tamẽ ꝑpter hoc aqua cooperiret terrã habitabilẽ, nã gibboſitas terre que ẽ terra habitabilis ẽ plus q̃ quarta pars terre ſed quod dicitur habitari minus de terra q̃ quarta pars hoc ẽ q̄a aliq̄d cooperit aqua de illa gibboſitate. Cõſtat aũt ꝙ quarta pars ſphere tenet medietatẽ diametri, nã ſi diuidatur ſphera ĩ quattuor partes cuilibet quarte reſpõdebit medietas diametri, gibboſitas ergo terre que ẽ aliq̄d plus q̃ quarta pars eleuabitur uel põt eleuari aliq̄d plus q̃ medietas diametri terre eleuetur qdẽ ꝑ octauã partẽ plus itaꝙ gibboſitas terre eleuętur ſuper terrã ꝑ medietatẽ diametri & quaſi per octauã partẽ, quo poſito diameter aque erit duplus ad diametrũ terre, & cõtinebit ulterius quartã partẽ, nã aqua faciẽs unam ſpherã cũ gibboſitate tantũ erit circa terram q̃tũ eleuatur gibboſitas terre, & q̄a gibboſitas terre cõtinet medietatẽ diametri idest octauã partẽ diametri aque ex una parte ſuperabit diametrũ terre per medietatẽ diametri, & octauã partẽ cõtinebit, itaꝙ diameter aque totũ diametrũ terre & bis octauam partẽ quo oĩa cõiũcta ſimul faciẽt bis diametrũ terre & quartam partẽ quod multiplicate cubice reſultabũt ĩde undecĩ & aliqd ul

Addit. 5. ꝓportiõem.

tra,tota ergo ſphera tam aqua q̃ terra erit ūdecies forma terre & aliqđ ãmplius,ſubtracta ergo ide undecima parte & ꝑpter formam terre,& ideo aliquo mō amplius ꝑpter gibboſitatē terre remanebit aqua de cupla ad terram ſiue ad formam terre.Scđm hoc ergo nō defraudatur aqua a ſua q̃titate,& ponendo ī terra prefatā gibboſitatē remanebit terra habitabilis diſcooperta aqs naturaliter qa ſi aqua cooperiret illam a ſcēderet,ſed forte queres ſi aqua cū illa gibboſitate facit unam ſpherā, & illa gibboſitas eleuatur ſuper terram per medietatē diametri & octauam partē,& ex hoc aqua ūdiq; eleuabitur ſupra formam terre tantū & per cōſequēs diameter aque exutraq; parte ultra diametrū terre cōtinebit medietatē diametri & octauā partē,uel ꝙ idē ē cōtinebit bis diametrū terre & quartam partē,quare oportebit hoc multiplicare cubice ut ſciatur tota q̃titas ſphere.Ad quod dicimus eſſe in rotūdis corporibus ſecūdū diametres & ī quadratis ſecūdū ſuperficiē ut ſi eſſet aliqua archa que ī qualibet facie eſſet unius palmi,& alia que ī q̃libet facie eſſet duorū palmorū,accipemus cubitū binarii & diceremus bis duo 4or bis ꝙ q̃tuor octo & cōcluderemus ꝙ archa habēs ī qualibet facie duos palmos cōtineret octo archas habētes ī qualibet facie unū palmū,ſic ſi eſſet aliqua ſphera cuius diameter eſſet duplex ad aliam diametrū alterius ſphere illa ſphera cōtineret octo de illis, quare ſi diameter aque cōtinet bis diametrū terre & quartam partē qa duo et quarta,multiplicata cubice faciūt undeci & aliqd amplius habebūt ſe aqua & terra ſecūdū ꝑportionē ꝑdictam,& erit aqua decupla ad terram,& tamē non coopiret & terrā totam. Aduertēdū aūt ꝙ diximus gibboſitatē terre ſe pretēdere ſuper terram per medietatē diametri & octauam partē,& ex ho cōcluſimus ꝙ diametrū aque facientis unā partē cū gibboſitate terre ē bis diametrū terre et quarta pars,ut ex hoc cōcluderemus terram eſſe undecimam partē illius ſphere,& aquam eſſe decē partes,ut ex hoc ſaluaremus aquam eſſe decuplam ad terram & nō cooperire totam terrā ꝙ ſi ratio huius nō ē pūctaliter facta, pōt quis ponere gibboſitatē terre aliqd plus uel aliqd minus & ſic ſaluare pūctaliter ꝑportionē. Aduertēdū ēt ꝙ dicet aliqs et ſatis rōnabiliter ꝙ nō oportet aquam eſſe decuplam ad terram qa nō ē terra tanto dēſior aqua q̃tū aqua aere, quia ſi aer ē decuplus ad aquam quia ē tanto rarior aqua ꝙ unus pugillus aque facit decē aeris. Aduertēdū ēt nos nō deſcripſiſſe mōtes tam in forma terre q̃ ī gibboſitate terre ꝙ ibi ſint ubi eos deſcripſimus, ac ſi uellemus deſcribere mappam mūdi, ſed ſolū hoc fecimus ad oſtendēdū ꝙ tam ī forma terre q̃ ī gibboſitate eius ſunt mōtes. Quot aūt ſunt huius

Dubitatio

Solutio.

ſiniſtrum ſiue ab oriēte in occidens,& econuerſo a b occidente in oriens. Eſt autē alia differētia motus penes uelox & tardum,uel ſecundum citius & tardius cōplere curſum ſuum,quia ſaturnus cōplet curſum ſuū in.30.annis Iuppiter in.12.& ſic de aliis.Hiis ita prelibatis dicemus aliquos negare in celo ecentricos & epiciclos ut patet per Comentat. in. 12.meth. & per Alpetraguum q ſi ſic eſt ꝙ planetæ non habeant ecentricos & epiciclos ſed ſolum moueātur per motum ſpherarum ſuarū nullus poſſet negare quin ſphere planetarum ſint diuiſe in ſe & ſint diuiſe ab octaua ſphera,quod patet ex ipſis motibus,nam octaua ſphera ſiue firmamētum dicitur ī ſeptē millibus annis ꝑficere curſū ſuū ſaturnus uero totum ſuum curſum cōplet ī.30.ānis.Iuppiter ī.12.Mars.in duobus reliq ſuo tēpore,quod eſſe nō poſſet ſi oēs huiuſmodi ſpheræ eſſent una ſphera,ſed ponētes ecentricos & epiciclos nulla ratio cogit quī oēs ſphere planetarum poſſint facere unum corpus cū octaua ſphera,quod nō ponendo non poſſunt,niſi forte aliquis uult infatuas opiniones incidere,dicens ꝙ ſtelle per ſe mouentur in orbibus ſicut piſces mouentur in aquis,qa tunc eſſet ſciſſio orbis,uel eſſet uacuum,uel eſſent duo corpora in eodē,uel niſi quis uellet ī aliam fatuam opinionem incidere q ſicut aqua manens continua poteſt ſecundum unā partem moueri ad unum locum,& ſecundum aliā ad aliū locū,ſic poſſūt & orbes,ſed hoc nō eſt ſine ſciſſione aque,ſic hoc nō poſſet poni in orbibus ſine ſciſſione orbium,ſed cū celi ſint ſolidiſſimi nullā ſciſſurā pati poſſunt iuxta illud Iob.Tu forſitam cum eo fabricatus es cœlos qui ſolidiſſimi ſunt quaſi ere fuſi ponendo tamen ut diximus ecentricos & epiciclos nihil obſtat quin omnes predicte ſphere ſint una & eadē ſphera,hoc eni nō impedit primā differētiā celeſtiū dēſum & diaphanum qa qcqd ponamus niſi uelimus in fatuas opiniones incidere,de neceſſitate ponere cogimur unum & idē corpus cōtinuum eſſe parti dēſum & parti diaphanum,nā ſi planeta nō habet epiciclū nec ecētricū, ſed ē fixus ī ſuo orbe,unus & idem orbis cōtinuus erit ī una parte denſus ubi eſt planeta & in alia diaphanus ubi eſt alia pars orbis,ſecundo hoc nō īpedit differentiā ſecundā penes ſurſū & deorſū qa tātū eſt ſpatiū a luna uſq ad celū ſidereū ꝙ ī tāto ſpatio poſſūt deſcribi deferētes uel ecētrici maiores & minores qa ſaturnus habebit maximū circulū deferentē uel maximū ecētricū q deferēs uel ecētricus erit ī orbe quaſi medulla inſoſſe que eſt cōtigua oſſi & non continua,& ſi eſſet in ipſa medulla ītelligētia mouēs poſſet moueri medulla motu ꝓprio uelocius oſſe, uel in cōtrariū oſſi,ſed eſſet os in modū circuli & medulla in ipſo,poſt

Planetarū curſus.

Com.45. ī li.d ſphera mota

Cap.37.

Saturnũ, habet q̃dem maximũ deferentem & ecentricũ Iuppiter, & ſic de aliis. Poterimus ergo ſaluare ponendo unã ſpherã tãtũ, ſed ponẽdo uarios deferentes aliquos planetas eſſe ſuperiores aliquos inferiores, quia habentes maiores dominãtes ſunt ſuperiores, minores ĩferiores. Tertia ẽt differẽtia penes motũ ad dextrũ, uel ad ſiniſtrũ, uel penes motũ uelocẽ & tardũ nõ ĩpedit, quia ſphere planetarũ non poſſunt habere aliũ motũ ab octaua ſphera celi, ergo planetæ poſſunt dici unum celũ cũ octaua ſphera, & poſſũt dici alii celi ab octaua ſphera, nã q̃tũ ad ipſas ſpheras poſſũt dici unũ celũ, & fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per unũ, ſphera ergo poteſt fieri una ſed deferentes debent dici plures, & debent dici alii & alii, erũt ergo ſeptẽ planetarũ ſeptẽ deferẽtes reſpectu quorũ celũ ſydereũ poteſt dici octaua ſphera. Rurſus ꝑpter deferẽtes ſiue ecentricos planetarũ ponimus epiciclos, quia aliquando uidemus planetas retrogrados, aliq̃ñdo directos quod ex deferẽtibus tãtũ ſaluare non poſſumus. Siquis tamen uellet ponere ſpheras planetarũ non eſſe unũ corpus cõtinuũ cũ octaua ſphera de leui reſpõdetur ad Argumentũ q̃a cũ dicitur ꝙ Deus poſuit luminaria ĩfirmamẽto celi q̃tũ ad planetas dicemus ꝙ illa luminaria ſũt poſita ĩfirmamẽto idest ſub firmamento q̃a ſub celo ſidereo tñ ex quo ſphere planetarũ non habẽt aliũ motũ ab octaua ſphera ſed d̃ferẽtes & epicicli habẽt aliũ motũ non uidemus quare ſphere planetarũ non poſſint poni unũ corpus continuũ cũ octaua ſphera exiſtentibus deferentibus planetarũ & epiciclis in illo corpore non continuis ſed contiguis ut poſſint planete ꝑ eos ꝓprios & uarios habere motus. Erit itaq; octaua ſphera unũ corpus cõtinuũ cũ omnibus ſpheris inferioribus, in quo ſũt multe uarietates ſicut in eodem corpore animalis ſunt multe uene per quas currit alius & alius ſanguis, & multa oſſa in quibus ſunt alie & alie medulle, licet uene & oſſa in animali non ſe habeãt circulariter quia ipſũ animal nõ eſt figure circularis, ſic in ipſo celo erũt multi deferentes circulariter ſe habentes qui mouebũtur in huiuſmodi corpore quaſi medulla in oſſe ſi eſſet os & medulla ad modũ circuli quod ponimus in celo quia eſt figure circularis non in animali quia non habet circularem figurã Hoc aũt ſatis uiſus eſt imaginari Auicenna cũ dixit ꝙ cœlum eſt anima lobediens deo. Ex hoc aũt poſſumus ſaluare numerũ motorũ ꝙ tot erũt motores quot ſunt ſphere celeſtes, & quot ſunt deferẽtes & epicicli. Et ſi dicatur ꝙ in. 12. ponuntur motores. 47. uel. 55. Dicemus hoc nõ dixiſſe philoſophum ſecundũ mentem propriã, opinio enim ſua ꝓpria ẽ ꝙ tot ſunt ibi motores quot ſunt ibi motus, & quot ſunt ibi mobilia.

Collatio animalis ad cœlũ penes partes. *Dubitatio* *Tex. c. 47* *Solutio.*

Et quia

Et quia aliqui aſtronomi tunc tēporis ponebāt ibi eſſe.47.motus,alii.55.ideo dixit phs tot eſſe motores,īmo ſi poneremus ſpheras planetarū nō eſſe cōtinuas cū octaua ſphera,nō ꝓpter hoc cuilibet ſphere daremus ſuū motorē cū dictis ſpheris nō demus aliū motū ab octaua ſphera.Ex hoc etiā magis cōcordamus cū ſcriptura ſacra dicēte ſolē & lunā & omnes ſtellas eſſe in firmamēto celi,quia ex quo omnes ſpheræ planetarū faciūt unū corpus cū octaua ſphera quod dicitur firmamētū oīa huiuſmodi luminaria ſūt in firmamēto celi, & oīa huiuſmodi luminaria habētia ſuos deferētes & ſuos epiciclos habēt eos in firmamēto celi In ſuper ex hoc magis cōcordamus cū ſcriptura ſacra dicēte fiat firmamētū in medio aquarū & diuidat aquas ab aquis,nā cū tūc tēporis aq̄ ſecūdū ſanctorū ſentētiā eſſēt rare & nebuloſe & inficerēt oīa elemēta ſi a globo lunari ſupra cū octaua ſphera ē unū corpus quod dicitur firmamētū,cū huiuſmodi corpus ſit inter celū criſtallinū quod dicitur a queū nō a frigiditate ſed a diaphaneitate,& iſta elemēta que erāt infecta aquis & ex hoc poterāt dici aque,ideo cōgrue dicitur firmamētū eſſe factū īter aquas & aquas.Aduertēdū tamen ꝙ in hac materia diuerſimode locuti ſunt ſancti & doctores,& nos ipſi multotiēs nō curauimus de mō loquēdi,& ideo ſiue dicatur unū celū & una ſphera a globo lunari uſq; ad celū ſidereū,ſi dicātur eſſe octo celi & octo ſphere qa ſeptē celi & ſeptē ſphere ſeptē planetarū,& octaua ſphera celū ſidereū, patet oīa hec uerificari poſſe,nā ꝓpter unitatē totius corporis eſt una ſphera & unū celū ꝓpter diuerſitatē aūt deferētiū & ecētricorū poſſūt dici multe ſphere & celi multi.Aduertēdū aūt ꝙ unū animal ut puta unus homo uel unus leo dicitur eſſe unū corpus nō tamē oīa que ſunt in ipſo ſunt cōtinua ut medulla nō ē cōtinua oſſi,ſed cōtiguā,& ſāguis nō eſt cōtinuus uene ſed cōtiguus,ſic pōt a globo lunari uſq; ad octauā ſpherā includēdo ipſā ſpherā octauā dici unū corpus ꝓpter cōtinuationē totius nō tamē oīa que ſūt in eo ſunt cōtinua,quia deferētes ſiue ecētrici nō ſūt cōtinui cū huiuſmodi celo,ſed habēt ſuos ꝓprios motus per quos deferūtur planete & epicicli ubi ſunt fixi planete nō ſunt continui ipſis circulis deferētibus,& ide eſt ꝙ habēt ſuos motus ꝓprios per quos dicitur planeta retrogradus uel directus.Si enī eſſet unū os tātū rotūdū ad modū circuli & eſſet plenū medulla nō cōtinua oſſi ſed cōtigua & ī illa medulla ēēt quaſi quoddā pomū nō cōtinuū medulle ſed cōtiguū & ī illo pomo eſſet fixa qdā gēma,medulla ſe haberet ut circulus deferēs ſiue ut ecētricus,pomū ut epiciclus,gēma ut planeta , ſcdū hoc ergo ſaluata congruitate totius a globo lunari cū octaua ſphera poſſu-

Collatio p exē. ſubiectæ mē cōmoda.

Not. mus ſaluare diuerſitates motuũ planetarũ p deferẽtes & epiciclos. Ad uertendũ etiã ꝙ ſicut in animali omnes partes non ſunt eque denſe qa os eſt denſius carne. Sic in huiuſmodi celo omnes partes non ſunt eque denſe quia ſtella eſt denſior orbe, imo partes ille ubi collocati ſunt pla nete ſiue ſint deferentes ſiue epicicli, ſiue alie partes celi ſunt ita rare ꝙ ſunt diaphane & tranſparentes, differunt tamen hec in animalibus & in cœlo quia in animalibus partes magis rare ſunt magis paſſibiles, ſed in cœlo ita eſt impaſſibilis & ita inalterabilis & ſemota ab omni peregrina impreſſione pars rara & denſa, ſi ergo cum aliquo Inſtrumẽ to ferreo eſſet in cœlo ita eſſet impoſſibile ſibi infigere aliquid in partẽ raram ſicut in denſam. Aduertendum etiam ꝙ ſicut in eodem animali omnia que ſunt in ipſo non ſunt eiuſdem qualitatis formaliter, quia a. liqua mẽbra ſunt ibi calida & aliqua frigida, & aliq humores ſunt ibi calidi, aliqui frigidi, aliqui humidi, & aliqui ſicci. His tamen omnibus non obſtantibus totum animal dicitur unũ corpus, ſic in ipſo cœlo nõ formaliter ſed effectiue alique ſtelle ſũt calide alique frigide, alique hu mide & alique ſicce. His tamen omnibus non oſtantibus a globo l una ri ſupra cum octaua ſphera modo quo diximus dici poterit unum cor pus. Secundum hoc ergo ſunt Tres celi & decẽ celi, nã ſi a globo luna ri ſupra cũ octaua ſphera computatur unum celũ quod dicitur firma mentum erunt Tres celi, uidelicet celum firmamẽtũ, celũ aqueũ, quod dicitur criſtalliuum, uel quod dicitur ultimum mobile, & empyreum quod dicitur celũ angelorũ, ſed ſi a globo lunari ſupra cũ octaua ſphe ra dicantur octo celi propter ſeptem deferentes ſeptem planetarum, & propter celũ ſidereũ, tunc erunt decẽ cęli ut eſt per habita manifeſtum.

Pars magis rara i aiali ẽ magis paſſibilis.

Not.

Alique ſtelle cauſaliter frigide alique calide.

Quod non obſtantibus condenſationibus in partibus illis celeſtibus ubi luminaria ſũt producta, nulla uacuitas eſt in celo, ubi multe raritates traduntur ad naturalia cũcta pficue. Cap. XXXIII.

DICEBATUR aũt ſup̃ ꝙ nõ p alterius forme ſubalis ſuſceptio nẽ ſed per ſolã cõdẽſationẽ prima die facta ſt lux, ſic ẽt p ſolã huiuſmodi cõdẽſationem facta ſunt quarta die oĩa luminaria celi Sol, Luna, & ſtelle, merito ergo poteſt aliquis dubitare ꝙ in cœlo ſint multe uacuitates, nam ſi materia illa unde facta eſt lux prima die ab ipſo primordio erat denſior q̃ alie partes orbis, ſed non erat ita dẽ ſa ꝙ luceret, ſed ad uerbum diuinum cum dixit Deus fiat lux illa ma

Dubitatio I.

teria fuit magis condenſata & lucere cœpit cum materia magis con-denſata occupet minorem locum uidetur ibi quoddam uacuum re-manſiſſe. Rurſus ſi illa eadem materia unde fuit facta lux quarta die poſtea magis condenſata factus fuit inde Sol uidetur ibidem magis uacuum remanſiſſe. Amplius ſi partes ille celeſtes unde facti ſunt pla nete & alie ſtelle ab ipſo primordio habebant quandam denſitatem ſed non tantam ꝙ lucerent, ſed poſtea quarta die partes ille fuerunt magis condenſate & fuerunt inde facte Luna & aliæ ſtellæ uidetur ꝙ in omnibus illis partibus remanſit quoddam uacuum cum corpus cō denſatum non occupat tantum locum ut primitus occupabat. Scien-dum ergo ꝙ aliter operatur Deus, & aliter agentia alia, nam Deus operatur immediate per ſuam ſubſtantiam, omnia autem alia agentia operantur mediante aliqua uirtute, ſiue mediante aliqua qualitate, uel mediante aliquo accidente. Vnde & Comentat. uult ſuper .7. ꝙ nulla actio egreditur immediate a forma ſubſtantiali, ſi autem que ratur huius cauſa, triplex cauſa poterit aſſignari ut ſit prima ex par-te diuinæ ſimplicitatis. Secunda ex parte diuine perfectionis. Ter-tia ex parte diuinæ infinitatis. Prima uia ſic patet, nam ab eſſentia eſt eſſe; a potentia poſſe, uel Agere, Vnde Auguſtin. 7. de Triniti. uult ꝙ ſicut ab eſſentia eſt eſſe, ita a potentia eſt poſſe, uerum quia Deus eſt tante ſimplicitatis quia ſua eſſentia eſt ſua potentia, & ſua uirtus ideo actio quæ immediate egreditur a uirtute dicitur in deo im mediate egredi a ſubſtantia qa eadē eſt ibi ſubſtātia ꝙ ſua uirtus, ſed in creaturis non eſt tanta ſimplicitas ꝙ idem ſit ibi eſſentia ꝙ ſua potentia uel uirtus ſed potentia in creaturis eſt quoddam accidens & quedā qua litas ſuper addita ſubſtantie uel eſſentie creature ut potentia actiua & uirtus per quam agit ignis eſt calor qui ē quedam qualitas, & quoddā accidens ſuper additū ſubſtantie ignis, & qa potētia actiua ſiue uirtus in creaturis aqua egreditur imediate actio eſt quoddā accidens & que dam qualitas & non eſt ipſa ſubſtantia creature, inde dictum eſt ꝙ nul-la actio egreditur īmediate a ſubſtantia creature, quod idē eſt dicere ꝙ creatura non eſt tante ſimplicitatis ꝙ ibi idē ſit ſua ſubſtantia quod ſua potentia, uel ſua uirtus. Secunda uia adhoc idem ſumitur ex parte di-uine perfectionis, nā res que agit intelligitur aliquo mō eſſe pfecta, nā unū quodꝙ tūc perfectū eſt cū pōt ſibi aliquod ſimile facere, ſed i deo omnes huiuſmodi perfectiōes trāſeunt in ſubſtantiam. unde Auguſt. 5. de triniti. uult ꝙ in deo nihil ſit per accidens. Et idē Auguſt. ait ꝙ Deus eſt ſine qualitate bonus, ſine quātitate magnus, bonitas ergo ī deo non

Dubitatio 2.

Dubitatio 3.

Solutio.

Dei ſp ſuā ſubſtantiā opatur.

Com. 31.

Cur deus ī mediate agat.

1. Ratio.

Cap. 1.

Virtus in deo ē ſubſta ī creaturiſ ē accidens

2. Ratio.

Cap. 2.

6. De Tri.

Cap. 7.

eſt qualitas ſed eſt ſua ſubſtātia,& magnitudo ī deo nō eſt q̄titas que ē accidēs ſed eſt ſua ſubſtātia,& qa Deus per ſuā ſubſtātiā ē perfectus, ſi ex hoc dicitur res perfecta quia pōt agere Deus agit per ſuā ſubſtātiam ſed creatura perficitur per ꝓprietates & accidētia ſup addita ſubſtātie, & per huiuſmodi perfectiōes agit que nō ſunt ſua ſubſtātia ideo ī creatura actio nō dicitur īmediate egredi a ſua ſubſtātia quod idē ē dicere ꝙ creatura nō eſt eo modo perfecta ita ꝙ ſue perfectiōes ſint ſua ſubſtātia.

3.Ratio. Tertia uia ad hoc idē ſumitur ex parte diuine infinitatis, Deus enī

In li.d tr. ꝓpter ſuā īfinitatē nō determinatur ad aliquod predicamētū.Et ſi dicatur ꝙ Boetius dicit duo predicamēta eſſe in deo ſcilicet ſubſtātiā & relationē,illa predicamēta ſumūtur equoce hic & ibi,ſubſtātia enī que ē ī deo nō ē eiuſdē rōnis cū ſubſtātia de qua loq̄tur phs que ē unū de decem predicamētis,& relatio que eſt ī deo lōge ſemota eſt a relatione q̄ phi dixerūt unū eſſe de decē predicamētis qa huiuſmodi relatio ē accidēs,ī deo aūt nullū accidēs eſſe pōt,nō dicimus aūt quī ſit aliqua ſimilitudo uel aliqua analogia ſubſtātie create ad ſubſtātiā diuinam & relationis in creatura ad relationē in deo,ſed non ē illa ſimilitudo & analogia ꝙ ſubſtatia ī deo determinetur ad predicamētū ſubſtantie quod predicatur de creaturis,nec relatio in deo determinatur ad predicamētū relationis quod ē accidēs in creaturis,qa ī deo nullū cadit accidens id ergo ꝑ quod agit Deus eſt ſua ſubſtātia,ſed qa illa ſubſtātia eſt incōprehēſibilis & infinita,& eſt quoddā pelagus claritatis & perfectionis, ideo includit in ſe ꝑfectiones oīū generū,ꝓpter quod dicit phs.5. meth. ꝙ eſt quoddā ꝑfectū quod īcludit ī ſe ꝑfectiones oīū generū,& iſta eſt ꝑfectio primi principii uidelicet dei,imo non ſolū oēs perfectiones que ſūt ī q̄buſcūq; generibus ſed oēs perfectiones que ſunt & que poſſūt ēē ſunt in deo itaq; in eo ſunt multe perfectiones.Hoc eſt ergo quod uult Dyoni.ꝙ laudare nos conuenit eū qui eſt īfinitorū nominū,nā qa ſecūdū quandā perfectionē pōt nominari Deus ut ſecundū ſapiētiā dicatur ſapiens ſecundū iuſtitiā iuſtus & ſic de aliis,qa ergo ipſe eſt īfinitarū ꝑfectionū conſequēs eſt ꝙ ſit infinitorū nominū.Reuertamur ergo ad ꝓpoſitū & dicamus ꝙ quia Deus īmediate agit per ſuā ſubſtantiā pōt īmediate ꝓducere ipſā ſubſtātiā creatura uero qa id per quod īmediate agit ē accidēs nō pōt īmediate ꝓducere niſi accidēs.

proportio et analogi a di et cre ature.

Tex.c.21.

Li.12.d diuinij nominibus.

Dubitatio Sed dices ꝙ etiam ipſam ſubſtantiā ꝓducit agēs creatū ſiue agēs naturale,qa ipſā materiā ſua ſubſtantiali forma expoliat agēs naturale,et eam induit alia forma

Solutio. Dicemus ergo ꝙ agēs naturale habet poſſe in ipſam ſubſtātialē formā non immediate ſed mediātibus accidentibus, ut ignis poteſt expoliare

aere ſua ſubſtantiali forma non imediate, ſed mediāte caliditate quia poteſt tantũ calefacere aerẽ ꝙ cũ tanto calore non põt ſtare forma aeris ſed introducitur ibi forma ignis. Erit ergo una differẽtia ĩter agẽs creatũ & Deũ, qa ipſe Deus habet poſſe ĩmediate ſuper ipſam ſubſtantiã, ſed agens creatũ non habet ſuũ poſſe ĩmediate ſuper ipſam ſubſtantiã ſed hoc habet mediāte aliquo accidente ut multipliciter ẽ p habita declaratũ. Ex hac aũt differẽtia ſeqtur alia ꝙ Deus attingit rẽ que eſt ſubſtantia ut eſt ſubſtantia cũ ĩmediate & ſecũdũ ſe attingat ipſam ſubſtãtiã, ſed agens creatũ per ſuũ poſſe ſi attingit rẽ que eſt ſubſtantia nõ attingit eã ut eſt ſubſtantia ſed ut cõparatur ad accidentia cũ nõ attigat eã niſi per accidentia Agens itaq; creatũ hoc modo ſubſtantiã attingit qa inducit accidentia que contrariãtur ſubſtantie, qbus ĩductis oportet ꝙ tollatur ſubſtantia ſicut tollitur forma aeris cũ tantũ eſt calefactus ꝙ illa calefactio ſic contrariatur ſue forme ꝙ non põt ulterius ibi ſtare huiuſmodi forma ideo ſapientes phi oẽs generationes & corrupiones dixerũt eſſe ex contrariis & ĩ contraria, & oĩa hec ad contraria reduxerũt. Ex hoc aũt patet ꝙ nullũ agens naturale ſiue mediate ſiue ĩmediate nullũ poſſe habet in ipſã materie eſſẽtiã, ꝙ poſſit ipſã eſſentiã materie tollere, quia nulla accidentia contrariantur eſſẽtie materie, ſed cũ qbuſcũq; accidentibus ſtat eadẽ eſſentia materie, nã eadẽ eſſẽtia materie numero mõ ẽ ſub ſũme calido, mõ ẽ ſub ſũme frigido, mõ ſub medio, poteſt tamen agẽs naturale tollere eſſentiã forme, quia non ſtat eadẽ eſſentia forme cũ qbuſcũq; accidẽtibus, ut forma ignis nõ ſtat cũ frigido, & forma aeris nõ ſtat cũ ſũme caldo & ſic de aliis. Agẽs itaq; naturale quia nõ agit niſi per accidẽtia nõ põt tollere eſſentiam materie cui nulla accidentia ſũt cõtraria, ſed poteſt tollere eſſentiam forme cui in hoc contrariantur accidentia aliqua, quia non ſtat cũ quibuſcũq; accidentibus. Ex hac aũt differẽtia ſequitur alia ut quia nõ poteſt tollere eſſentiam materie, neceſſe eſt ꝙ preſuppõat eſſentiam materie, nõ aũt ſic preſuppõit eſſentiã forme. Ex his ẽt ſeqtur differẽtia. 3. ꝙ nõ poſſit tollere q̃titatẽ materie ut ꝙ poſſit eã augmẽtare niſi addito q̃to qa nõ poſſet facere ex materia que eſt in uno pugillo eſſe tantũ de materia q̃tũ ẽ in duobus pugillis niſi addito q̃to, uel addito aliquo corporeo ideo dicit phs i ude Generati. in capi. de augmento ꝙ debemus ſupponere augmẽtũ fieri per additionẽ alicuius corporis, põt enim agens naturale rarefacere, ſed ex hoc ſecũdũ phm non proprie augmentat, ſed maiorem tumorem generat. Concludamus ergo & dicamus ꝙ ſicut ipſa eſſentia materiæ ſtat cum quacunq; raritate plurificabili in natura, & cum

Deus attĩgit ſubam ut ſubā creatura attĩgit ſubam ſed non ut ſubſtãtia.

1. Phi. 41. & .42.

Agẽs creatũ ſuppõit ſubiectum neceſſari a nõ aũt agẽs diuinum.

1. de Gene. tex. cõ. 31. et. 32.

quacunq; calefactione & infrigidatione & condenſatione, & cũ oĩbus huiuſmodi permutationibus, ſic ſtat ipſa quãtitas materie perquã materia eſt multa uel pauca, quia in oĩbus huiuſmodi permutationibus uon minuitur materia neq; creſcit, quia ſi ex aqua fiat aer, uel quodcũq; aliud corpus, illud idem & tantum nec plus nec minus quod erat de materia ſub forma aque fit ſub forma aeris uel cuiuſcunq; alterius corporis. Ex quo manifeſte ſequitur ꝙ agens naturale ſicut nõ poteſt tollere eſſentiam materie ſed neceſſe eſt ipſum ipſam ſupponere ſic nõ põt tollere nec ĩmutare quantitatẽ materie ſed neceſſe habet ipſam ſupponere, quia q̃titas materię ſtat cũ omnibus iſtis tranſmutationibus naturalibus ſicut & ipſa materia. His autem omnibus prelibatis ĩ quibus diutius inſiſtimus ꝓpter multas ueritates ibi contentas, que non ſolũ ad hoc capitulũ, ſed quaſi ad omnia naturalia deſeruiũt. Deſcẽdamus ergo ad declarãdum noſtrũ propoſitum. Dicemus ergo ꝙ ſex põt Deus que nõ poſſunt alia agentia, põt enĩ de aliquo facere nihil. 2. poteſt de nihilo aliquid. 3. poteſt augmentare nõ rarefaciendo nec aliqd corpus addendo. 4. poteſt minuere non condẽſando nec aliqd de materia remouendo. 5. poteſt condenſare non occupando locũ minorẽ. 6. põt rarefacere non occupando locũ maiorem, nã quia Deus attĩgit ipſam ſubſtantiam ſecundum ſe & ĩmediate non habito reſpectu prout comparatur ad accidentia cõtraria cum ipſa eſſentia materie ſit quedã ſubſtantia, ſuũ poſſe attingit ipſam eſſentiã materie, & non obſtãte ꝙ nulla accidentia ſint ei contraria, poteſt ipſam eſſentiam materie tollere, quod ſi faceret ãnihilaret.

Sex põt Deus que nõ poſſunt alia agẽtia. ꝓbat. 1.

2. 2. quia poteſt tollere eſſentiam materie cõſequens eſt ꝙ in agendo non preſupponat eam, poteſt ergo producere ipſam eſſentiam materie ſicut agens naturale poteſt producere ipſam eſſentiã forme, quia non preſupponit formã cũ poſſit tollere formã, põt ergo Deus producere aliquid non ꝓducendo materiã qa faciẽdo creat & fecit de nihilo aliquid.

3. Tertio põt augmentare nõ rarefaciendo nec aliquid addẽdo, quia cũ poſſe diuinũ attingat ipſã eſſentiã materie, & etiã ipſam eſſentiam quãtitatis quia attingit eſſentiã cuiuslibet rei prædicabilis cũ ſint in eo perfectiones omniũ predicamẽtorũ poterit eſſentiã trãſmutare ad maiorem quantitatem, poterit enim facere ꝙ paũ de materia fiat multũ de materia, quod faciendo augmentabit nõ rarefaciẽdo, nec aliquid aliud addẽdo, ſed illã eandẽ materiã ad maiorẽ q̃titatem traſmutando.

4. 4. poterit diminuere non cõdenſando nec materiam diminuẽdo, ſed ipſam ad minorem q̃titatem tranſmutando, nã ſi poteſt facere ꝙ paũ de materia fiat multũ, poterit facere ecõuerſo ꝙ

multū de materia fiat parū,quod faciendo diminuit rem mō quo pre
diximus. 5.poteſt condenſare non occupando minorem locū, nā ſi pōt 5.
facere ꝙ parū de materia fiat multū poterit cōdenſare nō occupādo lo
cum minorē,cū in hoc differat denſum a minus denſo,quia plus eſt de
materia in tanto loco in re magis denſa ꝙ in minus denſa. 6.poterit ra 6.
refacere non occupando locū maiorē,quia ſicut tranſmutādo materiā
ad maiorem ꝙtitatem poteſt rem condenſare non occupando locū mi
norem ſic tranſmutando materiam ad minorē quantitatē poteſt rē ra
refacere non occupando maiorem. Quare ſi Deus poteſt rem conden
ſare non occuppando locum minorem,cum fuerunt partes ille celeſtes
condenſate unde factus fuit Sol, Luna & cetere ſtelle, factum eſt hoc
uirtute diuina non occupantes minorem locum ut mille uacuitates re
manerent in cœlo quod declarare uolebamus.

Quomodo luminaria que ſunt fixa in celo dicuntur ornamenta cęli. Cap. XXXIIII.

VOLENTES tractare de luminaribus fixis in celo quomō ſūt ornamēta celi incurremus difficultatē quādā de terra,qa arbores ꝙ ſūt fixe ī terra nō dicūtur ornamēta terre, qa terra dicitur ornata die ſexta arbores fuerūt ꝓducte die tertia. Ad hāc aūt difficultatē ſoluēdā uolumus declarare quomō accipiatur ornatus in operibus ſex dierū uidētur aūt oīa huiuſmodi opera ad duo eſſe referēda ad ꝑfectionē & ornatū,nā cū ſexta die uidiſſet Deus cūcta que fecerat & erat ual de bona,quaſi cōcludēdo infert ſcriptura dicēs igitur perfecti ſunt celi & terra & oīs ornatus eorū. Vidēdū eſt itaq; quomodo ornatus differt a perfectione. Aliqui aūt diſtinguunt hec duo penes interius & exterius *Aliorū opinione.* aliqui aūt penes agere uniuerſaliter & ſpecialiter,aliqui uero penes finē & ad finē,nā perfectio uidetur pertinere ad interiora ut ex hoc dicitur *1. Opinio.* perfectus ꝗs ex formis & ex qualitatibus que ſunt in ipſo,ſed dicitur ornatus propter aliqua exteriora que ad hibet circa ſe,ut puta ueſtes,uel *Cōtra primam opinionem.* aliqua alia ornamenta. Rurſus beſtie & homines dicuntur ornamenta terre, in terra autem ē quedam uirtus generalis producendi hec, cum hec in quadā generalitate cauſaliter ſunt in elemētis,qa per uirtutes actiuas & paſſiuas elementorū fit mixtio unde iſta producuntur, tamē nō poſſet terra nec poſſent omnia elemēta ſine homine ꝓducere hominē,& ſine equa equū, ideo hec ornamēta terre uidentur facere ad ſpecialitatem ꝓductorū,nā terra ſecundū ſuā perfectionē uidetur habere

quandam generalitatem ad iſta, ſed per hec ornamenta determinatur ſpecialiter ad productionem iſtorum, ergo perfectio & ornatus non ſolū poſſunt accipi penes interius & exterius, ſed penes uniuerſale & ſpeciale. Ex his aūt dicunt aliqui arbores & plantas non pertinere ad ornatū terre qa terra de ſe pōt oīa illa ꝑducere, ſed aīalia dicūtur ornamēta terre qā aīalia pfecta non poteſt terra ꝑducere ſine ſimili in ſpecie. Terra itaqꝫ ſecundū iſtos habet generalem & ſpecialem uirtutem reſpectu oīū arborū, qa oēs arbores poteſt de ſe ꝑducere, ſed reſpectu animalium perfectorum habet uirtutem generalem non ſpecialem, quia niſi determinetur per ſimile in ſpecie non poteſt illa ꝑducere. Sed hoc non eſt ueriſimile, nec rationale ꝙ nulle arbores ſint ita perfecte ꝙ non fiāt ex terra ſine ſemine, cum ſemper perfectiora determinent ſibi modum gn̄onis. Aīalia qdē ſunt perfectiora plantis quia oīa determinant ſibi modos generationis, ut aīalia que fiunt ex putrefactiōe ſemper determinant ſibi illum modū, ut nunq̄ fiant ex ſemine, & que fiunt de ſemine nunq̄ fiunt ex putrefactione. Et ſi dicantur aliqua fieri ex ſemine & ex putrefactione, hec & illa non erunt eiuſdē ſpeciei ut ſupra de muribus tangebamus ſed cum nulle plante ſint ita perfecte ꝙ determinēt ſibi modum generationis cum uideamus aliquas plantas participare maſculinū & femininū in quo participant modum animaliū, talia credimus ſibi determinare modū generationis, & quia talia fiunt ex ſemine non fiunt ex putrefactione Et ſi inueniatur ꝙ ſola uirtus terre ſufficeret ad ꝑductionē plantarum poteſt exponi non ſimpliciter ſed pro magna parte. Tertio modo diſtingunt aliqui perfectionē & ornatū qa perfectio ut dicunt ſe habet ut finis reſpectu perfecti, qa perfectū tendit in ſuam perfectionē tanq̄ in finem, ſed ornatū reſpectu ornati nō ſe habet ut finis ſed ut ad finē, nā homo non ordinat ſe ad ſuas ueſtes, ſed ſuas ueſtes ordinat ad ſeipſum. Sed iſti modi accipiendi perfectionē & ornatū penes interius & exterius ut dicebat diſtinctio prima, penes agere generaliter & ſpecialiter ut dicebat diſtinctio. 2. penes finē & ad finem ut dicebat. 3. nō uidentur per ſe ſumi, nec cōuenire uidentur oībus ornamētis & pfectiōibus, nā aliqua penes ſui ītrīſeca uidētur ornari, agri ueſtri qa lilia agri dicūtur melius eſſe ueſtita q̄ Salomō ī oī gloria ſua, & angeli dicūtur eſſe ornati iuxta illud Ezechi. de lucifero. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, perfectus de core. Et ſubditur ibi, omnis lapis pretioſus ornamentum tuum, & narrat nouem lapides pretioſos ornamentum eius, quo numero ſecundum Yſido. Primo de ſūmo bono ītelligūtur nouē ordines angelorū, quos ut ait apoſtata angelus āte

Marginalia: Opinio. 2. (beside "ciale. Ex his") — Cōtra. 2. opinionem. (beside "determinetur") — Opinio. 3. (beside "gna parte") — Cōtra 3. opinionem. (beside "ſtes ordinat") — Matth. 6. (beside "qa lilia") — Cap. 28. (beside "geli dicūtur") — Cap. x. (beside "ornamentum eius")

lapſum

ipſum quaſi in ueſtimento ornamenti ſui affixos habuit, cõſtat aũt ꝙ angeli non poſſunt habere ornamenta exteriora, ſed ipſe perfectiones ãgelorũ dicũtur ornaméta eorũ, unde ſupremus angelus dicebatur eſſe ornatus oĩbus aliis angelis, qꝛ quaſi oẽs perfectiones aliorũ angelorũ cõgregabãtur in ipſo, ipſe etiã Deus dicitur eſſe ueſtitus & ornatus iuxta illud pſ. Amictus lumine ſicut ueſtiméto, lumẽ aũt quo Deus dicitur amictus & ueſtitus eſt ipſe met q̃ eſt lux in qua tenebre nõ ſunt ulle unde ipſe eſt lux qua ueſtitur, ipſe eſt lux quã in habitat. Iuxta illud apoſtoli prima ad Thimoti. lucẽ in habitat inaceſſibilẽ. Itaq; in talibus ſpiritualibus ſubſtãtiis nõ poterũt accipi perfectio et ornamẽtũ ſecũdũ modos predictos ut dicatur Deus ornatus per exteriora uel per ea que ſũt ad finẽ uel penes agere in alia ſiue generaliter ſiue ſpecialiter. Poſſumus ergo dicere perfectionẽ poſſe accipere penes dare eſſe, & ideo forma diciturpfectio rei qꝛ dat eſſe rei ornatũ aũt poſſe accipi penes dare eſſe pulchritudinẽ & decorẽ undecũq; ſit illa pulchritudo & decor ſiue ꝑ iteriora ſiue ꝑ exteriora, unde lilia dicũtur ornata penes ea que reddũt ea pulchra ut penes ſuos colores, & penes alia q̃ reddũt ea pulchra Videtur autẽ pulchritudo & decor facere ad delectationẽ ſicut pfectio facit ad eſſe & ad diſtictionẽ. Vnde ex hoc ꝙ ẽ res pfecta qꝛ habet ẽẽ in actu & habet eſſe diſtinctũ, ſed ex hoc eſt pulchra qꝛ ipã delectatur ĩ ſe ipſa, uel qꝛ alia delectãtur ĩ ea. Vnde ille ſupremus angelus delectatur ĩ ſeipſo ex ſua pulchritudine corruit & qꝛ res delectatur ĩ bono eoq; bonũ ſit illud quod oĩa appetũt ut ſapiẽtes pħi dixerũt, hoc forte motiuo motus dixit Dyoni. de diui. nomi. ꝙ oẽ pulchrũ bonũ, & oẽ bonũ pulchrũ, qꝛ (ut ait) bonũ & pulchrũ ſecũdũ oẽm cauſã cũcta deſiderãt. His itaq; ꝑlibatis dicemus ꝙq̃to res ſunt pfectiores tãto minus ĩdigẽt ornamẽtis exterioribus qꝛ ipſe ſibi ſunt ornaméta iuxta illud apoſtoli .1. ad corith. que putamus ignobiliora mẽbra eſſe corporis his abũdantiorẽ honorẽ circũdamus. Et ſubdit ꝙ honeſta mẽbra nullius egẽt ornamẽti Videmus q̃dẽ ꝙ aliqs ornatur ſeipſo qꝛ ornamẽtũ eius ẽ ipſa ſubſtantia eius que ẽ actus purus & lux pura, ornamentũ aũt angeli ſunt ĩtellectus & ſapiẽtia eius que nõ ſunt ipſa ſuba eius ſed ſunt ſup addita ſubſtantie ſunt tamẽ bona intrĩſeca eius, homo aũt ornatur ꝑ bona exterio ra ut per ueſtes & ꝑ aurũ & argentũ, & per gẽmas pretioſas appoſitas circa ipſum, ſic etiã uidemus in elemẽtis qꝛ ignis q̃ ẽ nobiliſſimũ elementũ nullũ habet ornamẽtũ niſi ſeipſũ, aer aũt ornatur auibus, aqua piſcibus, terra autem que eſt fex elementorum eſt magis ornata ceteris elemẽtis, quia ornatur arboribus, beſtiis & hominibus, ornatur etiam

Ps.103.

Cap.6.

Opinio ꝓpria.

2. Ph. tex. com. 27.

3. d aĩa. t. com. 51.

In cap. 4. lib. 3.

Cap. 12.

KK

Aues ſi ae re uolāt quieſcunt in terra.

auibus & piſcibus, quia aues licet uolent in aere, quieſcūt in terrā, & pi ſces licet natent in aqua multi eorū quieſcūt in terra, ſed ut ad noſtrū propoſitū deſcendamus, & ut obiectiones factas uel fieri poſsibiles p-ſoluamus, dicamus in ornatibus eorum eſſe multitudinē & paucitatē quia aliqua ornātur pluribus, aliqua paucioribus, & aliqua ignobiliora habent elemēta ornata plura. Rurſus in ornamentis inuenimus maioritatem & minoritatem, quando ergo in aliqua re inuenimus multa genera elementorū, quorū aliqua ſe tenēt cū re aliqua ſeparata are, aliqua ſunt maiora, aliqua minora, tunc que ſe tenent cū re quaſi amittunt nomen ornamenti nō qn poſſint dici ornamēta, ſed qa habent ſpeciale nomē qa uidētur pertinere ad pfectionē, ſed ornamenta ſeparata ſpecialiter dicūtur ornamēta, qa nō ptinēt ſic ad perfectionē ſicut cōiūcta, Et ī hoc bene dicebāt dicentes ꝙ ornamēta ſunt ī exterioribus, perfectiōes ī īterioribus, qa uerū ē ubi eſt dare ornamēta exteriora, ſed ubi

Vbi nō ſūt externa ornamenta idē ē pfectio et ornamētum.

nō ſunt ornamenta exteriora idē erit pfectio & ornamētū ſecūdū aliud & aliud dictū, uel uerū dicūt ſic dicentes ubi ſūt ornamēta exteriora & additur ibi magis, nā qa exteriora magis ſe tenēt cū ornamentis ut diſtīguamus ea ab īterioribus, dicemus īteriora magis ſe tenere cū perfectionibus nō quin & ipſa ſint ornata, ſed qa ī hoc diſtīgūtur ab exterioribus bonis, ſecūdo ut dicebamus ī ornamentis inuenitur maioritas & minoritas, qa aliqua ſūt nobiliora, aliqua ignobiliora, ſicut ergo aduenięte maiori lumine obfuſcatur minus, ſic minus ornamentū pdit nomen ornamenti propter maius. Ex his autem poſſumus ſoluere obie-

Solutio difficultatis prime mote.

ctionē pretactam ſuperius quare luminaria que ſunt fixa in celo ſunt ornamenta celi & arbores que ſunt fixe in terra dicūtur ornamenta terre. Ad quod aliqui dixerunt ꝙ luminaria non ſunt fixa ſicut arbores, qa arbores ſic ſunt fixe, quia nullo modo mouētur, ſed luminaria celi mo

Aliorū poſitio.

uentur & ſuo curſu peragunt circuitus ſuos, ſed dato ꝙ celum ſtaret, et luminaria non mouerentur eſſent nihilo minus ornamenta celi, pro-

Impugnatio.

pter hoc dicere poſſumus prout antea diximus nam quia in celo non ſunt alia ornamenta niſi luminaria, ideo q̄tuncumq; ſint ibi fixa quia

Opinio ppria.

non ſunt addita ibi aliqua alia unde poſſent perdere nomen ornamēti uocata ſunt ornamenta celi, terra aūt habens ī ſe arbores fixas quia habet alia ornamenta ſeparata longe meliora & potiora perdiderunt arbores nomen ornamenti q̄uis uere ſunt ornamenta, & ex inde Deus forte fecit arbores ſtatim cum apparuit terra, ſignificans ꝙ uolebat dare terre alia ornamenta. Amplius dato ꝙ in cœlo poſſent aſsignari aliqua alia que dicerentur ornamenta, tamen nulla alia poſſunt aſ-

ſignari in cœlo ita digna & ita nobilia ſicut ſunt luminaria, ideo propter nulla alia potuerunt perdere nomen ſuum quin uocarentur ornamenta, ſed terra ut diximns preter arbores habet alia ornamenta longe nobiliora quia habet ſenſitiua & ſecundum locum motiua quæ ſunt longe nobiliora ꝙ uegetatiua, habet in ſuper intellectiua ideſt homines qui ſunt longe nobiliores predictis, licet homines non ſint ſimpliciter ornamenta terræ, ideo propter tot nobilia ornamenta merito arbores nomen ornamentorum perdiderunt.

Declarans unde habent eſſe diaphaneitates & tot modi coloris, & tot modi lucis quot uidemus in cœlis. Cap. XXXV.

FVERVNT qdã uolẽtes dicere ꝙ de celo nihil uidemus niſi ſtellas, aſſumẽtes rõnẽ ex aere & igne qĩ ſua puritate uideri nõ poſſũt & qa ut aiũt celi q̃to ſuperiores tãto puriores, & per cõſequẽs tãto rariores, & ideo de eis ut aſſerũt nihil uidre poſſumus niſi ſtellas. Sed hec obiectio ſtare nõ põt, primo ꝓut celi cõparãtur ad elementa. 2. ꝓut cõparãtur ad uiſũ noſtrũ. In elementis qdẽ q̃to dẽſiora tãto uiliora, & minus habentia de actualitate, ſed cũ celũ ſit nature luminoſe, nihil eſt tñ denſa pars celi ꝙ aggregatio luminis, ſed dicta eſt ĩ denſitate qa põt eſſe tãta denſitas ꝙ reſultat ibi color & nõ lux, & poteſt eſſe tanta denſitas ꝙ reſultat ibi lux, & tanta denſitas ꝙ reſultat nõ ſolum ibi lux ſed fons luminis ut patet in Sole qui creditur denſior oĩbus aliis, denſitas ergo in ſuper celeſtibus nõ pertinet ad uilitatẽ ſicut ĩ elementis, ſed magis ad nobilitatem & aggrgationẽ luminis, pars ergo illa celi ubi fixa ſunt ſidera eſt ſuperior & tñ denſior aliis partibus ubi ſunt fixe planete Secũdo dicta poſitio ſtare nõ põt ꝓut celi cõparãtur ad uiſum noſtrũ, nã ſi omnes celi preter ſtellas eſſent rari appareret nobis celum empyreum quod eſt totum lucidũ cuius contrariũ uidemus ad ſenſum. Prætermiſſa igitur hac opinione dicamus ꝙ in celo non uidemus aliqd niſi diaphanũ & luminoſum in quibus cõuenit celũ cũ iſtis inferioribus unde phs in. 2. de aĩa dicit ꝙ nõ ſecundũ ſe aqua & aer eſt quid lucidũ, ſed quoniã natura eadẽ eſt ĩ his utriſq; & ĩ perpetuo ſuperius corpore in aliis enim qualitatibus ut puta in calido, frigido, humido, & ſicco non conueniũt ſuper celeſtia cum iſtis inferioribus formaliter quia hec ſunt in iſtis inferioribus formaliter, in ſuperioribus qdẽ nõ ſunt formaliter ſed uirtualiter, ſed rarum & denſum, luminoſum & diaphanum

Contra aſſerentes de celo tantũ aſtra uideri.

Ex denſitate color lux et fons lucis cauſatur

Tex. c. 68.

Rarũ et dẽſũ luminoſum et diaphanũ in cælo.

uere & formaliter ſunt in ſuper celeſtibus, differũt tamẽ hec multipliciter, primo q̃tum ad ſciſſionẽ. 2. q̃tũ ad originẽ. 3. q̃tũ ad actionẽ q̃tũ ad ſciſſionem qdẽ qa elemẽta rara facilius ſcinduntur q̃ denſa niſi forte ꝓpter nimiã actiuitatẽ cõtraſiſtãt, ſicut ignis q ẽ rarior aere nõ ita ꝑtrãſiretur ꝓpter nimiã actiuitatẽ ſicut pertrãſitur aer, ipſũ tamẽ rarum ſecũdũ ꝙ huiuſmodi in his que patiũtur peregrinas impreſſiones leuius ſciſſurã patitur q̃ denſũ, ſed in ſuper celeſtibus nõ ſic, qa ut ſupra tãgebatur ita eſſet impoſſibile ſcindere rarũ ſicut & denſũ, & ſcindere orbẽ ſicut & ſtellã, qa neutrũ pati põt peregrinas ipreſſiones. Secũdo differũt hec & illa q̃tũ ad originẽ qa hic rarũ oritur ex calido dilatãte, dẽſum ex frigido cõſtringẽte ibi aũt hec oriũtur ex deo ꝓducẽte uel iubẽte nã nihil ẽ ibi ſecũdũ rõnes ſeminales ut uult Aug. circa principiũ. 6. ſuper Gene. nõ ſũt in celo aliqua ꝓducta ꝓut ſecũdũ rõnes ſeminales materia ẽ ſubiecta nãlibus agẽtibus, ſed ſolũ ꝓut ſecũdũ rõnes obedientiales ẽ ſubiecta deo &, ideo rarũ & dẽſũ uel ẽ in eo a pricipio ꝓducẽte, uel poſt ꝓductionẽ deo ſic iubẽte, nã ꝓducto celo ex materia ſub forma celi alique partes celi fuerũt diuino iuſſu magis cõdẽſate q̃ prius eſſent, quia ut ſupra dicebatur, lux facta ẽ prima die per cõdẽſationẽ ſue materie, ſic Sol, Luna, & ſtelle producti ſunt quarta die per cõdẽſationem ſue materie. Tertio differũt hec & illa q̃tũ ad actionẽ qa dẽſa ĩ elemẽtis ut humor & humus id eſt aqua & terra ſunt magis paſſiua, rara ut ignis & aer magis actiua Vnde Auguſt. 3. ſuper Gene. ait ꝙ ſunt duo elemẽta ad patiẽdũ humor & humus, ideſt aqua & terra. Ad faciẽdum aũt alia duo aer & ignis. Aduertẽdũ tamẽ ꝙ quodlibet calidũ ẽ actiuũ frigidũ ſubactiuũ, & qa aer & ignis ſũt calida dicũtur elemẽta ad agẽdum. Inuenimus tamẽ aliquãdo aerẽ eſſe ualde paſſiuũ, quorũ utrũq; uerũ eſt, quia ſi cõſideramus ipſam caliditatẽ ſecũdũ ſe aer ſcribitur ĩter elemẽta actiua qa calidus, ſed ſi cõſideramus modũ ſecũdũ quẽ aer participat caliditatẽ, quia ſimul cũ raritate participat remiſſã caliditatẽ dicitur eſſe ualde paſſiuus. Vel poſſumus dicere ꝙ aer iſte inferior ꝓpter infectionẽ quã habet ab elemẽtis frigidis ſemper ẽ frigidus niſi caleſiat per ſuper celeſtes radios, & quia frigidus & rarus ideo paſſiuus multũ q̃tũ ad iſtã inferiorẽ partẽ, dẽſitas itaq; ĩ elemẽtis facit ad paſſibilitatẽ, uel ĩ elemẽtis ſecũdũ aliquẽ modũ diminuit actiuitatem nã et iſte aer inferior qui dicitur multũ paſſiuus ẽ magis aliqualiter ſpiſſior q̃ aer ſuperior qui eſt magis actiuus, ſed ĩ ſuper celeſtibus denſitas facit ad actionẽ q̃ ĩfluẽtia & actio magis eſt a ſtella que eſt pars denſior q̃ ab orbe q eſt pas rarior. Reuertamur ergo ad propoſitũ & dicamus ꝙ

Elementa rara facilius ſciũtur, quàm denſa.

princ. raritatis et dẽſitatis in ſublunaribus. Cap. I.

Cap. x.

Quare aer paſſiuus et que pars maxĩe patitur.

Elemẽta rara magis actiua pars denſior in celo actiuior quã rara.

licet rarũ & dẽſũ ſint ĩ ſuperioribus formaliter,lõge tamẽ aliterq̃ ĩ ele
mentis & licet elemẽta lõge diſsimiliter habeãt hec a ſuper celeſtibus
aliqua tamẽ elemẽtata quãtũ ad aliqua immutãtur in his per celeſtia
ut ferrũ ignitũ qa ẽ dẽſius lõge plus urit & agit q̃ ſtuppa uel palea igni
ta qa eſt rarior,ſed in his nõ oportet ſermonẽ ꝓducere.ſufficiat aũt ſcire
ꝙ ĩ ſuperceleſtibus ẽ rarũ & dẽſum,& ẽ ibi magis dẽſum & minus dẽ-
ſum ſicut ĩ his pretermiſſa actione & paſsione, qa de his nũc loqui nõ
intẽdimus , ſaluare ergo poterimus oĩa que uidemus in celis uel oĩa
que in eis uiſu percipimus,nã uidemus ibi aliqua quaſi colorẽ, aliqua
lucẽ aliqua nec colorẽ nec lucẽ ſed diaphaneitatẽ &trãſparẽtiã,diapha
neitas ergo &trãſparẽtia ſumũtur ſecũdũ raritatẽ,color aũt &lux ſecũ
dũ maiorẽ & minorẽ dẽſitatẽ.Aſsignabimus quidẽ ĩ celo duplicẽ colo
rem,& triplicem lucẽ que oĩa cõtigũt ex maiori & minori dẽſitate, eſt
enĩ ĩ celo duplex color maculoſus qui eſt in quadã parte Lune,qui dici
tur macula Lunæ,nã Luna ĩ illa parte ubi eſt macula nõ lucet ſed ap-
paret ibi quaſi quidã color obſcurus & quaſi nebuloſus & maculoſus
unde dicit Aue.ĩ.2.celi & mũdi Lunã ſapere naturã terreſtrẽ,tñ ſine ter
reſtreitate ex ſola quadã debili dẽſitate poſſumus maculã illã ſaluare.
Secũdo eſt ĩ celo quidã color adzurrinus nõ ſplendidus ideſt nõ illu-
minãs quem colorẽ pretendit octaua ſpheta,uel illa pars celi ubi ſunt
ſidera,nã ĩter ipſa ſidera,quado eſt tẽpus clarũ uidemus colorẽ adzur
rineũ,ſunt ergo ĩ celo duo modi colorũ,& ſunt ibi tres modi lucis, qa
eſt ibi quedã lux ab alio recepta que eſt quaſi rubea ſicut mars q totus
apparet igneus & ſicut ſũt alique ſtelle que uidentur quaſi ignee,habẽt
enĩ huiuſmodi ſtelle lumen ab alio,quia a Sole,ſed in recipiendo illã
lucem pretendũt colorem rubeũ uel igneũ.Secũda lux eſt in celo rece-
pta ſed p modũ quaſi cuiuſdã albedinis ſicut lux Lunæ ĩ illa parte ubi
nõ habet maculã que uidetur alba & clara,& ſicut planeta qui dicitur
Venus q recipiens lumen a Sole offert huiuſmodi lumen oculis noſtris
p modũ claritatis & albedinis.Tertius modus lucis eſt ĩ celo que non
eſt recepta ab alio ſed eſt fons luminis in ſe & eſt principium luminis
in aliis cuiuſmodi eſt lux ſolaris,a quo omnia alia recipiũt lumen Erũt
itaq; ſex in celo uidelicet diaphaneitas q̃tum ad partes illas celi ubi ſũt
planete,color maculoſus q̃tum ad maculam Lunæ, color adzurrine-
us q̃tum ad octauã ſpherã , uel q̃tum ad partem illã celi ubi ſunt fixa
ſidera,lux ab alio recepta quaſi ignea cuiuſmodi ſunt multe ſtelle ta-
lem colorem pretendẽtes,lux recepta quaſi clara & alba ſicut ſũt mul
te ſtelle talẽ faciẽ demõſtrãtes,lux nõ recepta ab alio corpore, ſed quæ

Vnde ſumatur ĩ celo diaphaneitas lux & color.

Macula in luna põt color appellari.

Com. 49.

Mars igneus.

Varietas quaſi colorum in celo.

Sex in cælo eſſe colligit ex dictis.

eſt principiũ & fons luminis cuiuſmodi ẽ lux ſolaris. Diaphaneitatem ergo ſaluabimus a ſola raritate, ut partes ille celi ubi ſunt planete ſunt diaphane propter raritatem, quã habẽt, ſed alia quinq; uidelicet duos modos coloris & tres modos lucis ſaluabimus ex maiori & minori dẽ-
Not. ſitate. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ꝙ in iſtis inferioribus color albus plus participat de luce, & niger minns. Omnes autem alii colores conficiuntur ex albo & nigro, in celo autẽ non ponemus albũ & nigrũ ſed ponemus maiorẽ & minorem dẽſitatẽ, & ex hoc ponemus maiorẽ & minorem aggregationẽ luminis, & ubi eſt maior aggregatio luminis & maior denſitas magis accedit ad lucem, ſed illa denſitas facit lucem uel ſi non facit lucẽ ſed colorẽ, magis acceditad colorẽ illũq plus habet de albo, uel plus habet de luce. Dabimus ergo qnq; modos dẽſitatis ſolũ ſcdũ magis & minus, ex qbus duobus accipiẽtur duo modi coloris, & ex aliis tribus tres modi lucis. Dicemus ergo ꝙ macula lune denſa ẽ quia non tranſparet & eclipſat nobis ſolẽ cum ſupponitur ſoli, & quia Luna ſecundum ſe totam tã ſecundum partem lucidamq̃ maculoſam ſoli ſuppoſita ſolẽ eclipſat ideoeſt denſa ſecundũ ſe totã, denſa eſt ergo macula Lune, ſed eſt minor denſitas que reperiatur in celo, & quia minus eſt ibi de dẽſitate, minus ibi ẽ de aggregatiõe luminis & ideo plus accedit ad colorem maculoſum & obſcurum, cum ibi minus ſit de par-
Opinione iſte recitãtur ab Au. 2. de cælo 49. ticipatione luminis. Fuerũt enĩ aliq dicẽtes ꝙ illa macula ſiue eſt ũbra terræ uel alicuius montis, ſed non ſemper terra nec aliquis mons ſe interponit inter Solẽ & Lunã ſed ſolũ hoc fit in illis interſectionibus, ubi deferens Lune interſecat deferentem Solis, quarum una interſecatio dicitur caput, & alia cauda draconis, ſemper autem eſt in Luna illa ma-
Cõfutatio prime opinionis. cula, non autem ſemper ſe interponit terra uel aliquis mons inter Lunam & Solem, ergo illa macula non eſt umbra terre, uel alicuius montis. Dixerũt autem alii ꝙ illa macula eſt idolum maris uel idolum ter-
2. Opinio. ræ. Imaginantur autem quidam ꝙ Luna ſit quaſi ſpeculum ubi apparet imago & idolum, & quia Luna ſemper reſpicit terrã & mare, ſemper apparet ibi idolum terræ & maris & per conſequens ſemper appa-
Cõfutatio 2. opiniõis ret ibi illa macula, ſed nec hoc ſtare poteſt quia cum Luna moueatur ſemper terra ſtante ſtabili, & mari ſtante in eodem loco idem idolum non ſemper appareret in eodem loco in Luna quia re ſtante & ſpeculo
Opinio ꝓpria. moto idolũ & imago mutatur ad modũ ſpeculi, nos ergo non plus diſfundentes in opinionibus talibus dicamus Lunam in aliqua parte ſui eſſe lucidam & in aliqua maculoſam, quia in illa parte ubi eſt maculoſa ita modicam denſitatẽ habet & ita modicã aggregationẽ luminis

ꝙ ratione denſitatis in parte illa non eſt diaphana nec tranſparens ra-
tione uero eius quia illa denſitas eſt ualde modica, & parum habet de
aggregatione luminis redditur obſcura & etiam maculoſa ergo tam
modica dẽſitas reddit colorẽ obſcurũ ubi parũ participatur de lumine
oĩs enĩ color aliq̃d pticipat d̃ luce, ſed color obſcurus minus pticipat d̃
luce quã alii. Preter itaq̃ hãc denſitatẽ que ẽ ĩ macula lune ẽ dare maio 2. De cęlo
rẽ dẽſitatẽ ĩ celeſtibus que nõ ẽ tãta dẽſitas ꝙ luceat uel ꝙ poſſit recipere Tex. c. 66.
lumẽ & ipſũ refũdere ĩ alia, ſed ex illa dẽſitate reſultat qdã color ma-
gis participãs de luce q̃ macula lune, & hũiuſmodi eſt color adzurrine
us cuius ſimilitudinẽ pretẽdit octaua ſphera. Erunt ergo ille partes ubi
ſũt ſidera fixa que apparẽt adzurriee magis dẽſe & plus habẽtes de ag
gregatiõe luminis q̃ pars illa lune ubi apparet macula, ſed nõ erũt ita
dẽſe nec habebũt tãtã aggregationẽ luminis ſicut reliq̃ partes lune quã
lucẽt. Amplius aũt p̃ter has duas dẽſitates ex q̃bus reſultat lux, color ob
ſcurus & adzurrineus ẽ dare alias tres maiores dẽſitates, ex q̃bus reſul-
tat lux quarũ una ẽ recepta & q̃ſi ignea alia ẽ recepta & q̃ſi alba. Tertia
nõ ẽ recepta ſed ẽ fõs & pticipiũ luminis, ſtelle enĩ q̃ uidẽtur q̃ſi ignee
plus habẽt de dẽſitate & de aggregatiõe luminis q̃ habeãt partes ille ce
li que uidẽtur adzurrinee, tũ qa ille lucẽt, partes celi adzurrinee nõ lu
cent, tũ etiã qa color rubeus plus accedit ad lucẽ & albedinẽ q̃ adzurri
neus plus habent d̃ luce ſtelle rubee lucẽtes q̃ ptes celi adzurrinee. Vnde Origo co-
manifeſte uidemus ĩ iſtis ĩferioribus qa ſi ſint ãtiquate & de nigrate & loris rubei
ponamus ibi calcẽ albã reſultat ibi quaſi color rubeus, ſed ſi carbones & azur-
uitis triti miſceãtur cũ calce reſultat ibi quaſi color adzurrineus qa er- rinei.
go plus habet de nigredine ĩ carbonibus uitis q̃ ĩ parietibus ãtiquatis
plus accedit ad lucẽ et ad albũ color rubeus q̃ adzurrĩeus. Sz ẽ dare aliã
maiorẽ dẽſitatẽ ĩ ſup celeſtibus ex qua reſultat lux recepta pretẽdẽs cla
ritatẽ & albedinẽ ſicut ſũt partes lucide lune, & iſta ẽ maior dẽſitas q̃
ſit lux recepta p̃tẽdẽs colorẽ rubeũ, qa albus color plus pticipat d̃ natu
ra lucis uel de luce q̃ rubeus, oẽs enĩ ſtelle tã p̃tẽdẽtes colorẽ albũ q̃ ru
beũ habẽt lucẽ receptã a Sole, ſed p̃tẽdentes colorem albũ habent plus
de denſitate & aggregatione luminis q̃ pretẽdẽtes rubeũ. Eſt autẽ ulti
ma denſitas in cœlo & ultima aggregatio luminis que eſt tãta quia ex
ea non reſultat lux recepta ab alio ſed reſultat inde fons luminis in ſe
& origo & principium luminis in aliis, & iſta eſt lux ſolaris, propter
quod Sol eſt denſius corpus quod reperiatur ĩ celo ut uult Comẽta. 2. Com. 47.
c li & mũdi. Erit ergo ĩ celo diaphãeitas rõne raritatis et erit ibi duplex
modus coloris & triplex modus lucis ex maiori & minori dẽſitate ut eſt

